

Quadragesimus, quod qui domum, vel aream voluntarie incendit, sublata, vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat: extra de injuriis: *Si quis domum*. Canon tamen dicit, quod si ex odio, vel injuria hoc fecerit, excommunicari debet, nec absolvi, donec satisfecerit, & juraverit, quod ignem de cetero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hierosolymam, vel in Hispaniam vadat in Dei servitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxaverit, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. 23. quæst. 8. *Pessimam*. Hodie autem postquam sunt denunciati, non possunt citra sedem Apostolicam absolvi: extra de sent. excomm. *Tua nos*. Immo textus loquitur de incendiariis indistincte, postquam sunt publicati. Et Bern. hoc idem dicit expresse, & Grat. extra de sent. excommunicat. *Quicumque*. Licet Rodolph. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in civitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subiicitur bestiis: si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulam relegatur. D. de incend. ruin. naufr. l. fin. Qui vero alibi, ut in villis, vel castris ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburitur. Et hoc intellige secundum Ostiens. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, refarciat damnum, vel si minus idoneus sit, parum, vel leviter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur l. *Qui ædes*.

Quadragesimus primus est, quod qui dedit, vel acceperit communionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitum ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat uno anno. Si autem scivit, & neglexit, pœniteat decem annis: vel secundum quosdam, septem: vel secundum alios, quinque. Qui vero permittit, hæreticum Missam celebrare in ecclesia catholica, per ignorantiam juris, pœniteat quadraginta diebus. Si pro reverentia ejus, per annum pœniteat: si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & pro consuetudine Romanorum, proiciatur ab ecclesia, sicut hæreticus, si sit impœnitens: alioquin pœniteat decem annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transferit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat duodecim annis: tribus extra ecclesiam, septem inter audientes, duobus extra communionem, & duodecimo anno communionem sine oblatione percipiat. 24. q. 1. *Si quis dederit*.

Quadragesimus secundus, quod patronus, qui res ecclesiæ dilapidat, uno anno pœniteat. 17. q. 7.

Quadragesimus tertius, quod qui domum suam magicis, & incantatoribus lustrat, vel aliud facit, & qui ei hoc consuluit, annis quinque pœniteat. 26. q. 5. *Qui divinationes*. & cap. *Non liceat*.

Quadragesimus quartus, quod qui pacem cum proximo suo non facere jurat, uno anno pœniteat, & ad pacem redeat. 22. quæst. 4. *Qui sacramento*.

Quadragesimus quintus, quod pro perjurio, adulterio, homicidio, dantur pro pœnitentiâ regulariter septem anni: & simul pro fornicatione, licet non ita aspera pœnitentiâ injungatur. 22. q. 1. *Prædicandum*. 33. q. 2. *Hoc*. & cap. seq.

Quadragesimus sextus est, quod qui scienter rebaptizatur, septem annis pœniteat: & feria quarta, & sexta in pane, & aqua jejunando tres quadragesimas faciat: & hoc si fecit pro hæresi introducenda, si autem pro munditia, vel pro salute corporis obtinenda, ut extra, de apostatis, cap. 2. tribus annis pœniteat: de consecratione distinct. 4. *Qui bis*. & talis, qui bis baptizatur, vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri regularis. distinct. 84. *Dictum est*. De pœna autem talium habetur de consecratione distinct. 4. *Eos*. Cujus capituli sententiam prætermitto gratia brevitatatis.

Quadragesimus septimus, quod qui uxorem adulteram cognoscit ante quam pœniteat, tribus annis pœniteat. 32. quæst. 1. *Si quis*. II. Qui vero cognoscit eam poenitentem ante poenitentiam peractam, poeniteat duobus annis, ead. q. *Si quis*. I. Quomodo vero poenitentia injungenda sit mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non viro suo concipienti, habetur: extra de poenit. & rem. *Officii*.

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo potest studiosus indagator procedere ad poenitentias pro diversis criminibus secundum canones imponendas: & ex causa, consideratis circumstantiis, ut dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circumstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & præcipue, utrum sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo servitutis: nam circa tales personas cavere debet pro posse presbyter, ne talem poenitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt astrictæ, præjudicium fiat; maxime circa conjugatos: unde si servus sit, & timore peccaverit obediens domino suo, in atrocioribus est mitius puniendus. 22. quæst. 5. *Qui compulsus*: obedire tamen non tenebatur in talibus. 11. q. 3. *Si dominus*. Si autem voluntarie peccaverit, corpore punietur etiam acrius, quam alius. 24. q. 1. *Qui contra pacem*. Nec est servo injungenda peregrinatio, per quam dominus ejus qui non est in culpa, illius servitio defraudetur: extra de sent. excomm. *Relatum*. Si vero liber sit, totam poenitentiam canonis, si fieri potest, facere debet: sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerandum etiam erit utrum, sit persona nova in fide minor debet etiam poenitentia imponi: extra de poen. & remed. *Deus qui*. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circumstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo gratia brevitatatis.

Sciendum autem, quod in foro poenitentiâ dicuntur legitimæ feriæ, secunda, quarta, & sexta feria, dist. 82. *Presbyter*. de consecr. dist.

3. *Jejunia.* Aliqui tamen, ut dicit Rod. pro secunda feria ponunt sabbatum.

Insuper notandum est, quod si poenitentia in pane, & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis leguminibus, & pisciculis vesci, & etiam aliis, si necessitas illud requirat: extra de poen. & rem. *Licet*, in tex. & gloss. alias *Non licet*.

Notandum etiam, secundum Jo. si poenitentia sit imposta a canone, liberatur quis a jejuniis dando denarium, vel legendo psalterium propria auctoritate. Innoc. vero dicit, quod jejunia necessaria, ut quatuor temporum, & hujusmodi, non possunt redimi,

nisi subsit rationabilis causa: voluntaria vero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris.

Hoc etiam nota, quod ubi imponitur poenitentia aliquot annorum, sive quadragesimarum, nec additur, quomodo quis debet poenitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum poenitentia sint arbitrariae, ut dictum est supra; ipse enim presbyter arbitrabitur, eam per ferias legitimas faciendam, secundum canones. 50. dist. *De his clericis.* extra de homic. cap. 2. & in multis aliis juribus. Et sic intelligitur illud: extra de acc. *Accusasti.* & de spons. *Dilectus*, & similia.





# HADRIANI PAPÆ CAPITULA

QUÆ EX GRÆCIS ET LATINIS CANONIBUS, ET SYNODIS ROMANIS  
ATQUE DECRETIS PRÆSULUM AC PRINCIPUM ROMANORUM  
SPARSIM COLLECTA SUNT,

ET INGILRAMNO MEDIOMATRICÆ URBIS EPISCOPO  
ROMÆ A BEATO HADRIANO PAPA TRADITA,  
SUB DIE XIII. KALENDAS OCTOBRIS, INDICTIONE IX.

*CUM NOTIS*

## ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

HADRIANI PAPAE CAPITULA

QUE EX GRECIS ET LATINIS CANONIBUS, ET SYNDICIS ROMANIS  
ATQUE DECRETIS PRESIDUM AC PRINCIPUM ROMANORUM  
SPARSIM COLLECTA SUNT,

ET INGLARMINO-MEDIONANTICE URBS EPISCOPO  
ROME A BEATO HADRIANO PAPA TRADITA  
SUB DIE XIII KALENDARUM OCTOBRIS, INDICIONE IX.

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS



# ADMONITIO JACOBI SIRMONDI

## DE SEQUENTIBUS CAPITULIS.

QUI sequuntur Hadriani Papæ canones, & decreta, seu sententiæ, (nam & his quoque nominibus appellari solent) in postrema editione, quæ Antonii Augustini notis illustrata est, ita distinctæ atque distributæ sunt, ut LXXII. capitulis comprehendantur. Ceterum LXXX. numero fuisse constat. Hoc enim & priores editiones titulo suo testantur, & Gratianus, aliique canonum collectores cum horum canonum testimonio utuntur, eundem numerum agnoscunt. Quare quoniam in exemplaribus quoque nostris confusi, & sine numerorum notis erant, pristinum numerum, id est octogenarium, ex conjectura reddidimus. Singulis etiam canonibus singula regum nostrorum capitula, quæ his Hadriani sententiis respondent, apponenda curavimus.

**N**OS Hadriani Papæ Canones non secus ac Ant. Augustinus fecerat, capitulis comprehendimus LXXII. Cæterorum Inscriptiones diverso typorum genere suis locis interposuimus, notâ \* Inscriptionibus superadditâ. Ea vero nota in margine repetita est, ibique numerus Sirmondi adjectus, atque Regum Francorum capitula indicata sunt.

## OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

AD AN. CHR. 786. N. 3. & 4.

**I**N Editione Veneta Conciliorum LXXX. Canones Hadriani Papæ cum hoc titulo representantur: *E Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis, atque Decretis Præsulum ac Principum Romanorum, hæc Capitula sparsim collecta sunt, & Ingilramno Mediomatricæ Urbis Episcopo, Romæ a Beato Papa Hadriano tradita sub die XIII. Kalend. Octobr. Indiæ. XI. quando pro sui negotii causa agebatur.* Idem habetur in posterioribus editionibus Concil. nisi quod loco *Indiæ. XI.* legitur *Indiæ. IX.* quam retinuit Baronius, qui ideo perperam de iis currenti anno egit; cum mense Septembri decima Indiæ initium sumpserit. Capitula ista Hadriano Papæ ævo Hincmari Rhemensis Archiepiscopi jam tribuebantur, ut liquet ex opusculo adversus Hincmarum Laudunensem Episcopum cap. 24. Quia tamen vetusti aliqui Codices MSS. prædicta Capitula non ab Hadriano Papa, sed ab ipsomet Ingilramno vel Angelramno Metensi episcopo collecta, & Hadriano Papæ oblata tradunt, hinc hodie aliqui ea Hadriano, aliqui Angelramno adscribunt. Sed quemcumque Auctorem nacta sit hæc capitulorum Collectio, Marca lib. 7. de concord. cap. 20. vetustiore illam censet Isidoro, quem iisdem Capitulis usum dicit in *adornanda Collectione Epistolarum apocrypharum.* Is Auctor Hispanum se prodit hac periodo: *In principio voluminis hujus, qualiter Concilium apud nos celebretur, posuimus, ut qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant qualiter hoc agere debeant.* Celebrandi enim Concilii totum ordinem a quarto Concilio Tolitano desumit, ut patet ex ipsius ordinis titulo, qui primo Conciliorum Tom. sic exhibetur:

» *Ordo celebrandi concilii, descriptus ab Isidoro Mercatore ex quarto concilio Toletano cap.*  
 » 4. & *Garziæ Loaysæ Hispanicorum Conciliorum editoris diligentia emendatus.* Isidori Mer-  
 » catoris librum ex Hispania in Gallias allatum primus Gallorum accepit, ac publicavit *Ricul-*  
 » *fus*, qui Lullo in Archiepiscopatum Moguntiacensem anno sequenti postea successit. Hincmaro  
 » enim Laudunensi Episcopo Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus opusc. 33. cap. 24. ita rescri-  
 » bit: *forte putasti, neminem alium easdem sententias (Hadriani, vel Ingelramni) vel ipsas e-*  
 » *pistolas [ ab Isidoro collectas ] præter te habere, idcirco talia libere te existimasti posse col-*  
 » *ligere; res mira est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut & de libro collecta-*  
 » *rum epistolarum ab Isidoro, quem in Hispania alia tum Riculfus Moguntinus Episcopus*  
 » *in huiusmodi, sicut & Capitulis Regiis, studiosus obtinuit, & istas Regiones ex illo re-*  
 » *pleri fecit.*

» Collectio illa descripta est ex epistolis Anacleti, Evaristi, & aliorum antiquorum Pontificum  
 » Romanorum, si fides hac in re adhibenda sit Antonio Augustino Dialogo XV. de emendatio-  
 » ne Gratiani, ubi hæc capitula Hadriano Primo abjudicat, vel, ut existimat Marca laudatus,  
 » excerpta est ex antiquis Canonibus & genuinis Pontificum Romanorum Epistolis, tum etiam  
 » ex legibus Codice Theodosiano comprehensis, vel potius ex illarum legum Breviario. In his  
 » autem capitulis interdum nonnihil additur antiquis Canonibus, interdum vero verba aliqua de-  
 » trahuntur; tantaque horum capitulorum dignitas fuit, ut etiam frequenter descripta fuerint in  
 » Regum Francorum Capitularibus, ut tam Antonius Augustinus, quam Marca communi con-  
 » sensu scribunt. Ceterum priorum Pontificum Romanorum Epistolas supposititias esse non tan-  
 » tum Marca & Antonius Augustinus, sed etiam Baronius anno DCCCLXV. passimque alii  
 » Viri docti fatentur. Vide quæ de iis Epistolis diximus anno Christi C. num. IV. & seqq.





HADRIANI PAPÆ CAPITULA  
 CUM NOTIS  
 ANTONII AUGUSTINI  
 ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

## CAPUT I.

*Quod qui Episcopum accusat, Dei ordinationem accusat.*

Capitular.  
 lib. 6. cap.  
 280.  
 6. quæst.  
 1. Sacerdo-  
 tes.  
 1. Paral.  
 16.



El ordinationem accusat (a), in qua constituuntur, qui episcopos accusat vel condemnat, dum minus spiritalia quam terrena sectantur. Unde & propheta ait: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.*

*os, & in prophetis meis nolite malignari.*

## CAPUT II.

*Qui negotium habet cum Episcopo, prius ad illum privatim recurrat.*

Lib. 6. cap.  
 287.

Placuit, ut quæcumque (b) persona contra episcopum, vel actores ecclesiæ, se pro-

prium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis studio; ut familiari colloquio commonitus, ea sanare debeat, quæ in querimoniam deducuntur. Quam rem si \* deferre voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis.

\* deferre

## CAPUT III.

*De primatu Sedis apostolicæ, & de legitima Episcopi vocatione.*

Nullus Episcopus, nisi (c) canonicè vocatus, & in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, [cui iussione domini, & meritis beati Petri apostoli, singularis congregandorum conciliorum auctoritas, & sanctorum canonum ac venerandorum patrum decretis multipliciter privata tradita est potestas] super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur, vel impetatur. Si aliter præsum-

Addit. 4.  
 cap. 12.

\* His verbis utitur Telephorus. epistola 1. unde est cap. 8. Can. 6. quæst. 1. apud Gratianum, & Ivo parte 6. cap. 314. Decreti, & Anselm. lib. 3. cap. 13. eisdem utitur Eusebius Papa epist. 2. Neque dissimilia sunt verba Alexandri Papæ epist. 1. & epist. 2. ex qua sumitur cap. 2. dist. 94. licet falso. Antonius Demochares ediderit epist. 10. ut etiam Antonius Contius: nec recte Gratianus verba Alexandri de apostolicæ sedis legatis intellexerit, quæ de omnibus episcopis dicta sunt. Sic enim ait ad omnes episcopos scribens: *Qui vos persequitur, ipsum, cuius legatione fungimini, persequitur; quia sicut ipse filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos eius vice in ecclesia estis constituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini.* His annexa sunt verba a Gratiano relata: *Si quis autem legationem vestram impedit, &c.* Alexandri verba refert concil. Triburiens. cap. 9. Hujus capituli verbis utitur capitulare lib. 6. cap. 280. & lib. 7. cap. 167. sed & lib. 5. cap. 170. sic ait: *Detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice legatione funguntur in ecclesia: eadem verba invenies lib. 6. cap. 98. Vide etiam lib. 7. cap. 462.*

b Similia verba concilii Nicæni fuisse cap. 27. testatur Julius papa cap. 7. in epist. ad orientales. & Athanasius & alii episcopi in Alexandrina synodo congregari, in epistola ad Felicem II. Sed multo ante idem ab apostolis traditum esse ait Anaclet. epist. 2. unde sumitur cap. 15. in fine 2. quæst. 3. Ivo 4. 55. Panorm. & 5. 238. Decreti. Eadem Alexand. epist. 1. ait a tempore apostolorum observari. Eius aliquot verba Grat. cap. 16. quæst. 7. Burchard. lib. 1. cap. 132. & cap. 144. quo loco ut Julii verba referuntur, non omnino falso; ut Alexand. verba Ivo 4. 5. 6. Panorm. ut Julii par. 5. c. 257. Decreti; ut Alexand. Anselm. lib. 3. cap. 81. De eadem re exstat Stephani papæ ep. 2. ex qua sumitur 2. quæst. 2. cap. 3. plenius propter relatum a Burch. lib. 1. cap. 142. Item Sixti II. epist. 2. & post Nicænum conc. epist. Felicis II. ad Athanas. & Alexandrinam synodum cap. 2. nec non cap. 17. concilii Aurelianensis. Hujus cap. verba refert lib. 6. cap. 287. & c. 21. & lib. 7. cap. 135. in additis. Vide etiam lib. 7. cap. 350. capitul.

c Hæc sumpta sunt ex Nicæna synodo, ut refert Julius papa epist. 1. ex qua sumitur 5. quæst. 4. cap. 1. & aliis verbis epist. 2. & Athanasius, ac reliqui in Alexandrina synodo ad Felicem II. Ex qua sunt 9. quæst. 3. cap. 11. & cap. 12. falso Anastasio patriarchæ ad Felicem papam inscripta, & apud Ivonem part. 5. cap. 15. Decreti itidem mendose relata. Idemque Felix ait in epist. ad eosdemque Ægyptios episcopos cap. 18. Sed ante concilium Nicænum eadem sententia ab apostolis est accepta, ut testatur Eleutherius papa epist. ad Galliarum episcopos, unde sumitur 3. quæst. 6. c. 7. Ivo 4. tit. 12. Panorm. & 6. 316. Decreti, & Victor papa epist. 1. & Sixtus secundus epist. 1. ex qua est 3. quæst. 6. cap. 5. Sed ex Victoris epist. Burchard. lib. 1. cap. 176. & ex Julii cap. 144. ex Decreti Gregor. Sixti Victoris Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 2. Panorm. Sed pro Gregorii scribo Julii ut part. 5. cap. 257. Decreti. Testatur idem Victoris successor Zephyrinus, epist. 1. ex qua est 5. quæst. 4. cap. 2. Anselmus lib. 3. cap. 4. qui diminute referunt epistolæ verba. Sic enim est in libris conciliorum: *Nec antea finiatur, sicut ab apostolis & successoribus eorum olim statutum est, qua ejus auctoritate fulciatur; neque hoc a Demochare & Contio omitti debuit.* Sic etiam 2. quæst. 1. c. 5. quod Felicis nomine inscribitur, & recte Demochares notat, eadem verba esse Zephyrini epist. 1. Felicis epist. ad Paternum, quæ etiam prima est; sed verba, quæ apud Gratianum desiderantur, notata non sunt. Contius alium errorem addidit numerorum; appellat enim caput quartum illud quintum, ut aliis capitibus falsos numeros

meros



sumptum a quibuslibet fuerit, in vanum deducatur, quod egerint. Nec inter ecclesiastica ullo modo reputabitur, nec ullas habebit vires quidquid \* obviaverit. Quoniam eadem sedes restante veritatis voce primatum obtinuit; nec prima diceretur, si aliam super se haberet. Quæ etiam caput est omnium ecclesiarum, a qua omnes sumpsere originem. Primatum enim non synodalibus, aut aliquibus commentis meruit institutis; sed domino largiente, qui ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*; & reliqua talia, & his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obviaverit præceptionibus, non exeat impunitus; sed gradus sui periculo subiacebit.

Matth. 16.

#### CAPUT IV.

##### De discussiendi accusatoris persona.

Addit. 4.  
cap. 11.

**P**lacuit, ut semper (a) primo in accusatione clericorum fides & vita blasphemantium

perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet præcedere, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, aut non rectæ conversationis vitam ducunt: quoniam tales facile & indifferenter lacerant, & criminantur recte, & pie viventes & credentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo, & corrigenda.

#### CAPUT V.

*Qualiter Episcopus ad synodum convocetur, & qualiter in ea de illo agatur.*

**S**ancta synodus Romana dixit: Hæc sunt (b) quæ deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam, & ecclesiasticos indifferenter sæviunt viros, conservari firmissime volumus in sæcula. Si quis episcopus ab illis (c) accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis charitative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat,

Addit. 4.  
cap. 11.

meros addidit. Verba omissa sunt (apostolica freti auctoritate) ante illa [aut reum se ipse confiteatur] Burchardus 1. 154. ex Zephyrino, *Apostolica fultus auctoritate*; ex cap. 157. ex Felice, *Apostolica fretus auctoritate*. Ivo Carn. 4. 12. 11. Panormitanus, *qua apostoli fulti fuerint auctoritate*. Ex Zephyrino. Sic etiam Anselmus lib. 3. cap. 66. licet cap. 65. ex Felice, *quam apostolica auctoritate*. De eadem re extat Marcelli papæ epist. 1. unde est cap. 15. Can. 24. quæst. 1. Anselm. 1. 15. & 2. quæst. 6. cap. 6. quod plenius est apud Anselmum lib. 3. cap. 7. item ejusdem Marcelli epist. 2. unde sumitur cap. 1. distinct. 17. Sed latius patent Marcelli verba. Addamus Miltiadis epist. ad Hispaniæ episcopos: cuius pars refertur a Burch. lib. 1. cap. 2. & Ivone part. 5. cap. 46. Decreti. Hæc anteriora sunt ex Nicæna synodo, ex posterioribus videatur epist. Stephani & Africanorum ad Damasum, & Damasi epist. 3. ad eosdem episcopos: unde est 3. quæst. 6. cap. 6. quod mendose editum est a Demochare & Contio. Nam pro illis verbis *quoniam omnes appellare*, scribendum est, *quam omnes appellare*; & referuntur ad sedem Apostolicam. Burchard. lib. 1. cap. 179. qua habet, & Ivo part. 5. cap. 295. Decreti. Sed ambo omittunt superiora verba oppido necessaria Ivo Callisti esse ait, quæ Damasi sunt. Anselm. recte lib. 2. cap. 67. init. hujus capituli verba paucis exceptis refert capitul. lib. 6. c. 287. & lib. 7. cap. 150. in ipsius additis plenius.

a In vetere lib. Anselmi Lucensis lib. 3. cap. 88. ab his verbis usque ad ultimum caput omnia dicuntur esse ex decretis Hadriani papæ. Sed ego nihil Hadrianum constituisse existimo, sed collecta tradidisse Mediomatricis episcopo. Hoc quidem certe caput olim fuit XLV. Nicæni concilii, ut apparet ex epist. Julii papæ ad Eusebium, Theogenium & alios orientales episcopos, cap. 11. sed ante id concilium \* multorum est Pontificum Romanorum. Initium summus ab Evaristo epist. 2. unde est 2. quæst. 7. cap. 17. Ivo 7. 7. Panormiæ. Mox Sixtus epist. 1. in fine. Cujus sunt tum alia, tum illa verba hic quoque relate: *Dubius in fide infidelis est, &c.* quæ habet Gregorius IX. sub tit. de hæret. cap. 1. nomine Stephani omnibus episcopis, & ante eum Bernard. Papiens. lib. 5. tit. 6. cap. 1. collect. 1. decretal. rectius Burchardus lib. 1. cap. 144. ex Julii epist. de qua supra. Sic etiam Ivo part. 5. cap. 257. nec hoc Antonius Contius mutavit in editione Juris Pontificii omnium optima. Tertius accedat Pius papa epist. 1. ex qua est 3. quæst. 4. cap. 3. Quartus Callistus epist. 2. ex qua sumitur 2. quæst. 7. cap. 18. plenius Burchardus lib. 1. cap. 171. & Ivo 5. 289. Decreti. Quintus Fabianus epist. 1. cum filiis apostolicæ & universalis ecclesiæ, hoc est, in synodo Romana. Ex ea est 3. quæst. 4. cap. 7. plenius Anselmus lib. 3. cap. 17. Sextus Stephanus epist. 2. cuius illa verba sunt: *Apostoli & successores eorum & reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem episcoporum accusationem, &c.* Postremus Marcellus sit epist. 2. qui etiam Apostolos ait, & eorum successores sub divina contestatione constituisse, non debere fieri persecutiones &c. quæ verba mendose refert Gratianus distinct. cap. ult. & Anselm. 6. 187. Nunc addamus alterius œcumenici concilii caput a Nicolao pontifice relatum in epist. ad Michaellem Imperatorem. Græce extat cap. 6. Constantinop. synodi apud Gratianum 4. quæst. 1. cap. 2. Ivo 4. 7. 10. Panorm. & 14. 70. Decreti: nec dissimile est cap. 11. Chalced. synodi, unde est cap. 46. apud Gratianum 2. quæst. 7. Anselmum lib. 30. cap. 114. sive 115. adde cap. 96. Concil. Carthagenf. 4. cap. 11. concilii Tolerani sexti, unde est cap. 9. Gratiani 3. quæst. 9. falso inscriptum ex *Toletano septimo*, quod Demochares recte mutavit Burchardus lib. 16. cap. 5. ex decretis Felicis papæ cap. 15. edidit. Est sane Felicis secundi epist. 1. c. 11. mentio hujus Nicæni capituli. Partem denique verborum hujus capituli invenies in capitul. lib. 5. cap. 183. & 229. integrum caput lib. 7. c. 147. in additis.

b His verbis decipiuntur, qui putant Hadrianum hos canones in synodo Romana constituisse. Sunt autem verba ejus synodi, quæ habita est sub Felice a LXX. episcop. ut constat ex epist. 2. Felicis, qui multis sæculis fuit ante Hadrianum sub Claudio, & Aureliano Imperatoribus, Damaso teste. Eadem verba sunt in capitul. lib. 7. c. 142. in additis.

c Hæc verba Felicis refert Gregor. IX. sub tit. de accusatione cap. 2. sed non recte ait esse ejusdem Felicis, cuius est cap. 1. Namque illud est ex epist. 1. cap. 17. Felicis secundi, hoc ex secunda Felicis primi. Bernard. Papiens. lib. 5. tit. 1. c. 1. & 8. itidem refert ordine neglecto temporum. Contius utrumque caput ejusdem Felicis esse arbitratur. Burch. lib. 1. cap. 169. & cap. 174. utrumque Felicem appellat; & Ivo part. 5. c. 271. & 291. Decreti. Hujus thematis sententia refertur tum ab Athanasio & Alexandrina synodo, tum ab eodem Felice minore, cap. 2. & 3. epist. 1. ad eundem Athan. qui testis est hoc etiam fuisse sumptum ex Nicæna Synodo: sed ante eam synodum eadem fuit sententia tam primi Felicis quam Stephani epist. 2. Postea legendum est 6. caput Græcum Constantinop. synodi, & cap. 7. Carthag. III. quod est Græcis

\* Omnes illæ epistolæ supposititiæ Tom. 1. & 2. Vide suis locis.



beat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causa ejus canonicè deferatur. Qui congruo in loco (a), infra ipsam provinciam, tempore a canonibus præfixo Nicænis, concilium canonicè convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ episcopis in \* eo audiatur. In quo & ipse canonice convocatus, si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit: quia ultra provinciæ terminos (b) accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. Nam si suis fuerit rebus expoliatus (c), aut, quod absit, quod alienum ab omnibus debet esse fidelibus, a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus; tunc canonicè, antequam in pristinum restituatur honorem, & sua omnia, quæ infi-

diis inimicorum suorum ei ablata fuerant, reintegrentur, nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen judicandus, advenire sponte elegerit. Nec omnino a quoquam respondere cogatur, antequam omnia integerrime, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio reintegrentur, & præsul prius statui pristino restituatur: & ipse dispositis ordinatisque libere ac secure suis, tunc canonice convocatus, ad tempus synodo in legitima & canonica veniat ad causam, & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hæc omnia fiant, coactus respondeat: quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo (d) episcopatum, antequam

cis cap. 19. concilii Carthag. ex quo sumptum est cap. unic. Grat. 4. quæst. 5. falso inscriptum ex concil. Carthag. IV. ut rectè Demochares notat. Burch. 1. 160. incertius ex Carthag. cap. 19. Sed Græcos secutus esse videtur Ivo 4. tit. 2. Panorm. cap. 12. mendose, part. 5. cap. 270. Decreti, cap. 8. & in majus ex concilio Carth. IV. cap. 19. utrumque mendosum est. Anselm. lib. 3. cap. 33. ut Burch. vide hujus them. verba in additis cap. lib. 7. cap. 143.

a Felicis verba refert præter Anselm. 3. 88. Burch. 1. 174. Ivo 4. 292. Decreti: sed in Felicis epist. non est, tempore a canonibus præfixo Nicænis; fuit enim Felix multo antiquior; sed tempore congruo: i. autumnale, vel æstivo: quod confirmatur can. 37. apostolorum, & Nicæno 5. ex quo est cap. 1. dist. 18. mendose tamen a duobus Antoniis editum, mundum jejunium & solemne munus Deo possit offerri. Est enim scribendum, mundum & solemne munus Deo possit offerri. Græce est, τὸ δῶρον καὶ τὰ ἁγία προσφέρται τῷ Θεῷ. Quamvis in his verbis illa verba, & solemne, non agnoscamus, quæ in multis latinis editionibus horum canonum non legimus, sint licet in veteri libro Massæi, non sunt in Carthag. VI. synodo, neque in Dionysii Exigui interpretatione. Cetera a Felice scripta confirmantur verbis concilii Nicæni relatis a Julio papa in epistola ad orientales cap. 23. 24. 25. & 26. & fortasse Nicænz synodi cap. 63. 66. vel 67. Itaque in ea synodo actu testari videtur. Athanas. & reliqui Ægyptii in epist. ad Felicem II. & idem Felix ad eosdem Ægyptios capit. 3. unde est 5. quæst. 2. cap. ult. quod non rectè scribitur, Felix papa Anastasio &c. Sed scribendum, Felix secundus Athanasio, &c. In quo etiam Antonianæ editiones errarunt, quamvis ex additis a Demochare id mutari potuerit. Burch. lib. 1. cap. 221. ex Decretis Felicis papæ cap. 4. & Ivo part. 5. cap. 335. Decreti. Ante concil. Nicænum exstat epist. 1. Zephyrini papæ, de qua diximus cap. 3. habere quædam cum epist. 1. Felicis communia, & totidem verbis conscripta, & male a Grat. relata. Exstat Fabiani papæ epist. 3. cujus etiam magna pars reperitur a Sixto III. in epist. ad orientales cap. 3. ex ea Fabiani epist. sunt tria Gratiani capita 3. quæst. 6. duo Burch. lib. 1. cap. 147. & 148. duo itidem Ivonis part. 5. cap. 260. & 261. Decreti. Denique Steph. epist. 2. de eadem re statuit. Addamus cap. 6. Græcum Constant. synodi œcumenicæ. Hujus them. verba vide dist. cap. 143. in additis lib. 7. capitul.

b Julius epist. 2. cap. 32. testatur hoc esse in synodo Nicæna statutum; fuerat olim ab Stephano papa epist. 2. decretum, unde est 3. quæst. 6. cap. 4. Ivo 4. 5. 4. Panorm. Anselm. 3. 74. præter Felicis epist. 1. & 2. de quibus supra: vide infra cap. 10. videatur etiam Valentiniani & aliorum constitutio 5. lib. 9. tit. 1. Codicis Theodof. in eadem verba magna ex parte referuntur. Est autem ea constit. 10. in integro lib. Adde dist. cap. 143. in additis capitul.

c Hæc Felicis verba refert Gratianus 3. quæst. 2. cap. 7. & 8. sed non rectè eundem putat fuisse cap. 7. & 8. scriptorem, cum illa sint Felicis secundi epist. 1. cap. 8. hoc primi epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 174. partem horum verborum refert & Ivo 4. 6. 3. & 5. Panorm. & 5. 245. & 292. Decreti. Multa hoc ipsum pontifices decreverunt, quorum aliqui apostolorum esse institutionem asserunt, aliqui Nicæno concilio tribuunt. Primum laudamus Zephyrinum epist. 2. cujus est c. ult. 2. quæst. 2. in quo ante verbum *ejectos* addendum est *episcopos*, quod non desideratur apud Ivon. lib. 4. tit. 6. c. 2. Panorm. Secundum Fabianum epist. 2. ex qua est capit. 2. Gratian. 3. quæst. 1. Tertius sit Stephanus epist. 1. cujus est 2. quæst. 2. cap. 3. plenius apud Burch. lib. 1. c. 142. & Ivo part. 5. c. 253. Decreti. Quartus Cajus papa in epistola ad Felicem episcopum, cujus est c. 1. apud Grat. 3. quæst. 1. mendose a Demochare editum. Quintus Marcellus epist. 2. ad Maxentium tyrannum, non episcopum, ut appellat. Grat. 96. dist. c. ult. Maxentium tantum Anf. 6. 187. Sextus Marcelli successor Eusebius epist. 2. cujus sunt apud Grat. 2. quæst. 2. c. 4. & 3. quæst. 2. c. 6. & 3. quæst. 1. c. 3. & 4. & Ivo 4. 6. 4. & 7. Pan. & 5. 249. Decreti. & Anf. lib. 3. c. 44. & 51. qui caput illud 3. & c. 4. Grat. 3. quæst. 1. quorum initium est *reintegranda*, latius refert. Septimus Julius epist. 2. qui non solum verba refert Nicæni concil. c. 28. quod est Julii 8. sed etiam c. 35. sententiam ejusdem concilii latius persequitur. Hinc c. 5. Grat. 2. quæst. 2. desumptum est. De eadem re Athanasius, & Alexandrina synodus ad Felicem II. & ipse Felix ad eosdem c. 3. 4. & 8. ex c. 3. est 5. quæst. 2. c. ult. de quo diximus them. 2. Item Africanæ Provinciæ Stephanus, & alii episcopi ad Damasum, & Damasus ad eosdem epist. 3. refertur ab Isidoro in prologo conciliorum: Leonis epist. ad Chalced. synodum, aliaque permulta ex Eusebii histor. de qua Nicol. apud Grat. 33. quæst. 2. c. 3. & ex synodo Larissæ sive Lampfaci habita, & ex aliis synodis atque Decretis. Nos Symmachi mentionem faciemus, qui in synodo Romana V. totidem verbis, quot Euseb. epist. 2. scripsit: eisdem quoque utitur Joann. papa epist. 2. ex qua est 3. quæst. 1. c. 3. latius relatum ab Anf. 3. 44. item 12. quæst. 2. c. 7. quod rectè Eusebio adscribit Ivo part. 5. c. 249. item 3. quæst. 2. c. 1. Postremo Pelagius II. in epist. ad episcopos Italiæ; ex qua est c. 2. Grat. 3. quæst. 2. Latini ab Anf. lib. 3. c. 59. relatum. Adde ex additis capitul. d. lib. 7. c. 143.

d His Felicis verbis utitur concilium Africanum c. 54. Græci vero 88. sive 87. ejus verba refert Greg. IX. sub tit. de judiciis c. 1. cum aliqua varietate. Bernard. Papiens. collect. 1. lib. 2. tit. 1. c. 1. Burch. rectius lib. 1. c. 181. & Ivo part. 5. c. 297. & capit. d. lib. 7. c. 143. in additis.



6. quæst.  
3. Si ægro-  
tus.

tequam causæ ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest. Quod si ægotans (a) fuerit episcopus, aut aliquam eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat: nec a communione suspendatur [b], cui crimen intenditur nisi ad causam suam dicendam electorum judicium die statuta literis evocatus minime occurrerit: hoc est, nisi alia præoccupaverit necessitas, infra duorum vel trium mensium spatium, & eo amplius, prout causa dicaverit. Quod si ex utraque parte (c) ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, quarendum est in

judicio, cujus sint conversationis, & fidei atque suspitionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent nisi bonæ conversationis, & rectæ fidei viri, & ii, qui omni suspitione careant, & bona vitæ clareant, neque infames existant. Quod si accusatorum (d) personæ in judicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias habuerint causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas. Infamis enim persona [e] nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente vero adversario [f] non audiatur accusator; nec sententia (g) absente par-

a Hæc Felicis in Romana synodo verba refert Grat. 5. quæst. 3. c. 1. ut ex Romana synodo, tempore Hadriani papæ. Burch. rectius 1. c. 51. ex decretis Felicis papæ c. 11. & Ivo 4. 2. 7. Panorm. & 5. 161. Decreti. Sed Anf. 3. 88. ex decretis Hadriani papæ de hac eadem re Felix II. epist. 1. c. 6. Videndus & capit. d. cap. 143.

b Nihil antiquius exstat hac de re can. 74. apostolorum, cujus formam servatam legimus in conciliis. Hæc quoque verba sunt Concilii Carthag. III. c. 7. quod est Græcis c. 19. Carthag. concilii. Ex eo est c. ult. 4. quæst. 5. de quo supra dictum est. Videnda quoque est Felicis II. epist. 1. c. 8. & Grat. & Ansel. paulo ante relati, & capit. d. cap. 143.

c Hæc Felicis verba refert Ivo tit. 7. c. ult. Panormiæ, & part. 5. cap. 248. Decreti: vide quæ diximus c. 4. & infra c. 15. & capit. d. cap. 143.

d Refert hæc ut Felicis verba Grat. 3. quæst. 10. c. ult. & 4. quæst. 6. c. 3. sed c. 4. ejusdem quæstionis ut Hadriani papæ, nec recte Demochares Felicis verbis addidit ex c. 13. epist. decretali; suspicor voluisse Felicis II. epist. 1. c. 13. offerre. Ivo quoque non recte parte 6. c. 418. Decreti, ut Felicis III. Decret. 2. ad episcopos Galliarum verba refert, & in margine addita sunt Democharis verba, & ex cap. 13. epist. decret. sed part. 5. c. 248. Felix decr. 2. ad episcopos Galliarum. Pulcherrimum est hac de re can. 6. Græcus Constantinop. concilii, cujus pauca exstant verba in epist. Nicolai papæ ad Mich. Imper. relata apud Grat. 3. quæst. 5. c. ult. & 4. quæst. 1. c. 2. Ivo 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70. Decreti. Est etiam de eadem re c. 7. concil. Carthag. tertii, Græci 19. caput Carthag. synodi, ex quo c. 1. Grat. 4. quæst. 6. non ex quarto Carthag. sumptum, ut est in Antonianis editionibus. Burch. 1. lib. c. 160. ut Græci ex concilio Carthag. c. 19. Ivo part. 5. c. 270. Decreti ex concilio Carthag. c. 8. non recte, ut supra dictum est, illud non diximus in extremo cap. Grat. 4. quæst. 5. editum esse ab utroque Antonio, si se ad diem statutum non voluisse, sed non potuisse occurrere probaverit. Ivo in Panorm. si se ad diem statutum occurrere non voluisse, sed non potuisse probaverit. Idem in Decr. si se ad dictum statutum occurrere non voluisse &c. Anf. si se ad diem occurrere non potuisse probaverit. At in Latinis conciliis est, si se ad diem occurrere voluisse, sed non potuisse probaverit: in Græcis, εὐλογησάτω ἀποδείξαι, κατὰ τὴν προδεταίαν ἢ μὴ τετελεμένην, ἀλλὰ μὴ δεδιωγῆσθαι ἀπαντῆσθαι. In veteri Massæi libro est, sese ad diem occurrere noluisse, sed non potuisse probavit: quod non minus mendosum est, Joann. Zonaræ verba sunt: εὐλογησάτω, μὴ ἐξ οἰκείας τελεματίας κατὰ φρονήσασαι, ὥστε μὴ ἐκπροδέστω ἀπαντῆσθαι, ἀλλὰ μὴ δεδιωγῆσθαι, εὐλογησάτω καὶ δικαίως αἰτίαι. Si ostenderet, inquit, non ex sua [libera] voluntate contempsisse, ut non die constituta occurreret, sed non potuisse ex justa vel excusationem admittente causa. Mihi verba conciliorum Latinorum apertiora videntur, sed in tanta varietate cum ea cum Græcis confero [quæ suspicor non fuisse Græce initio edita, sed magis e Latinis conversa] magis in eam partem inclino, ut Burch. scripturam probem: nec mirum est, si verba Latina Africani concilii duriora sint, cum vix ullus ex veteribus scriptoribus, Cypriano excepto (quem Coprianum dictum fuisse, non libenter apud Cyprianum Lactantium legimus) disertioribus viris place-re possit. Habeo Burchardi veterem librum, qui cum edito facit. Verba quoque libri Massæi, quem scio esse vetustissimum, non multum a Burchardo dissentiunt. Addo extare apud Felicem II. epist. 1. c. 8. similia verba: Quod si probare poterit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Apertius diceretur, quod non quia noluerit, sed quia non potuerit venire, non venerit. Sed hæc hæc tenent. Est & aliud Carthaginense concilium VII. cujus c. 2. non dissimilis sententia est. Græcis est c. 130. a Gratiano dicitur Carthaginense VIII. c. 2. causa 4. quæst. 6. quod recte a Demochare animadversum est. Ivo etiam recte part. 16. c. 64. Decreti, idem dicitur Africani concilii capite 96. Hujus them. verba paucis exceptis refert capitul. lib. 5. c. 241. & lib. 7. c. 90. & 119. & addit. c. 143.

e Hæc Felicis in synodo Romana verba refert Grat. ut Romæ synodi verba 3. quæst. 7. c. 1. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 24. Panorm. ut Stephanus episcopis Galliarum in 2. decretali, non recte: sed part. 5. c. 248. & part. 6. c. 331. Decreti optime ut Felicis episcopis Galliarum, & multa alia verba ex eadem epist. affert, quæ D. Grat. refert, tria sunt, &c. non ex epist. Felicis sunt, sed Gratiani ex digestis, ut recte Contius notat. Sic etiam Anf. lib. 3. c. 7. recte Felicis nomen, & aliquot alia verba refert. Sed male inscripsit Felix universis episcopis, nisi addas Galliarum. Videndus Paulus & Pauli interpres Anianus lib. 1. tit. 2. sentent. & capitul. lib. 7. cap. 143. in additis.

f Hæc recte Felici Papæ adscripsit Grat. 2. quæst. 9. cap. 11. & 18. Ivo 4. 7: 2. Panorm. & 5. 248. & 6. 331. Decreti. Anselm. 3. 7. idem in Nicæna synodo cap. 32. & 66. & statutum esse Julius ait epist. 2. cap. 9. 24. Sed multo antiquior extat Telesphori: epist. ex qua est cap. 1. Grat. 3. quæst. 9. Anf. 3. 13. & Zephyrini epist. 1. unde est ejusdem Grat. c. 13. cujus verba distingui debuerunt a Grat. verbis. Illa enim, nisi fuerit absens &c. Gratiani sunt, superiora Zephyrini, quæ Burch. 16. lib. 13. c. refert latius; In sacris libris hæc sunt. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem prius, quam is, qui accusatur, præsentem habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Act. cap. 25. adde capitul. d. c. 143.

g Præterea superscripta est Eleutherii epist. ex qua est c. 2. Grat. 3. quæst. 9. Ivo par. 6. c. 319. Decreti. Anf. lib. 3. c. 28. Hujus Felicis epist. 1. ante eum Callisti epist. 2. ex qua est c. 3. Grat. c. 9. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo par. 5. c. 289. Decreti. Anf. 3. 54. Addatur Julii epist. 1. c. 3. & Damasi epist. 3. ex qua est c. 5. & c. 6. Grat. 3. quæst. 9. Ivo 6. quæst. 347. Decreti. Item concil. Carthag. 4. 30. & quod postea inveni. Cornel. Papa idem statuit epist. 3. ex qua est 3. quæst. 9. c. 4. Anf. 3. 57. & Apostoli apud Cle-

men-



CAPUT VI.

parte alia a iudice dicta ullam obtinebit firmitatem. Neque absens per alium (a) accusare, aut accusari potest. Nec affinis (b) testis admittatur. Neminem ergo exhiberi (c) de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet; nisi ad relationem iudicis, ad quem fuerit appellatum; id est (d), ut actor semper rei forum sequatur. Si quis autem iudicium [e] adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

Ut si quis metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem audiatur.

SI quis autem putaverit (f) se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diceceles, aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem, agat iudicium, & reliqua.

Addit. 4. cap. 13.

Tom. III.

Y y

CA-

mentem lib. 2. c. 53. & 55. const. apost. Vide ex capitul. c. 204. Apud Ivonem parte 16. c. 316. Decreti. (& constitutio 15. Grat. Aug. & aliorum lib. 9. tit. 1. Cod. Theod. quæ apud Anianum est 9. constitutio, & in Cod. Justin. const. 14. lib. 9. tit. 2. sed nimis concisè relata) vide d. c. 143. capitul.

a Sententia non dissimilis est c. 58. concil. Nicæni apud Julium epist. 2. c. 20. totidem verbis olim Hyginus Papa epist. 1. in fine, ex qua est 2. quæst. 7. c. 52. & Lucius Papa in epistola ad Galliarum & Hispaniarum Episcopos, aliis verbis Callistus epist. 7. cuius est 2. quæst. 8. c. 1. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo 5. 289. Decreti. Anf. 3. 54. & Stephanus papa epist. 2. ex qua est c. ult. quæst. 8. Burch. 1. 177. Ivo 4. 7. 1. Panorm. & 5. 293. & 328. Decreti. Anselm. 3. 55. adde Dionysium papam epist. 2. Marcellum epist. 2. cuius est cap. 5. Grat. 3. quæst. 9. Damasus epist. 3. ex qua est 4. quæst. 4. c. 2. Ivo 6. 337. Decreti, & epist. 6. ex qua sumitur 5. quæst. 2. c. 3. & 11. quæst. 3. c. 76. Denique addatur ex Toletano concil. VI. cap. 11. ex quo est 3. quæst. 9. c. 9. licet mendose Grat. ex Toletano VII. ut recte mutat Demochares. Burch. lib. 16. cap. 5. ex decretis Felicis papæ c. 15. quod defendere nondum cogitavi: totidem verbis c. 47. concil. Wormatiens. extat. In Toletano concilio additur exceptio, nisi ubi pro cap. regie majestatis versatur causa: quod Burch. & Grat. omiserunt. Postremo utroque præsentente judicandum etiam ex apostolorum constitutionibus est Clemente auctore lib. 2. cap. 53. & 55. vide infra cap. 35. & ex capitularibus c. 204. apud Ivonem par. 16. c. 316. Decreti. Est in capitul. 7. c. 354. & in additis c. 103. & 143. Videnda constitutio 15. (ut 52.) Adde Pauli lib. 5. sentent. tit. 5. & tit. 17.

b Hæc Felicis verba refert Grat. 3. quæst. 9. c. 4. Ivo par. 6. c. 331. Decreti: & Anf. lib. 3. c. 7. idem de consanguineis ait Callist. epist. 2. cuius est c. 1. & 12. Grat. 3. quæst. 5. Burch. lib. 3. c. 171. Ivo 4. 8. 3. Panorm. & 5. 289. Decreti. Anf. lib. 3. c. 54. Esse hoc ex Nicæna synodo testatur Julius papa epist. 2. cap. 32. unde sumptum est cap. 10. Grat. 3. quæst. 5. Anselm. lib. 3. cap. 21. unde capitul. d. cap. 143. in ipsis additis.

c Exere pro Exhibere habet Grat. 3. quæst. 6. c. 16. ex synodo Romana, sed ut Felicis epist. 2. est apud Ivo 5. 248. & 6. 331. Decreti. Sed Anselm. 3. 88. ut ex Hadriani decretis, vide capitul. d. c. 143.

d Alexand. III. & Lucius III. videndi apud Greg. IX. sub tit. de foro compet. c. 5. & 8. quæ sumpta sunt ex prima collect. lib. 2. tit. 1. c. 7. & ex secunda collectione lib. 2. tit. 2. c. 2. & post. Concil. Lateranens. par. 8. c. 7. pluribus verbis invenies non utrumque, sed caput quantum tantum. Antiquius est Pelagii ad Sergium cancellarium rescriptum, quod non reperi, sed refertur a Grat. 11. quæst. 17. adde novellam Valentini & Marciani, Neminem exhiberi, &c. Eiusque interpretem Anianam, & constit. Valentini & Valentis 4. lib. 2. tit. 1. Cod. Theod. & capitul. lib. 7. cap. 143. additis.

e Hæc etiam ut Felicis verba refert Ivo parte 5. c. 248. & 6. c. 331. Decreti: ut Hadriani Anf. lib. 3. c. 88. ante Felicem eisdem verbis utitur Fabianus papa epist. 3. ex qua est cap. 22. Grat. 2. quæst. 6. aliis verbis. Burch. lib. 1. cap. 148. Ivo 4. 12. 1. Panorm. & 5. 261. Decreti. Eisdem postea Sixtus III. in epistola ad orientales episcopos cap. 3. Anselm. 3. 73. vide infra cap. 32. & capitul. d. cap. 143. adde Cornelii epist. 2.

f Hæc non jam ex Felice in synodo Romana, sed ex Chalcedonensi synodo generali c. 9. sumpta sunt; & mihi non fit verisimile, hæc ita scripsisse Hadrianum ut edita sunt, sed adjectis inscriptionibus, unde essent sumpta. Nam cur Hadrianus diceret Constantinopoli causas appellationis esse tractandas, non in catholica Ecclesia Romana? memini legisse in Beati Gregorii. Registro lib. 11. c. 54. epist. 52. ex qua est 11. quæst. 1. c. 39. & 2. quæst. 1. c. 7. quod ex duabus epist. Greg. sumptum est 48. 57. Joanni cuidam defensori eundi in Hispaniam dedisse indicem quarundam constitutionum, quarum verba inseruntur, ut iis uti posset, cum in provinciam veniret. Non dissimilis est hæc nostra collectio quam plenior suspicor datam; scio missam etiam Mediomaticum Antisliti, sed ad nos sine inscriptione singulorum capitum pervenisse. Extat hoc caput plenius apud Grat. 11. quæst. 1. c. 47. & Ivo par. 6. c. 360. Decreti: minus plene apud Greg. IX. tit. de foro compet. cap. 1. & in prima collect. lib. 2. tit. 2. c. 1. Burch. lib. 2. c. 183. Ivo par. 6. c. 228. Decreti. At Julius papa restatur XXI. caput Nicæni concilii scriptum esse ut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ judicetur Jul. epist. 2. c. 4. eisdem verbis Victor usus fuerat, epist. 1. ex qua est 2. quæst. 6. c. 7. & Sixtus XI. epist. 1. ex qua est c. 15. ejusdem, quæ est quod Sixto inscribitur, Victori, Ivo, 4. 12. 2. Pan. & ejusdem Anf. lib. 2. c. 9. Sixto libro eodem c. 11. Hadriano lib. 3. c. 88. Scio etiam in Chalced. synodo, contradicentibus legatis Leonis papæ, fuisse secundum locum datum Constantinopolitano episcopo, sed id nunquam Leo probavit: sed Gelasius atque Nicolaus testantur, qui negant eum patriarcham esse, sed Heracleæ eum archiepiscopo subditum esse debere. Præstat igitur, ut credamus nos Hadrianum Nicænae potius synodi verba, quam Chalced. conscripsisse, cuius etiam Chalced. extat c. 17. & 18. quibus is honor defertur Constantinopolitano Episcopo, & eam antiquiori Constantinopolitano concilio œcumenico prius concessum asserunt. Ex 17. c. est quæst. 3. c. 1. Burch. 2. 148. Anf. 5. 26. Ivo 2. tit. 1. Panorm. Plenius idem Ivo refert par. 3. c. 106. Decreti, c. 9. Chalced. synodi verba refert Nicol. in epist. ad Michaellem Imperatorem: multus est in ejus interpretatione, ex cuius verbis apud Grat. Decreti c. 47. scribendum est *primatem non primates*: & Græce est, τὸν ἑξαρχοντὶς διοικήσεως; dura vero est interpretatio, ut id ad solum Romanum Pontificem pertineat. Extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. c. 151. in additis.



## CAPUT VII.

De canonicæ accusationis ordine.

Lib. 7. c.  
13. 338.

**A**ccusationis ordinem (a) dudum canonicis institutum decretis servari jubemus. Ut si quis clericorum in accusatione pulsatus fuerit; non statim reus æstimetur, qui accusari potuit, ne subjectam innocentiam faciamus. Sed \* quisque ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat [b], \* custodia similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione, \* potiatur; nec sibi fore noverit licentiam mentendi, cum calumniantes [c] ad vindictam poscat similitudo supplicii.

3. quest.  
6. Si qui clericus.  
Addit. 4.  
c. 9.

Ut accusatio clericorum intra provinciam fiat, &amp; ut pulsatis appellare liceat.

**S**i quis clericus super quibuslibet (d) criminibus pulsatus fuerit in provincia, in qua

confistit ille, qui pulsatur, suas exerat actiones: nec æstimet eum accusator suus alibi, aut longius pertrahendum ad iudicium. Illi vero, qui pulsatus fuerit [e], si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare.

## CAPUT IX.

Salvo sedis apostolicæ primatu, res provincie cuiusque synodus provincie dispense.

**S**alvo Romanæ Ecclesiæ (f) in omnibus primatu, manifestum est, quod illa, quæ sunt per unamquamque provinciam, ipsi provincie synodus dispense, sicut in Nicæno constat decretum esse concilio.

Lib. 6. c.  
287.

## CAPUT X.

Omnis accusatio intra provinciam audienda.

**U**ltra provincie terminos (g) accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio

Ibid.

a Hæc verba Eutyechiani papæ sunt in alia synodo Rom. epist. 2. Ex ea est 2. quest. 8. c. 3. Ivo non recte 4. 7. 22. Pan. Sixto adscribit: recte parte 8. c. 332. Decreti. Eutyechiano, Anf. Lucens. 3. 88. ut solet ex decretis Hadriani papæ. Ego suspicor ex const. ult. Honorii & Theodosii lib. 9. tit. 2. cod. Justiniani, si tempora patiantur, sumpta hæc esse omnia, aut eam constitutionem Eutyechiani verbis conscriptam fuisse. Eadem constituit. exstat in Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. const. ult. Hujus capituli verba sunt in capitul. lib. 7. cap. 152. in additis, & in aliis lib. 7. c. 436.

b Eutyechiani & Imperatorum verba sunt, de hac inscriptione ante Eutyechianum Fabianus epist. 3. ex qua est 2. quest. 3. c. 5. plenius Ivo 4. 7. 21. Pan. & parte 6. c. 324. Decreti, & Anf. 3. 79. omnes ut ex Fabiani verbis, sed Gratianus de pœnit. dist. 1. c. 22. sic ait: *Hinc etiam in canonibus: Si quis iratus &c.* quod Ant. Demochares recte animadvertit. Post Eutyechianum Damafus epist. 3. ex qua est 4. quest. 4. c. 2. male autem Contius Grat. nomen addidit illis verbis: *Inscriptio semper fiat ut talonem &c.* usque ad verbum retineant; esseque illa verba Damasi docet Grat. 1. quest. 3. c. 2. Burch. lib. 16. c. 38. Ivo 4. 7. 23. Pan. & 6. 348. Decreti. Aliis verbis de eadem re idem Damafus epist. 6. ex qua est 3. quest. 9. c. 8. Ivo 6. 348. Decreti. Sixtus III. in epistola ad orientis episcopos, verba Fabiani repetit c. 3. & 4. ex qua est 2. quest. 8. c. 4. Etenim Gratianus Sixti nomen adscripsit; at Burch. lib. 16. c. 3. ex const. Arausico c. 4. Ivo 4. 7. 21. Pan. Fabiani nomen retinet, ut antea dictum est. Hujus etiam inscriptionis mentio fit in concilio Constantinop. c. 6. Græco. Postremo ab Innocentio III. in concilio generali Lateran. c. 8. apud Greg. IX. tit. de accusat. c. 24. vide c. 48. hujus collectionis, & d. c. 151. capitul.

c Hæc etiam sunt Fabiani, Eutyechiani, Damasi, & Sixti tertii verba: adde Clementem lib. 2. c. 46. de constitutionibus apost. Vide infra c. 48.

d His verbis principio Eleutherius papa est usus in epistola ad Ecclesias Gallie, mox Felix in epist. 1. eadem verba Nicæni concilii esse refert Julius epist. 2. c. 22. Grat. 3. quest. 6. c. 17. Sixti esse dicit Ivo par. 6. c. 318. Decreti, Eleutherii, & c. 329. Felicis Anf. 3. lib. 28. c. Eleutherii c. 88. Hadriani. Vide infra c. 33. Videndus & Cyprianus in epist. ad Cornelium papam, cujus initium, *Legi literas tuas, frater carissime*, pag. 4.

Videntur autem esse hæc verba sumpta, si tempora \* paterentur, ex verbis Aniani interpretis novellæ Valentiniani & Marciani: *Neminem exhiberi &c.* extant etiam in capitul. lib. 7. cap. 144. in additis.

e Præter supra scriptos idem Cornelius ait epist. 2. hoc in Nicæno concilio decretum esse propter Julium restatur Athanasius & Alexandrina synodus in epist. ad Felicem II. ipse Felix ad eisdem c. 19. cujus verba Grat. refert, inscriptione omisa etiam in Antonianis editionibus 2. quest. 6. c. 16. Anf. lib. 1. c. 59. Felicis papæ recte adscribit. Sed addendus erat num. 2. vide infra c. 30. Hæc quoque \* Aniani sunt, de quo supra item capitul. d. cap. 144.

f Hæc verba paucis exceptis ter Grat. refert 5. quest. 6. c. 16. ex synodo Rom. 5. quest. 4. c. 2. them. 2. ex Hadriano & 9. quest. 2. c. 9. ex synodo Constant. sunt autem ex eadem secunda generali synodo c. 2. Græcis, Latinis exceptis illis verbis, *salvo Romane ecclesie in omnibus primatu*, quæ fortasse Hadriani verba sunt. Anf. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani. Isidorus in prologo concil. collectionis, verba Constantinop. refert capituli, ut ostendat plura fuisse quam decem capita Nicæni concilii, illatum verba, *salvo Romane &c.* non refert. Suspicio CL. patres ex verbis capit. V. concilii Nicæni hoc deduxisse ex eo est: apud Gratianum 11. quest. 3. c. 73. & dist. 18. c. 3. Sed & ab eodem Isidoro referuntur Innocentii papæ verba in epistola ad Victricium Rothomagensis episcopum, quibus hoc ipsum videtur significare, Nicæno concilio statutum fuisse, ut causæ, & contentiones omnes in synodo provincie terminarentur. Refert Innocentii verba præter Isidorum Grat. quest. 1. c. 17. his tantum verbis adscriptis, *Innocentius papa*: ideo Demochares non addidit certum locum. Sic etiam Anselmus lib. 2. c. 53. sed extat vol. I. concil. epist. 2. c. 3. Contius recte attulit Isidori locum, sed appellat c. 25. quos nos 27. Varietas oritur post c. 9. nam c. 10. Contio est Gelasi. Christianis, &c. mihi 13. Ego addidi numeros novellæ, & canonis Carthag. is omisit. Age vero, referamus antiquius decretum utroque concilio Nicæno, & Constantinopolitano, aut ea Hadriani verba, aut ea quæ, suspicabamur addita, tueamur. Legantur Pii pontificis verba in calce epistolæ 2. de cetero, *salva in omnibus apostolica auctoritate &c.* Ante Pium Anacletus, a beato Petro presbyter consecratus, in estrema epistola 1. ex qua est 2. quest. 6. c. 3. verba tum illa, *coram patricia*, mendose esse suspicor, & pro eis, *coram præside*, substituenda esse facile credo. Multis enim sæculis post Anacletum *patriciorum* nomen pro magistratibus usurpatum fuit. Postremo hujus capituli verba, illis exceptis initio hujus capituli notatis refert capitul. lib. 6. c. 287.

g De iis verbis dictum est c. 5. them. 2. referuntur a Grat. post verba superioris capituli 3. quest. 6. c. 16.

ex

\* & certe  
patiuntur

\* recte



fatio (a) intra provinciam audiatur, & a provincialibus terminetur.

CAPUT XII.

*Causæ ubi ortæ sunt finiendæ, salva appellatione.*

CAPUT XI.

*Quæ sæculi leges non admittunt, a clericorum causis repellenda.*

**P**Rudentissime iustissimeque Nicæna, sive Lib. 6. cap. 287. Africana decreta definiunt [d], quæcumque negotia in suis locis, ubi orta fuerint, finienda: maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilium (e) suæ provinciæ, vel etiam universale provocare.

Lib. 7. cap. 11. **A**ccusationes, & accusatores (b), atque ea negotia, quæ sæculares non adsciscunt leges, divina ac synodica funditus a clericis repelli auctoritate censemus: quia indignum est, superiores pati (c) ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt.

Y y 2

CA-

ex synodo Romana: nec diffitemur esse ex synodo Romana Felicis episcoporum LXX. Sed verba c. 9. quæ iunguntur, non sunt ex eadem sumpta, quamvis initium c. 16. & finis ejus synodi sint. Hujus capituli verba referuntur d. lib. 6. c. 283. capitul.

<sup>a</sup> Capitul. & Grat. hæc verba referunt post superiora 3. quæst. 6. c. 16. & in fine pro illis verbis, nisi prelati sit, qui accusator, Demochares recte substituit, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum: quæ verba habet Stephanus papa epist. 2. & Grat. 3. quæst. 6. c. 4. nisi tantum &c. & Ivo 4. 5. 4. Pan. & Anf. 3. 74. eandem exceptionem omittis verbis hujus thematis addidit concilium Nicænum, & testatur Julius papa epist. 2. c. 31. Post illa verba, ultra provinciæ terminos &c. verbum tantum tollendum est.

<sup>b</sup> Hæc verba sunt concilii Nicæni paucis exceptis, c. 23. ut refert Julius papa epist. 2. c. 5. Anf. 3. 20. Idem Julius epist. 1. sed antiquiores pontifices eis usi sunt, Telesphorus in epist. ad episcopos. Stephanus papa epist. 2. ex qua est 3. quæst. 5. c. 8. Ivo parte 6. c. 315. ex Telesphoro, & c. 317. Decreti ex Stephano. Anf. lib. 3. c. 13. ex Telesphoro c. 18. ex Stephano c. 88. ex Decretis Hadriani, ut Grat. 3. quæst. 5. c. 7. ex synodo Romana habita sub Hadriano papa, Demochares addidit & Damasi epist. 3. ad Stephanum non male, sed ante eum & Nicænum concilium. Eusebius papa epist. 1. refert a tempore apostolorum hoc esse servatum. Ex ea sumptum est 3. quæst. 5. c. 5. Plenius apud Anf. lib. 3. c. 16. Eadem sententia est Clementis Petri discipuli & successoris epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. c. 5. plenius apud Anf. lib. 3. c. 1. & Callistus papa epist. 2. cujus rationem addere visum est: *Quis enim dubitat, leges humanas rationi & honestati non repugnantes esse amplectendas? præsertim ubi vel publica consulunt utilitati, vel ecclesiastica dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur?* Addamus Eutyriam in synodo Romana epist. 2. Post concilium Nicænum præter Julium, & Damasum videndus Damaso antiquior Felix II. in epist. ad Athan. & Alexandrin. synodum c. 7. & 9. & 14. ex quo 14. c. est 3. quæst. 3. c. 11. Anf. 3. 62. & totidem pene verbis c. 2. est concil. Carthag. VII. Africani cap. 96. Latinis Græcis Carthag. c. 130. sive 120. ex quo pars refertur a Grat. 4. quæst. 1. c. 1. & 4. quæst. 6. c. 2. & Ivo 4. 7. 19. Pan. & 14. 69. & 16. 64. Decreti, & Anf. 3. lib. c. ult. Solus Rabanus in l. Pœnitent. cap. 1. cap. 96. concilii Africani rectius ceteris attulit. Ad extremum afferamus Symmachum papam in synodo Romana IV. & pro eodem Symmacho. \* Eunnodii libellum, qui hoc Carthag. concilii caput recitat.

\* Eunnodius

Hæc denique verba refert Isidorus in præfatione collectionis conciliorum: sed ut verum fatear, non eisdem verbis quisquam, quod meminerim, quibus Hadrianus utitur. Postea reperi eadem l. 7. capitul. c. 307. & initium tantum canonis 108. & in additis ipsis c. 148.

<sup>c</sup> Hæc etiam verba refert Grat. 3. quæst. 5. c. 7. ex synodo Romana sub Hadriano. Anf. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani: eorum sententia Nicæni concil. esse dicitur c. 66. ut refert Julius epist. 2. c. 28. & c. 36. sed & a Petro dimanasse hoc Clemens testatur epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. c. 5. plenius relatum ab Anf. 3. 1. Idem decretum est Zephyrini epist. 1. ex qua est 2. quæst. 7. c. 11. licet pro *majorum* in conciliis sit *summorum*, ut etiam habet Anf. 3. 58. adde Sixtum II. epist. 2. Felicem epist. 1. & Julium supra scriptum epist. 1. sed fatebor id quoque quod ante paulo dixi, Hadriani verba me non reperisse ab aliis prius conscripta, sed sententiam eandem. Vide infra c. 19. in fine. Vide infra capitul. d. c. 307.

<sup>d</sup> Ne hæc quidem verba aliquam usurpasse ante Hadrianum legi, sententia multis in locis expressa, & ex Nicæna synodo multa retulimus, quibus confirmatur in provincia esse a synodo causas retractandas & peragendas: ex Africanis decretis c. 5. eadem confirmantur. Post hæc scripta, incidi in epist. Africani concilii ad Cælestinum papam, in qua hæc verba sunt, paucis immutatis; eadem Græce exstat c. 138. concil. Carthag. Eadem sunt in capitul. lib. 6. c. 287.

<sup>e</sup> Hæc verba sunt epist. Africani concil. ad Cælestinum: eadem sententia est Milevitani concil. cap. 22. Africani 92. Latinis 126. vel 128. Græcis, ex quo est apud Grat. 2. quæst. 6. c. 34. & 11. quæst. 3. cap. 34. in quibus illa verba (*& interea quidquid definiunt adhibiti ab eis ex consensu suorum episcoporum*) *finiant*, pro *definiant*, est, in libris conciliorum, & pro *ex consensu episcopi eos*. Sed Græce est, *καὶ τὰ μετὰ τὸ πᾶσιν περὶ τῶν παρ' αὐτῶν κατὰ συναίεσιν τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπιτρόπων προσλαμβανόμενοι*. In veteri libro est, *καὶ μετὰ τὸ*, omisso articulo *τὰ*, sed ego eum retineo, Latina cum Græcis coniungens: ut verbum *finiant*, ex Græco *περὶ τῶν παρ' αὐτῶν* magis placet, *ex consensu*, & *cum consensu* placet. Sed ex quoque retineo, *episcopi eos* deleo, verbum *adhibiti* non est par Græco verbo, quod magis *acceptos* & *electos* significat. Sic autem intelligo *electos ex vicinis episcopis judicare*, cum consensu autem partis utriusque eligi, sive ex consensu episcopi, a quo provocatur, eligi a reo, qui provocavit aliquos, qui iudicarent. Neque enim omnes iudicabant, sed erat certus numerus eorum constitutus, ut cap. 11. Carthag. 1. ex quo est 15. quæst. 7. cap. 3. falso ex concilio Agathensi primo, etiam in Antonianis editionibus inscripto, & cap. 10. Carthag. 2. ex quo est cap. 4. apud Gratianum ejusdem quæstionis, & 3. quæst. 8. cap. ult. falso, inscriptum ex concilio Carth. III. quod recte Demochares edidit Burchard. 1. 149. ex concil. Carthag. cap. 12. & Ivo 5. 262. Decreti, & Anselmus 3. 42. adde cap. 4. concil. Carthag. III. ex quo est 15. quæst. 7. cap. 5. falso inscriptum ex Carthag. IV. Burch. 2. 205. ex concil. Carthag. cap. 20. & Ivo 6. 280. Decreti, licet in margine scriptum sit, *Ex Carthagin. 2. cap. 8.* credo voluisse cap. 10. de quo supra, referre. Græci ut Burch. Ivo & Anf. Carthag. c. 12. 14. & 20. Sic etiam Triburiens. concil. c. 10. & Crescon. cap. 242. quæ de ultramarina appellatione dice-

ban-



## CAPUT XIII.

*Episcopi eiekti & spoliati ante accusationem redintegrandi.*

Lib. 6. cap. 287.

**P**lacuit episcopos eiektos [a], atque suis rebus exspoliatos, ecclesias proprias primo recipere, & sua omnia eis reddi; & postea si quis eos accusare vellet, æquo periculo facere. Iudices esse decernentes episcopos recta sapientes, in ecclesiam convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur.

## CAPUT XIV.

*Ut metropolitanus episcopi causam sine comprovincialibus, & episcopus presbyteri causam sine clericis suis non audiat.*

Addit. 4. cap. 10.

**N**ullus metropolitanus (b) episcopus, abque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, imo etiam

causam in synodo pro facto dabit. Nec reliquorum aliquis episcoporum (c) suorum sacerdotum causas audiat absque præsentia clericorum suorum; quia irrita erit sententia episcopi, nisi præsentia clericorum confirmetur.

## CAPUT XV.

*Accusantium personam ante omnia discutiendam.*

**P**rimo semper vita (d) & persona accusantium diligenter inquiratur, & postea quæ obiiciuntur, fideliter pertractentur: quia nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius vita discutiatur.

Lib. 5. c. 239.

*Ut his, quorum libertas nescitur, nequaquam accusent sacerdotes.*

\* Sirm. Cap. XVI.

**I**l, qui non sunt bonæ conversationis (e), vel quorum fides, & vitæ libertas nescitur, non pos-

Lib. 6. cap. 276. 278.

bantur. Grat. exceptione addita temperavit 2. quæst. 6. cap. 34. nisi forte Romanam sedem appellaverint: ea exceptio in Africanis conciliis non est: improbatam fuisse ab Innocentio significare videtur cap. 61. Africani, sed additur *non facile*, hoc est, *non crebro*, sed ex magna causa. Tamen hæc, quæ sub Aurelio Carthagenensi scripta sunt, improbata esse videntur tempore Bonifacii II. Videnda \* eius epist. ad Eulalium Alexandrinum episcopum. Cresconius cap. 282. & non appellentur nisi Africana concilia ex concilio Garthag. tit. 93. de appellatione ad majus concilium. Extat cap. 12. Antiocheni concilii, ex quo est 22. quæst. 5. cap. 1. & a Martino Bracar. aliis verbis editum cap. 35. non ex concilio Martini papæ, ut edidit Gratianus cap. 5. ejusdem quæstionis, qui perpetuus \* error Gratiani ab aliis notatus est, videndus est etiam cap. 6. Græcus textus Constantinopolitani concilii.

\* Falsa est.

\* Gratiani error

a Hac de re dictum est cap. 5. them. 3. verba ipsa sumpta esse videntur ex epist. 2. Zephyrini, ex qua est 2. quæst. 2. cap. ult. Ivo latius lib. 4. tit. 6. cap. 1. & 2. Panorm. & ex epist. 3. Damasi, ex qua sumit quædam Burch. lib. 1. cap. 153. & Ivo part. 5. cap. 265. Decreti. Vox *placuit* omittitur: cetera sunt libri 6. cap. 287. capitul. & lib. 7. cap. 129. in additis.

b Origo hujus decreti ex apostolorum cap. 34. Græcis, Latinis 35. sumitur. Nicæno concilio idem statutum fuisse cap. 51. & 61. testatur Julius papa epist. 2. cap. 14. & cap. 23. idem dici videtur c. 9. concilii Antiocheni, ex quo est 9. quæst. 3. cap. 7. & apud Martinum Bracar. c. 4. ex quo est c. 1. ejusdem quæst. Pontifices quoque veteres eadem constituisse dicuntur. Hyginus epist. 1. ex qua est 9. quæst. 3. cap. 4. Burchard. 1. 65. Ivo 5. 174. & 14. 72. Decreti, qui ex epist. Callisti papæ. Est autem epistola 2. ad episcopos Galliarum, ex qua est 9. quæst. 3. cap. 7. Burch. 1. 66. Ivo 4. 4. 2. Panorm. & 5. 100. & 101. Decreti. Ante Callistum Anicetus in epistola ad Galliarum etiam episcopos, ex qua est 9. quæst. 3. cap. 5. & 6. Burchard. 1. 62. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Post hos verba Callisti repetit Lucius papa ad episcopos Galliarum & Hispaniarum, & hujus capituli verba fere eadem conscribit. Vide infra cap. 43. Extat hoc etiam capitulum in capitul. lib. 7. c. 146. in additis pars etiam hæc extat lib. 7. cap. 106.

c Confirmatur hæc sententia verbis concilii Carthag. IV. cap. 23. ex quo est 15. quæst. 7. c. 6. Burch. lib. 1. cap. 114. Ivo part. 5. cap. 214. Decreti. Item sententia est non dissimilis concilii Hispanens. II. c. 6. ex quo sunt cap. 1. & cap. ult. 15. quæst. 7. non recte a Demochare edita, & a Contio iidem connivente. Adde ex Nicolai epist. ad Michaellem Imperat. cap. 8. dist. 21. in quo *prestolandum* pro *postulandum* mutari potest, aut ut varia lectio scribi. Vide capitul. d. c. 146.

d Hac de re dictum est c. 4. Hæc verba esse videntur Stephani papæ epist. 2. & Felicis II. epist. 1. c. 13. videndus Clemens lib. 2. cap. 41. constit. apostolorum.

e Multorum pontificum est iis de rebus decretum. Primus Anacletus laudandus epist. 1. qui etiam Clementis testimonio utitur cum collegis suis, quamvis Clementis verba, ubi sint, ignoremus. Extat apud Grat. 3. quæst. 4. c. 2. & Ivo 4. 7. 8. Panorm. Secundus Pius epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. cap. 9. Ivo 4. 5. 7. Panorm. & 5. 243. Decreti, & 3. quæst. 4. cap. 3. Tertius Callistus, cujus verba hæc esse videntur ab Hadriano relata epist. 2. ad episcopos Galliarum, ex qua est 2. quæst. 7. cap. 18. Burch. lib. 1. cap. 171. Ivo 4. 7. 5. ex Felicis epist. 2. de qua supra cap. 5. them. 5. idem Ivo parte 5. cap. 280. Decreti. Ex hac epist. Callisti, cujus etiam verba sunt cap. 96. concil. Carthag. IV. repetita, non omnia tamen ea, quæ apud Grat. extant. Quartus Pontianus epist. 2. cujus est 3. quæst. 5. cap. 4. mendose editum, rectius Anselm. lib. 3. cap. 16. refert. Quintus Fabianus epist. 1. quam in synodo Romana addidisse videtur, ex qua est 3. quæst. 4. cap. 7. multo latius scriptum ab Anselm. Lucense lib. 3. c. 7. idem Fabianus epist. 2. & latius epist. 3. cujus verba hæc ipsa sunt ab Hadriano relata, paucis exceptis. Eademque verba repetit Sixtus III. in epist. ad orientales cap. 2. cujus verba refert Anselm. lib. 3. cap. 73. Ante Sixtum Stephanus epist. 2. multa ex iis repetit. Mox Felix II. epist. 1. cap. 11. qui testatur esse hoc ex Nicæno Concilio. Postremus Pelagius II. epist. 3. cujus est 3. quæst. 5. cap. 6. Anselm. lib. 3. cap. 59. sed & generalis synodus extat Constantinopolitanâ cap. 6. Græce, cujus pars refertur a Nicolao papa III. epist. ad Michaellem Imperat. ex qua est 4. quæst. 1. cap. ult. Ivo 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70. Decreti. Item synodus Chalced. cap. 21. ex quo est 2. quæst. 7. cap. 49. Anselm. lib. 3. cap. 114. sive 115. Postremo videatur Clemens lib. 7. cap. 46. 47. & 53. constit. apoft.



possunt sacerdotes accusare: nec viles personæ  
[a] in accusationem eorum admittantur.

## CAPUT XVI.

Cap. XVIII.

*Nullus episcopus alterius parochianum  
retineat, ordinet, vel judicet.*

\* Sirm.  
Cap. XVII.

*Ut criminosus accusandi vocem non  
habeat.*

Lib. 7. cap.  
65.

**I**I, qui in aliquibus criminibus (b) irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversus majores natu non habeant accusandi, sed ii, qui omni suspicione careant.

**N**ullus episcopus alterius parochianum (c) presumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare; quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & \* judicatio: quoniam censemus, nullum alterius judicis (d), nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

Lib. 8. cap.  
229.

\* dijudica-  
tio:

CA-

<sup>a</sup> Hac de re Anacletus epist. 2. unde est 2. quæst. 7. cap. 15. Ivo 4. 7. 6. Panorm. & 5. 238. Decreti. Anselm. 3. 31. Deusdedit cap. 4. nonnulla refert. Evaristus quoque epist. 2. ex qua est 2. quæst. 7. c. 1. Ivo 4. 5. 8. Panorm. & plenius parte 5. cap. 240. Decreti, & Anselm. lib. 3. cap. 12. Callistus, Fabianus, & Sixtus III. ubi supra. Anf. 3. 73.

<sup>b</sup> Hæc Fabiani papæ sunt epist. 3. & Sixti III. in epist. ad orientales episcopos: cap. 2. Anselm. 3. 73. de eadem re alii permulti conscripserunt. Principio Clemens epist. 1. qui Petri magistri verba refert; ex qua est 6. quæst. 1. cap. 1. Anselm. 3. cap. 1. Clementi proximus Anacletus epist. 2. ex qua est 2. quæst. 7. cap. 15. & 6. quæst. 1. cap. 1. Tertius Callistus epist. 1. ex qua est 2. quæst. 7. cap. 18. Quartus Pontianus epist. 1. & 2. Quintus Fabianus epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. cap. 4. & epist. 2. ex qua est caput 3. ejusdem quæstionis. Sextus Eutychianus epist. 2. in synodo Romana, ex qua Ivo parte 6. cap. 332. & 333. Decreti plura sumpsit, quam Gratianus 2. quæst. 8. c. 3. & 3. quæst. 4. cap. 11. Add. Ivo 4. 8. 8. Panorm. Anselm. 3. 25. Septimus Eusebius epist. 3. cum synodo, ex qua est 3. quæst. 5. cap. 9. sed Burch. lib. 19. c. 4. ex concilio apud Theodonis villam cap. 3. at Anselm. 3. 19. ex Eusebio. Octavus Julius ex epist. 2. cap. 33. ex qua est cap. 10. ejusdem quæst. Anselm. 3. 21. est autem id ex Nicæno concilio sumptum, ut Julius affirmat. Novus Felix II. in epist. ad Athanasium & Alexandrinam synodum c. 14. ex qua est 3. quæst. 5. c. 11. Anf. 3. 62. idem Felix cap. 15. ejusdem epist. Postremus Pelagius 2. epist. 3. cujus verba plenius in conciliorum libris sunt, quam apud Grat. 3. quæst. 5. c. 6. sed Anf. 3. 59. latius retulit. De eadem re exstat c. 6. concilii Carthag. 2. vide infra c. 63.

<sup>c</sup> Hæc verba sunt Nicæni [ hæc eadem verba sunt c. 14. Magunt. concilii sub Arnulfo, & lib. 7. c. 308. capitul. & in additis c. 149. ] concilii cap. 26. attestatur Julius papa epist. 2. c. 6. sed desiderantur hæc verba post verbum *judicare*, *salva tum in omnibus apostolica auctoritate*. Exstat quoque de eadem re caput 16. Nicæni concilii Græce, & Latine, ex quo est dist. 71. c. 3. Burch. lib. 1. c. 109. Ivo part. 5. c. 211. Decreti: nec dissimile est c. 35. Græcis, Latinis 36. apostolorum. Callistus papa epist. 2. latius, ex qua sunt tria Grat. c. 9. quæst. 2. Burch. lib. 2. c. 39. & Ivo part. 6. c. 140. Decreti, ex Decretis Hadriani papæ c. 15. Ivo part. 5. c. 10. & 101. & parte 14. c. 72. Decreti, ex Callisti epist. Anf. 6. c. 118. ex epist. Sixti omnibus episcopis cap. 119. & 120. ex Cælestino. Gregorius IX. sub tit. de parochiis c. 3. Hadriano papæ adscripsit, ut Bernard. Papiens. 1. collect. decret. lib. 3. tit. 25. cap. 3. Quod autem Anf. Lucens. attulit ex Sixto, nos invenimus in epist. Sixti minoris 2. ad episcopos Hispaniarum, cujus magna pars totidem verbis repetita est nomine Felicis IV. ad omnes episcopos. Addamus Siricium papam in epist. 4. cap. 6. & similem Innocentii epist. 2. cap. 7. qui refert, hanc fuisse Nicæni concilii sententiam. Ex hoc cap. sumpsit Gratianus cap. 2. dist. 71. Ivo 3. 5. 73. Panorm. idem concilii proditum est, Antiocheno c. 13. & 21. ex quibus sunt 9. quæst. 2. c. 6. & 7. Burch. lib. 1. 71. & 108. Ivo parte 5. cap. 176. & 210. ex alia versione. Sardicensi cap. 15. Græcis, Latinis 18. & 19. apud Gratianum dist. 71. cap. 1. Hujus Sardicensis canonis mentio fit cap. 5. concil. Carthag. I. & concil. Triburiensis cap. 28. Aquisgranensis cap. 55. Constantinop. œcumenico cap. 2. Græcis 2. & 3. Latinis. Ex quibus est 9. quæst. 2. cap. 8. & 9. Chalcedonensi etiam generali cap. 20. ex quo est dist. 71. cap. 4. & ex Anselmi alia editione lib. 7. cap. 97. apud quem non male quod Grat. ait: *Alterius civitatis ecclesie ordinari, legimus, in alterius civitatis ecclesia statuto fieri*, quod etiam est in Triburiensi concilio cap. 28. Μη ἐξείναι εἰς ἄλλης πόλεως τὰ πτεροῦ ἐκκλησίαν. hoc *constitui* appellatur 21. quæst. 2. c. 1. quod non ex 7. synodo est, sed Constantinopolitana 6. c. 17. apud Græcos, apud quos plura verba ejusdem canonis exstant, & pro constituti est, ἐν ἑτέρῃ τὰ πτεροῦ ἐκκλησία. Hactenus Græci. Hispanas synodos de eadem re laudamus. Valentini concilii c. 6. non solum alienum clericum ordinari vetat, sed ut localem futurum se promittat, jubet. Sic enim *residentem* appellat. Bracarenf. 1. c. 26. idem de ordinibus statuit. Addamus ex aliis provinciis Ecclesis c. 6. Arvernensis c. 10. Cabilonens. c. 13. Aquisgranens. c. 45. quo referuntur verba Nicæni concilii c. 6. Atrousicani 1. c. 8. & 9. Veneti c. 10. Aurelianensis 3. c. 15. Adde hujus collectionis c. 28. & quod hujus capituli esse pars videatur. Post hæc scripta invenimus concilii Chalcedonensis c. 3. actionis sextæ: ex quo emanavit c. 20. ejusdem concilii: *Clericos, inquit, in ecclesia constitutos non licere alterius civitatis Ecclesie deputari, sed manere illic, in qua ministrare deputati sunt*: Κληρικὸς εἰς ἐκκλησίαν συντελουῦτος μὴ ἐξείναι εἰς ἄλλης πόλεως τὰ πτεροῦ ἐκκλησίαν, ἀλλὰ σέρρειν ἐκεῖνῳ, ἐν ἧ λειτοργεῖν ἐξ ἀρχῆς ἤξιώθησαν. Quæ verba sunt c. 20. Græci, in quo additur tantum, καθὼς ἤδη ὤρισάμεν, propter dictum tertium caput.

<sup>d</sup> Præter Nicæni capituli 26. verba, refert Julius ex eadem synodo cap. 34. ejusdem epist. 2. Item Callistus dicta epist. 2. Sixtus II. dicta epist. 2. Ante Callistum Zephyrinus epist. 1. Post Callistum Fabianus epist. 3. ex qua est quæst. 6. cap. 3. totidem verbis Sixtus III. c. 3. epist. ad orientis episcopos; & ante Sixtum Eusebius epist. 3. ab apostolis & eorum successoribus id esse constitutum ait, cujus verba refert Burch. lib. 1. c. 165. & Ivo part. 5. c. 275. Decreti. Eorum pontificum verba nescio quomodo in constit. Gratiani, & aliorum Imperatorum leguntur lib. 7. tit. 48. cap. ult. Cod. Justin. quo Zephyrinus est multis sæculis antiquior (fuit enim Severi Imperatoris tempore) legibus sæculi ait fuisse constitutum. Eandem refert totam aperte Greg. lib. 11. c. 54. epist. 52. registri. Aniani verbis videntur nostri delectati, aut Anianus nostrorum pontificum verbis 35. lib. 4. tit. 14. Cod. Theodof. hujus them. verbis utitur. Eadem verba sunt c. 14. Magunt. sub Arnulfo, & lib. 7. c. 308. capitul.



Cap. XIX.

## CAPUT XVII.

*De peregrinis judiciis non recipiendis.*

Lib. 7. cap. 230.

**P**eregrina judicia (a) generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab externis judicetur, qui provinciales, & a se electos debet habere iudices.

Cap. XX.

## CAPUT XVIII.

*Ut episcopus extra provinciam ad iudicium non vocetur, eique provocare liceat, si iudices suspectos habeat.*

Ibid. c. 234.

**N**ullus episcopus extra suam provinciam (b) ad iudicium devocetur; sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali ab omnibus provincialibus episcopis audiatur; qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quia si hoc minoribus tam clericis, quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit? Nam si ipse metropolitanum, aut iudices suspectos habuerit, aut infestos senserit, apud primatem dioceseos, aut apud Romanæ sedis pontificem judicetur.

## CAPUT XIX.

*Quales personæ ad accusationem non admittantur.*

Cap. XXI.

**P**lacuit, ut nullus servus (c), nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset. Omnes vero infames (d) esse dicimus, quos leges sæculi infames appellant, & omnes qui culpis exigentibus (e) ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt: quoniam sicut majores (f) a minoribus non iudicantur, ita nec criminari possunt.

3. quæst. 1. Omnes vero infames. Lib. 7. cap. 76.

## CAPUT XX.

*Ut accusatores præsentibus adsint, & accusatis spatium detur ad abluenda crimina.*

Cap. XXII.

**P**lacuit, ut nullus episcopus (g) quemquam clericorum iudicare, aut damnare præsumat, nisi accusatus legitimos accusatores præsentibus habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Lib. 7. cap. 130.

CA-

<sup>a</sup> Hæc etiam verba Nicæni concilii sunt c. 53. ut refert Julius dicta epist. 2. c. 16. sed exstant aliorum pontificum Romanorum de eadem re constitutiones, ut Hyginii epist. 1. Fabiani epist. 3. & totidem verbis Sixti tertii epist. singularis cap. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 12. quamvis Sixti papæ solum nomen habeat. Burch. lib. 1. cap. 147. ex Fabiani epist. & Ivo part. 5. c. 260. Decreti, sed part. 5. c. 248. & 6. c. 331. ex epist. Felicis I. ad episcopos Galliarum, quæ secunda est synodo Romana conscripta, de qua diximus c. 5. Anf. 3. 73. ex Sixti epist. omnibus orientalibus. Hoc idem repetitur decretum ab Eusebio papa, epist. 3. quasi ab apostolis & successoribus constitutum. Burch. 1. 165. Ivo 5. 275. Decreti. Videnda Valentiniiani & aliorum constitutio 5. sive 10. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodosiani. Exstant eadem verba lib. 7. cap. 309. capitul. & in additis cap. 145.

<sup>b</sup> Hæc sunt concilii Nicæni verba c. 54. ut refert Julius epist. 2. c. 17. initio tamen sunt hæc verba: *Salva apostolica eccl. sic auctoritate*, sine his Burchard. verbis lib. 1. c. 170. Ivo par. 5. c. 280. Decreti ex Julii epist. & Anf. lib. 3. c. 88. ex Hadriani decretis. Hæc de re multa a nobis supra scripta sunt. Hujus capituli verba sunt in capitul. lib. 314.

<sup>c</sup> Initium hujus capituli multis pontificum decretis probatur. Sed ex Felice minore ad Athanasium c. 14. videtur sumptum, qui ex Nicæno concilio manasse testatur. Ex Felice Grat. 3. quæst. 5. c. 11. & Anf. lib. 3. c. 62. Eadem est sententia concilii Carthag. VII. c. 2. cujus pars refertur a Grat. 4. quæst. 1. c. 1. Græcis est c. 130. sive 129. Latinis Africani concilii c. 96. Ivo 16. parte, c. 64. Decreti. Plenius Rabanus c. 1. penitentium. Cetera, quæ Grat. refert, sunt ex c. 1. ejusdem Carthag. concilii 7. sive Africani 95. Latinis, Græcis c. 179. sive 178. Ivo 4. 7. 19. Pan. & 14. 69. Decreti. De libertis tantum prohibendis, Toletani IV. c. 67. & 75. statutum est. De infamibus Clemens papa epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. c. 5. Anf. 3. c. 1. Item Pontianus papa epist. 1. de servis, sive non ingenuis. Fabian. epist. 2. ex apostolorum sive successorum constitutionibus, & epist. 3. & totidem verbis Sixtus III. epist. sing. c. 2. *De servis, libertis, & infamibus*. Stephanus papa epist. 2. ex qua est 3. quæst. 5. c. 8. Anf. lib. 3. c. 18. idemque epist. 1. latius de infamibus, & ceteris breviter, ex qua sumpsit Grat. 6. quæst. 1. c. 17. Burch. lib. 1. c. 173. Ivo 4. 7. 14. Pan. & 5. 291. Decreti. Anf. 3. 5. De infamibus Felix cum 70. episcopis epist. 2. & Eutychianus in synodo epist. 2. ex qua est 3. quæst. 4. cap. 11. Ivo 4. 88. Pan. Anf. 3. 25. Addo Eusebium epist. 1. & epist. 3. ex qua sumptum est. 3. quæst. 5. cap. 9. Anf. lib. 3. cap. 19. Silvestrum in synodo Romana, ex qua est 2. quæst. 4. cap. 2. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 6. 334. Decreti. Julius quoque papa idem de infamibus & aliis in Nicæna synodo statutum esse ait epist. 2. cap. 33. ex quo est 3. quæst. 5. cap. 10. Anf. 3. cap. 21. De eisdem Damasus epist. 3. ex qua sumpsit Grat. 2. quæst. 7. cap. 39. & 51. plenius Burchard. 1. 172. Ivo 4. 8. 4. Panorm. & 5. 290. Decreti. Pelagius II. epist. 3. ex qua est 3. quæst. 5. c. 6. plenius Anf. lib. 3. c. 59. vide in capitul. lib. 7. cap. 437.

<sup>d</sup> Hadrianus papa apud Grat. 6. quæst. 1. cap. 1. Anfelm. 3. 88. ex decretis Hadriani papæ. Multa hæc de re Callistus epist. 1. Fabianus epist. 1. & 2. ex quibus sunt 6. quæst. 1. c. 2. & 3. Eusebius epist. 1. & 2. & alii supra relati.

<sup>e</sup> Hoc Fabianus ait epist. 2. unde Grat. 2. quæst. 7. c. 38. plenius multo Anf. lib. 3. c. 15. item Damasus epist. 3. ex qua sunt 2. quæst. 7. c. 39. & 51. de quibus supra.

<sup>f</sup> Hæc de re dictum est supra c. 11.

<sup>g</sup> Hæc etiam de re multa scripta sunt c. 5. them. 7. videndus Marcellus epist. 2. ex qua est 3. quæst. 9. c. 5. & Damasus epist. 3. ex qua sunt 3. quæst. 9. c. 6. & 7. cujus verba sunt ex conciliis mutanda; mendosum enim est etiam in Antonianis editionibus, *nec extra patriam fiat provincia &c.* Sed scribendum est *nec extra propriam fiat provinciam*. Ivo recte parte 6. c. 347. Decreti idem Damasus epist. 6. ex qua est c. 8. Grat. quæst. Ivo 6. 348. Decreti. Verba ipsa Hadriani adhuc alibi non inveni, præter Anf. 3. 88. sed & Julius epist. 2. c. 31. hoc ipsum recitavit, fortasse ex Nicæna synodo.



Cap. XXIII.

CAPUT XXI.

*De episcopis, qui ad Romanum appellans pontificem.*

*Ibid. cap. 235.* **P**lacuit, si episcopus accusatus appellaverit (a) Romanum pontificem, id statuendum quod ipse censuerit.

Cap. XXIV.

CAPUT XXII.

*Qui clericum accusat, si probare non potest, infamiae iacturam subeat.*

*Ibid. cap. 340.* **S**I quis episcopus, presbyter [ b ], aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit ille sive sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis; qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. Si quis vero circa huiusmodi (c) personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamiae propriae sustinere: ut damno pudoris, existimationis dispendio, discat sibi alienae verecundiae impune insidiari saltem

de cetero non licere, sed qualem fratri paraverat damnationem, talem in se suscipiat.

CAPUT XXIII.

Cap. XXV.

*De primatum & metropolitanorum differentia.*

**N**ullus archiepiscoporum (d), nisi qui primas sedes tenent, appelletur primas, *Lib. 7. c. 341.* aut princeps sacerdotum (e), aut summus sacerdos, vel aliquid huiusmodi: sed tantum ille, qui in metropoli sedet, aut metropolitanus, aut archiepiscopus vocetur, & suum in canonibus praefixum non excedens teneat cum humilitate modum. Et ille, qui primam sedem retinet, tantummodo primae sedis appelletur episcopus: salva semper in omnibus auctoritate beati Petri apostoli.

CAPUT XXIV.

Cap. XXVI.

*Judici omnia patienter audienda, quae proponuntur, priusquam sententiam ferat.*

**J**udicantem oportet cuncta rimari (f), & ordinem rerum plena inquisitione discutere, *Lib. 5. cap. 246.* inter-

a Fabiani sunt haec epist. 3. Sixti III. epist. unic. c. 5. idem videtur Nicæna synodus decrevisse, c. 51. ut refert Julius papa epist. 2. c. 10. est in capitul. lib. 7. c. 153. in additis, & in prioribus lib. 7. c. 315.

b Haec Caei papae sunt epist. 1. ex qua est pars quaedam 2. quaest. 7. c. 75. plene refertur ab Anf. Lucens. lib. 3. c. 45. Imperfecte ab Ivone Carnot. lib. 4. tit. 7. c. 11. Pan. sunt eadem verba a Sixto III. repetita c. 3. d. epist. apud Grat. ex synodo Romana 2. quaest. 7. c. 50. Mendose autem editum id est, licet recte Demochares addidit Sixti III. mentionem, sed non recte omissum est verbum *Presbyter*, post verbum *Episcopus*. Contius Democharem est secutus, ut solet. Haec postea verba. invenimus in constit. 41. Honorii & Theodosii lib. 16. tit. 2. Cod. Theodos. quomodo haec in pontificias constitutiones inserta sint, ignoramus. Sunt etiam haec verba in capitul. lib. 7. c. 438.

c Adde praeter supra scripta, Stephani papae epist. 1. ex qua est 6. quaest. 1. c. 17. de quo dictum est c. 19. vide concilii Eliberitani c. 75. Arelat. 1. c. 14. Arelat. 2. cap. 24. in quo refertur *magne synodi* decretum, hoc est, Nicæni concilii, ex quo est 3. quaest. 10. cap. 2. vide Bracar. 2. cap. 8. ex quo est 2. quaest. 4. c. 1. Burchard. 2. 202. Ivo 4. 8. 13. Panorm. & 6. 276. Decreti: de poena talionis dictum est supra cap. 7. vide c. 38.

d Haec sententia est concilii Nicæni c. 47. ut refert Julius papa epist. 2. c. 12. sed & primates fuisse in eodem concilio distinctos & enumeratos testatur Athanasius & Alexandrina synodus in epist. ad Felicem II. idemque Felix ad eosdem c. 12. Refert etiam Burch. lib. 1. c. 163. & Ivo parte 5. c. 273. Decreti. Extant hodie c. 6. & 7. concil. Nicæni, quibus patriarchis videtur honos habitus, *Romano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano*. Ex iis apud Grat. dist. 65. c. 6. & 7. Anf. lib. 4. c. 4. videtur c. 6. interpretatio in Chalced. synodi actione 16. sed antiquior mentio extat in Clementis & Anacleti epistolis, quibus mira quaedam referuntur mihi valde ignota, fuisse aliquando apud ethnicos *archiflamine*, sive primos flamine, & primos quosdam legis doctores. Sic enim est in epist. 1. Clementis ad Jacobum fratrem domini, & in eisdem urbibus a Petro apostolo accepisse, ut *primates* vel *patriarchae* constituerentur episcoporum. At in quibus alii minores archiflamine essent, illic archiepiscopos constitui: in singulis aliis urbibus singulos episcopos. Haec Grat. dist. 80. c. 2. Burch. lib. 1. c. 155. & Anf. lib. 6. c. 105. nec minor nascitur admiratio ex verbis Anacleti epist. 2. *Provinciae multo ante Christi adventum tempore divisae maxima ex parte, &c.* in cap. sunt provinciarum, ubi dudum *primates* legis saeculi erant &c. qui ad aulam Imperatoris vel Regum confugere non poterant &c. Patriarchas vel primates esse iusserunt. Reliquae metropolitanarum civitates, quae minores iudices habebant, licet majores comitibus sive comitatibus essent, haberent metropolitanos suos, &c. Patriarchas vel primates esse iusserunt. Haec etiam refert Grat. dist. 99. c. 1. Anf. lib. 6. c. 106. Ivo 4. 3. 1. Pan. & 5. 53. Decreti. Idem Anacletus epist. 3. tomum se ait hac de re conscripsisse, in quo enumerat primas civitates, quae a sanctis apostolis & a beato Clemente, sive ab ipso primates praedicatores acceperant. Mox in communi nomine gentium & Christianorum in his rebus refert. Mox de tribus primis sedibus, sive ecclesiis, Romana, Alexandrina, & Antiochena notiora conscripsit. In his omnibus, quae aut subdititia sunt, aut ita obscura, ut nullam utilitatem afferant, in ea sententia sum, ut cupiam ex Gratiani Decreto tolli, ut alia pleraque, quae magis lectores perturbant quam docent. Multorum enim capitum lectione in eo libro non relevamur, sed oneramus, quibus facile carere potuimus. Sed nos cetera persequamur. Ex hac tertia Anacleti epist. Grat. tum alia, tum c. 2. sumpsit dist. 22. Latus, qua de re agimus, Burch. lib. 1. c. 159. & 178. & Ivo parte 5. c. 269. Decreti. Tertius hac de re constituit Anicetus in epist. ad ecclesias Galliae, ex qua est 99. dist. c. 2. Ivo 4. 4. 1. Pan. & 5. 54. Decreti. Quartus Stephanus epist. 2. hic *Lucinus* nescio quomodo appellatur a Grat. dist. 80. c. 1. Demochares recte errorem notavit. Anf. lib. 6. c. 109. *Lucium* appellat. Vide etiam in capitul. lib. 7. c. 439.

e Haec sunt ex Coacil. Carthag. III. c. 26. Africani c. 6. Latinis, Graecis c. 39. ex quo est apud Grat. dist. 99. c. 3. Burch. lib. 1. c. 3. Ivo parte 3. c. 57. Decreti. Cresconius c. 253. refert ex Carthag. tit. 6.

f Haec verba sunt Eleutherii in epist. ad ecclesias Galliae: ex qua est 30. quaest. 5. c. ult. Burch. lib. 16. c. 30.



interrogandi ac proponendi, adiciendique patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter, nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus jam nihil habuerint in quaestione, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur. Frequenter ergo interrogari oportet, ne aliquid forte prætermisissum remaneat, quod annexi conveniat.

Cap.  
XXVII.

CAPUT XXV.

*De iis, qui indiscussos potestate tyrannica damnant: & quod episcopi vel presbyteri non debeant ab aliis judicari, nisi & a quibus ordinari.*

Lib. 7. c.  
241.

**S**unt nonnulli, qui indiscussos [a] potestate tyrannica non canonica auctoritate damnant; & sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant, & levi opinionis aura condemnant, quorum crimina non adprobant. Ideoque communi decreto censemus, ut quancumque aliquis episcoporum criminatur [b], congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis causa ejus audiatur, ut non occulte judicetur vel condemnetur: \* qui ab aliis prius judicari non potest, nisi ab iis, a quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

\* quia

Cap.  
XXVIII.

CAPUT XXVI.

*Ubi judicari debeant, qui adversus episcopum vel metropolitanum causam habent.*

Ibid.

**S**i clericus, vel laicus [c] habuerit causam adversus episcopum proprium, vel adversus

alterum, aut episcopus adversus quemquam, apud synodum provinciæ judicetur. Quod si adversus ejusdem (d) provinciæ metropolitanum episcopus, vel clericus habuerit querelam, petat primatem dioceseos, ut apud ipsum judicetur, aut apud sedem apostolicam.

CAPUT XXVII.

Cap. XXIX.

*Ut episcopus accusatus ab omnibus comprovincialibus audiatur.*

**S**i quis episcopus super certis (e) accusatur criminibus, ab omnibus audiatur, vel judicetur, qui sunt in provincia, episcopis.

Ibid. cap.  
79.

CAPUT XXVIII.

Cap. XXX.

*De episcopo, qui alterius parochianum ordinat, vel judicat.*

**S**i quis episcopus judicaverit [f] vel ordinaverit alterius parochianum sine consilio, & voluntate episcopi sui, oportet eum non sine increpatione in communi concilio admitti, ita ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem.

CAPUT XXIX.

Cap. XXXI.

*Ut eorum in accusatione vel testimonio vox obstruatur, qui divinis vocibus mortui sunt.*

**P**lacuit eorum accusandi (g) sacerdotes, & testificandi in eos, vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quia vocem funestam potius \* interdicti, quam audiri oportet.

2. quest.  
7. Placuit eorum.  
Lib. 7. c.  
242.  
\* interdicti,

CA-

c. 30. Ivo 4. 9. 3. & 4. 11. 12. & 13. Pan. idem plenius parte 6. c. 316. & 317. Decreti. Totidem verbis Julius epist. 2. c. 31. Vide pulchram admonitionem Clementis lib. 2. c. 41. constit. apost. & Evaristum epist. 2. ex qua est 2. quæst. 1. c. 20. Burch. lib. 11. c. 9. Ivo 4. Pan. Postea inveni hæc esse Constantini verba in constit. 1. lib. 2. tit. 18. Cod. Theod. ex qua est cap. 9. lib. 3. tit. 1. Cod. Justin. eadem exstant in capitul. lib. 5. cap. 246.

a Exstant hæc lib. 7. c. 330. capitul. & in conc. Hispalensi II. c. 6. ex quo est 15. quæst. 7. c. 1. & ult.

b Hac de re sæpius dictum est, atque dicitur, licet non eisdem verbis: vide c. 74. apostolorum, Constantin. 6. Antiochenum 15. ex quo est 6. quæst. 4. c. 5. Martinum Bracarenf. c. 13. Eleutherium in epist. ad ecclesias Galliarum. Fabianum epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 1. 2. 3. & ult. & totidem verbis. Sixtum III. epist. unic. c. 3. ex quo Anf. lib. 3. c. 83. Stephanum epist. 2. Marcellum epist. 1. Felicem II. epist. 1. Innocentium epist. 2. c. 3. ex quo est 11. quæst. 1. c. 27. de quo alibi diximus c. 9. Hæc verba exstant in capitul. d. c. 330.

c Vide c. 9. conc. Chalced. ex quo est 11. quæst. 1. c. 47. Ivo part. 6. c. 360. Decreti latius quam c. 228. & Burch. lib. 2. c. 183. & Greg. IX. tit. de foro competenti c. 1. vide Damasum epist. 3. Innocentium epist. 2. c. 3. ex quo sunt 11. quæst. 1. c. 27. a Demochare non repertum; & 3. quæst. 6. c. 14. Anf. lib. 2. c. 531. Isidorus in prologo conciliorum: eadem exstant in capitul. lib. 7. c. 321.

d Hac de re dictum est c. 6. addo Clementem epist. 1. ex qua est dist. 80. c. 2. Burch. 1. 155. Anf. 6. 205. & Anicetum in epist. ad Galliarum ecclesias, ex qua sunt 90. c. 2. & 9. quæst. 3. c. 5. & 6. Burch. plenius lib. 1. c. 63. & Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Verbis eisdem utitur capitul. lib. 7. c. 321.

e Hoc sæpius repetitur. Vide infra c. 25. Hæc verba exstant in capitul. lib. 7. c. 104.

f Hæc eadem verba nondum inveni. Sed vide caput 16. cui hoc caput jungi debuit. Postea reperi eadem verba c. 51. conc. Maguntini II. sub Arnulfo Imperatore.

g Ab iis verbis in quodam Anf. lib. & in alio diversorum pontificum Veronensi Hadriani decreta sunt. Sed falsum est. Hadriano ascribit Grat. hoc c. 2. quæst. 7. c. 53. in quo malo *interdicti* scribere, quam *interdicti*. Demochares notat Stephanum papam epist. 2. id decrevisse, sed certe non eadem verba sunt, licet pars eorum in epist. sit. *Mortuos* autem magis *criminosos* quam *monachos*, ut Grat. putat, intelligo. *Interdicti* quoque habet Anf. lib. 3. c. 88. Veronens. liber. Apud Eusebium epist. 3. *vocem funestam criminorum interdicti* scriptum est, ex ea est 3. quæst. 5. c. 9. Burch. 3. 19. cur autem *mortui* dicantur *criminosi*, explicant Miltiades papa in epist. ad Hispaniarum episcopos. At Pelagius II. utrosque *mortuos* appellat, & criminum reos, & monachos epist. 3. ex qua sunt 3. quæst. 5. c. 2. & 2. quæst. 7. c. 54. Anf. plenius lib. 3. c. 59. *De servis & familiaribus* in Arcadii & Hono-



Cap. XXXII.

CAPUT XXX.

De non neganda appellatione accusato.

Lib. 7. cap. 243.

\* negari

Cap. XXXIII.

**P**Lacuit, ut accusato [a], si judicem suspectum habuerit, liceat appellare: quia non oportet \* negare audientiam roganti.

CAPUT XXXI.

Quod reis, qui de se confessi sunt, super alios non sit credendum.

3. quæst. 21. Non est credendum. Ibid. cap. 244.

**N**ON est credendum contra alios [b] eorum confessioni, qui criminibus implicentur, nisi se prius probaverint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque confessio.

Cap. XXXIV.

CAPUT XXXII.

Ut qui iudices suspectos habuerint, vocem appellationis exhibeant.

Lib. 7. cap. 170.

**S**I quis iudicem adversum (c) sibi senserit, vocem appellationis exhibeat: ut cum ei concessum fuerit, integro negotio apud alium iudicem amotis dilationibus possit audiri.

Tom. III.

CAPUT XXXIII.

Cap. XXXV.

Quod omnibus, qui lite pulsati sunt, non alibi quam in proprio foro iurgandum sit.

**C**Lericus, sive laicus [d], si crimine aut lite pulsatus fuerit, non alibi quam in foro suo provocatus audiatur.

11. quæst. 2. Clericus, sive. Lib. 7. cap. 251. Cap. XXXVI.

CAPUT XXXIV.

Ut appellantes nulla arceantur detentione.

**A**ppellantes non debet (e) afflictio ulla, aut carceris, aut detentionis injurare custodia; \* si liceat appellatoris vitiatam causam appellationis remedio sublevare.

Ibid. cap. 252. \* & liceat

\* Sirm. Cap. XXXVII.

Quod etiam in causis criminalibus appellare liceat.

**L**iceat etiam in causis criminalibus appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

Z z

CA-

Honorii 20. constit. lib. 6. tit. 1. Codicis Justiniani, *vocem funestam amputari potius, quam audiri oportere*: cuius etiam verba refert Grat. 3. quæst. 11. c. ult. Sed pro *amputari*, *intercidi* scribit, *intercidi funestam vocem* scriptum etiam est in epist. 1. Silverii papæ. Apud Iyonem parte 16. c. 332. Decreti ex capitularibus c. 440. *vocem funestam potius intercidi, quam audiri oportere*: eadem verba sunt lib. 9. tit. 6. constit. 3. Codicis Theodosii in Aniani libro. Est constit. 2. tit. 3. & Aniani interpretatur *extingui*. Sed ut beatus Greg. lib. 11. epist. 52. registri refert eandem constitutionem, & verbo *intercidi* utitur. Sed ego mendosus arbitror eorum libros, qui ita scribunt. In capitul. lib. 7. c. 322. est *intercidi*, & c. 440.

<sup>a</sup> Hac de re scriptum fuerat c. 8. exstat in capitul. lib. 7. c. 313. in additis c. 317.

<sup>b</sup> Hæc verba refert Grat. ex decreto Hadriani 3. quæst. 11. c. 3. eadem sententia fuit concilii Nicæni c. 55. ut refert B. Julius papa epist. 2. c. 18. ex quo est 15. quæst. 3. c. ult. ubi Grat. miscuit exceptionem, præterquam de crimine læsæ majestatis. Eam non habet Ivo 4. 7. 17. Panorm. nec part. 5. c. 288. Decreti, ubi Dionysii verba referuntur Severo coepiscopo, hoc est, epist. 2. pro *coepiscopo* fortasse *Cordubæ episcopo* scribendum est, ut ex ea apparet: sed hujus capituli verba latius posuit Stephanus papa epist. 2. ex qua est 8. quæst. 11. c. 1. Burch. 1. 164. Ivo 4. 7. 15. Panorm. & 5. 274. Decreti. Anf. 3. 71. Videntur autem esse verba mutata, \* *si tempora paterentur*, ex constit. 19. Valentini, & aliorum Imperat. lib. 9. tit. 1. Cod. Justin. quem refert Grat. eadem quæst. c. 2. nomina Imperatorum recte Contius, male Demochares edidit. Aniani autem eadem verba sunt lib. 9. tit. 1. constit. 7. Cod. Theodosii. a quo integro lib. est const. 12. Videatur etiam Eusebii epist. 1. mendose relata a Grat. 5. quæst. 5. c. 4. nam pro *rigorofus* *tortor*, *religiosus* est: & pro *corpora solvantur*, *corpora subsiciuntur*. Anf. 3. 26. plenius eam epist. refert, & *religiosus* *terror*, ac *corpora solvantur* habet, sed hi ut conciliorum scriptura placet, ita in verbis Eusebii nescio quid mendii latere videtur. Vide infra c. 64. Hujus c. verba exstant in capitul. lib. 7. c. 324.

<sup>c</sup> Prior hujus capituli pars constat Fabiani verbis epist. 3. ex qua est 2. quæst. 6. c. 21. Burch. 148. Anf. 2. 10. paucis immutatis Ivo 4. 12. 1. Panorm. & parte 5. c. 261. Decreti, totidem verbis, quot Fabianus, Sixtus III. ut solet epist. sing. c. 3. Anf. 3. 73. Antiquior Sixto Felix cum LXX. episcopis epist. 2. ut diximus, cap. 5. them. ult.

<sup>d</sup> Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 11. c. 49. Anf. 3. 88. & liber Veronens. Non dissimilia sunt verbis concilii Nicæni, quæ refert Julius epist. 2. c. 25. & quæ c. 8. scripsimus. Adde Fabian. epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 2. Sixtus III. totidem verbis c. 3. epist. sing. Anf. 3. 73. Videndus etiam Damas. epist. 3. ex qua est 3. quæst. 9. c. 7. de quo antea diximus. Hoc est caput 4. Hadriani in lib. Populeti: exstat hoc etiam cap. in capitul. lib. 7. cap. 332.

<sup>e</sup> De carcere Damasus epist. 3. sed Fabian. epist. 3. & Sixtus III. epist. un. c. 3. cetera scribunt. Ex Fabiani epist. Grat. 2. quæst. 6. c. 1. & 7. & 20. & 21. sed *carceris* verbum Damasus est & Hadriani, non ceterorum. Id non habet Burch. 1. 148. neque Ivo 4. 12. 1. Panorm. & 5. 261. Decreti. Neque Anf. 2. 16. qui omnes ex Fabiani epist. idem ex Sixto lib. 3. c. 73. & c. 88. ex decretis Hadriani, in quo solo *carceris* mentio fit. Quod in fine dicitur *de appellatione ejus, qui ad supplicium ducitur*, non videtur pontificii juris esse, sed ex jure civili arreptum, & in superscriptis epist. insertum. Postea incidi in Aniani interpretationem constitutionum Cod. Theodosii. & in eis hæc fere omnia inveni lib. 11. tit. 8. constit. 1. 2. & 3. Constantini Imperatoris, sive 30. titul. constit. 2. & 15. Constantini, & 20. Constantii in integro libro: videnda constit. 12. sub titul. de appell. lib. 7. Cod. Justin. Hujus capituli verba leguntur in capitul. lib. 7. c. 333. & in aliis verbis eadem sententia lib. 2. cap. 251. & in additis cap. 106.

\* Et eerte patiuntur.



Cap.  
XXXVIII.

## CAPUT XXXV.

*In causis capitalibus absens accusare non potest, nec accusatum per alium defendi.*

**I**N criminalibus [a] causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur.

Cap.  
XXXIX.

## CAPUT XXXVI.

*De constitutionibus contra canones & decreta, vel contra bonos mores conditis.*

**C**onstitutiones contra canones (b) & decreta præsulorum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti.

\* Notanda hæc Ant. Augustini verba.

Canones Nicæni concilii.

<sup>a</sup> Grat. Hadriano papæ adscribit 5. quæst. 3. cap. 2. Ivo Hadriani cap. 1. lib. 4. tit. 7. c. 4. Panorm. Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani ut dictum est supra hac de re in calce capituli 5. Hoc est c. 1. Hadriani in libro Populeti.

<sup>b</sup> Hæc verba Grat. Felicis papæ esse ait, dist. 10. c. 4. at Burch. concil. Triburiens. c. 10. & Ivo part. 5. c. 38. Decreti ex epist. Hadriani papæ tradita Ingilramno Mediomatricis urbis episcopo c. 38. sed parte 16. c. 10. ut Burch. licet in marg. sit ex capitulis Hadriani papæ. Deusdedit parte 1. *Hadrianus Agilramno*: Et alibi *ad Gilramnum episcopum*, & part. 3. *Hadrianus Agilramno episcopo*. In verbis idem etiam differt a ceteris. Sic enim utrobique est: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum præsulorum nullius sint momenti*. Anf. 3. 88. ex decretis Hadriani, & lib. Veronens. videnda epist. 1. Callisti, ex qua est 11. quæst. 3. c. 89. apud Grat. & Anf. 3. 86. ambo verba omittunt a nobis referenda: Nulli imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, licet aliquid contra mandata divina præsumere. Addit Marcellinus epist. *nec quiquam quod evangelicis, prophetisque & apostolicis regulis deviet, agere. Injustum enim iudicium &c.* ut Callistus. His omnibus verbis utitur Symmachus in synodo Romana sexta: ex qua est dist. 10. c. 2. Plenius Burch. lib. 15. c. 8. ex decretis Hadriani papæ c. 16. sed scribo c. 36. Ivo 2. 12. 4. Panorm. ex octava synodo Symmachi, & part. 4. c. 231. Decreti ex sexta synodo Symmachi, sed parte 16. c. 9. ex concil. Hadriani Papæ c. 16. vel, ut suspicor, c. 36. Deusdedit d. part. 1. Sancti Dei martyres & Romani pontifices Callistus & Marcellinus, nec non Symmachus & Hadrianus uno ore sanxerunt idem dicta parte tertia. Verba horum pontificum in calce hujus collectionis, licet non omnia, referuntur. Vide c. 70. Adde constit. Valentiniani & Marciani 12. sub tit. de sacros. eccles. lib. 1. Cod. Justin. & epistolam Damasi ad Aurelium Carthag. postquam initio conciliorum, quæ plerisque suspecta est, ut aliæ nonnullæ \* antiquiorum Damaso Pontificum. In lib. Populeti, hoc est c. 2. Hadriani his verbis: *Constitutiones contra decreta sacrosancta Romanorum præsulorum nullius sint momenti*. Et alibi post verba c. 70. *Nec quidquam quod contra evangelicam, & propheticam, aut apostolicam doctrinam, constitutionemque eorum sive sanctorum patrum actum fuerit, omnimode quassabitur (vel cassabitur.)* Hujus capituli verba exstant in capitul. lib. 7. c. 346. Hadriani Angilramno episcopo: *Constitutiones contra sancta decreta Rom. præsulorum nullius sint momenti*.

<sup>c</sup> Hæc verba Hadriani papæ esse refert Grat. 11. quæst. 1. c. 50. Deusdedit parte 3. Hadriani in registro Anf. 3. 88. ex decretis Hadriani, & liber Veronens. duobus locis. Hæc etiam videntur esse sumpta ex Nicæno concilio, ut testatur Julius epist. 2. c. 6. & 34. ut dictum est c. 16. Verba autem Zephyrini videntur prius fuisse epist. 1. & Eusebii epist. 3. mox Julii dicto c. 34. Exstant in capitul. lib. 7. c. 347.

<sup>d</sup> Hæc etiam ut Hadriani verba refert Grat. 5. quæst. 6. c. 1. Anf. 3. 88. & liber Veronens. vide c. 22. them. 1. Adde Fabian. epist. 2. ex qua est 3. quæst. 1. c. 6. & 11. quæst. 1. c. 32. Anf. 7. c. 159. Deusdedit c. 4. videndum autem quid illud sit, *curie tradatur, cui omnibus diebus vite sue serviat*. Quid enim Fabiani tempore (qui Maximini & Gordiani tempore vixit) *curia* ad pontifices pertinet? Auger suspicionem alterius esse verba, quod Augustini verba in ea referuntur ex Enchiridio c. 79. sed potuit August. verbis Fabiani uti, tacito ejus nomine. *Curie* mentio fit in epist. 2. Stephani; ex qua est 3. quæst. 4. c. 8. Deusdedit c. 4. (Adde scripta c. 58.) & in epist. 2. Pii papæ, ex qua est 11. quæst. 1. c. 19. Anf. 8. 17. Hoc est caput 3. Hadriani in libro Populeti: verba hujus c. invenies in capitul. lib. 6. c. 277. & lib. 7. c. 348. & 197.

<sup>e</sup> Hoc caput Nicæni concilii fuisse dicitur c. 58. ut refert Julius in ea, quam sæpe commemoramus, epist. ad orientis episcopos c. 21. sic etiam c. 19. ejusdem concilii apud eundem Julium c. 2. cujus verba ut Sixti papæ refert Grat. 3. quæst. 6. c. 5. sunt autem ex epist. 1. Sixti II. Burch. lib. 1. c. 144. ex decretis Julii c. 18. Idem c. 176. ex Decretis Victoris papæ c. 1. cujus exstant eadem verba epist. 1. Ivo 4. 12. 2. 2. Panorm. ex dictis Sixti papæ idem parte 5. c. 257. Decreti, ut Burch. 144. eadem sententia colligitur ex verbis Marcelli papæ epist. 1. ex qua est breve c. 6. Grat. 2. quæst. 6. Præclarum Anf. Lucens. 2. c. 7. Nec dissimile est, quod affert Ennodius pro Symmacho papa in synodo Romana, non longe ab iis verbis, quæ affert Grat. dist. 17. c. 6. cui capiti Symmachi nomen inscripsit. Antiquius est Sardicense concilium, ex quo sunt Græci canones 3. 4. 5. & 6. ex quibus sumpsit Gratian. 6. quæst. 3. cap. ult. & 2. quæst. 6. cap. 3. quo loco Demochares adscribit falsum numerum c. 7. Hos canones Sardicens. concil. Zosimus papa Nicæni concilii fuisse testatur in epist. ad Faustinum & alios legatos in concil. Carthag. in quo interfuit B. Aurel. Augustinus; eadem verba refert Aurelius, & alii Afri in epist. ad Bonifacium papam. Exstat utraque epist. Græce & Latine: negabant Afri, in suis libris inveniri canon. eos Nicænos; sed neque in Attici Constantin. neque in Cyrilli Alexandrini lib. exstare: quod quamvis verum esset, nihilominus tamen fuisse: olim potuerunt ab hæreticis deleti, ut Julius & Felix II. & Athanasius cum Alexandrinis testati sunt. Hujus c. etiam verba exstant in capitul. lib. 7. c. 349. & in additis c. 138.

## CAPUT XXXVII.

*Ut non constringat clericum sententia non a suo iudice dicta.*

**I**N clericorum causa (c) hujusmodi forma ferretur, ut ne quemquam eorum sententia \* non a suo iudice dicta constringat.

## CAPUT XXXVIII.

*De his, qui falsa aliis invogant.*

**O**mnis, qui falsa (d) aliis intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.

## CAPUT XXXIX.

*De provinciali synodo retractanda per vicarios urbis Romæ episcopi.*

**U**T provincialis synodus (e) retractetur per vicarios \* Romani pontificis, si ipse decreverit.

Cap. XL.

11. quæst. 3. In clericorum. Lib. 7. cap. 266. \* non suo Cap. XLI.

5. quæst. 6. Omnis qui falsa. Lib. 6. cap. 277. Cap. XLII.

Lib. 7. cap. 267. \* urbis Romæ,

CA-



Cap. XLIII.

CAPUT XL.

De iis, qui majores natu accusant.

**D**E iis, qui in accusationem (a) majoris natu veniunt: & ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

Cap. XLIV.

CAPUT XLI.

Quod in causa capitali, vel in causa status non per advocatos, sed per ipsos agendum sit.

2. quest. 6. Si quando. Lib. 7. cap. 274.

**S**I quando in causa capitali (b), vel in causa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum.

Cap. XLV.

CAPUT XLII.

Ut liceat majores Judices appellare, quoties necessitas ingruerit.

Lib. 5. cap. 250.

**P**lacuit, ut a quibuscumque (c) iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi major est auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur.

Cap. XLVI.

CAPUT XLIII.

Ut metropolitani episcoporum causas, nisi presentes omnes fuerint episcopi provinciales, audire non presument.

Lib. 7. cap. 275.

**S**I quis metropolitanus episcopus (d), nisi quod ad suam pertinet propriam solummodo parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit; & quod egerit, irritum habeatur & va-

cuum. Sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, suarumque ecclesiarum & clericorum, atque saecularium necessitatibus, agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordia omnium administratione, sicut Dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare*, & alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Similiter & ipse comprovinciales episcopi cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum: ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in saecula.

Matth. 20. Matth. 13.

CAPUT XLIV.

Quae in laicis arguuntur, a clericis respiciantur.

Cap. XLVII.

**Q**UOD in laicis (e) reprehenditur, id multo magis debet in clericis praedamari.

Lib. 7. cap. 276.

CAPUT XLV.

De contemptoribus canonum, laicis vel clericis.

Cap. XLVIII.

**U**T laici contemptores canonum (f) excommunicentur; clerici vero honore priventur.

CAPUT XLVI.

Cap. XLIX.

Delatores qui sint, & qua poena multandi.

**D**ELATORI aut lingua capuletur (g), aut convicto caput amputetur. Delatores autem sunt, qui invidia produunt alios.

Ibid. cap. 277.

Z z a

De

a Hac de re diximus c. 15. in fine: ea de re verba sunt in additis capitul. lib. 7. c. 139.

b Grat. Hadrianum papam his verbis inscripsit 2. quest. 6. c. 39. scribendum autem est *per procuratores, non exploratores*, ut in Antonianis edit. est. Sic enim habet *exploratores* Anf. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani. Verba ipsa non videntur juris pontificii esse. Dicitur etiam supra de accusatoribus praesentibus non semel. Addantur quaedam ex concil. Chalcedon. act. 1. Postea inveni Anianum hanc scripsisse, cum interpretationem addidit ad Paul. lib. 5. sentent. tit. 37. sive 39. de reddendis causis appellationum: eadem exstant in capitul. lib. 7. c. 357. & in additis c. 140.

c Hac sunt Nicæni concil. verba c. 60. ut testatur Julius c. 22. d. epist. ad orientales; refert Grat. 2. quest. 6. c. 9. eadem fere verba sunt concilii Carthag. III. c. 10. Græcis c. 15. concil. Carthag. refert Ivo 4. 12. 9. Panorm. 6. 363. Decreti. Anf. ut solet 3. 88. ex decretis Hadriani. Non dissimilis sententia exstat apud Cornelium papam epist. 2. non longe a verbis relatis a Grat. 3. quest. 9. c. 4. Anf. 3. 57. sed Lucii papæ eadem hæc verba sunt epist. sing. ad Galliam & Hispaniam episcopos. Videndus Nicolaus papa epist. ad Michaelen imperat. ex qua plura capita sunt apud Grat. dist. 21. c. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. sed verba ad hanc rem apta sunt c. 8. licet non plene relata. Verba hujus capituli paucis exceptis refert capitul. lib. 5. cap. 250. & lib. 7. cap. 121. & in additis cap. 14.

d Hæc etiam sunt Nicæni concilii c. 6. ut testatur Julius ubi supra c. 23. Antiquum hac de re exstat capitul. 34. Græcis, 35. Latinis apostolorum, quod renovari videtur c. 9. Concilii Antiocheni, ex quo est 9. quest. 3. c. 2. cujus etiam verba Martinus Bracaren. posuit c. 4. & apud Grat. ead. quest. 3. c. 1. ex concilio Martini papæ. Adde Hyginii papæ epist. 1. ex qua est c. 4. ead. quest. Burch. lib. 1. c. 65. Ivo 5. 174. Decreti, ex Callisto episcopis Galliarum. Anicetus quidem episcopis Galliarum de eadem re apertius scribit. Ejus verba refert Gratianus ead. quest. c. 5. & 6. Burch. lib. 1. c. 63. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Latius Callistus epist. 2. ex qua est 9. quest. 3. c. 7. plenius Burch. lib. 1. c. 66. Ivo 4. 4. 2. Panorm. & part. 5. c. 100. & 101. Decreti. Totidem verbis pleraque Lucius papa ad episcopos Hispaniarum & Galliarum. Vide supra c. 14. nos enim eadem utrobique dicimus, ut ipsi pontifices sæpius. Hujus capituli verba exstant lib. 7. c. 358. & in additis c. 142.

e Hæc verba sunt concilii Carthag. I. cap. 13. & lib. 7. cap. 16. & 359. capitul. Hadrianus papa Ingelramno episcopo.

f Hæc verba sunt tit. c. 14. concil. Carthag. I. His verbis constat c. 5. Hadriani in libro Populeti. Non male hoc esse potest c. 45. Hadriani.

g Grat. 5. quest. 6. cap. 5. ex decreto Hadriani. Sic etiam Anf. lib. 3. c. 88. sed non erat Hadriani hoc decretum.



\* *Sirm.*  
Cap. L. De iis, qui in alterius famam scripturam,  
aut verba contumeliosa confinaverint.

Lib. 7. c. 278. QUI in alterius famam (a) in publico scri-  
pturam, aut verba contumeliosa confin-  
averint, & repertus scripta non probaverit, fla-  
gellatur: & qui ea prius invenerit, rumpat, si  
non vult auctoris facti causam incurrere.

## CAPUT XLVII.

Cap. LI. De eo, qui iratus crimen objecit,  
& postea retractat.

Ibid. c. 281. SI quis iratus crimen (b) aliquod cuilibet te-  
mere objecerit, convicium non est pro ac-  
culatione habendum: sed permisso tractandi  
studio, id quod iratus dixit, per scripturam se  
probaturum esse fateatur: aut si forte resipi-  
scens post iracundiam, quæ dixit, iterare aut  
scribere noluerit, non ut reus criminis \* ha-  
beat.

\* teneatur.

## CAPUT XLVIII.

Cap. LII. Qui crimen obiicit, probare debet: & ut  
causa ibi agatur, ubi crimen  
admissum est.

3. quest. 6. Qui crimen.  
Ibid. c. 282. 2. quest. 3. Omnis.  
QUI crimen obiicit [c] scribat, se proba-  
turum revera: & ibi causa agatur, ubi

crimen admittitur: ut \* qui non probaverit  
quod objecit, pœnam quam intulerit ipse pa-  
tiatur. \* igitur qui

## CAPUT XLIX.

Cap. LIII.

Ne iudices causam absentis personæ sua  
sententia præsumant.

CAVEANT iudices ecclesiæ (d), ne absente eo,  
cujus causa ventilatur, sententiam profes-  
sant: quia irrita erit, imo & causam in syno-  
do pro facto dabunt.

Lib. 6. cap. 279.

## CAPUT L.

Cap. LIV.

De eo, qui frequenter litigat, ut non  
suscipiatur absque examine.

EJUS, qui frequenter litigat [e], & ad accu-  
sandum est facilis, accusationem nemo  
absque grandi examine recipiat.

Lib. 5. cap. 245.

## CAPUT LL.

Cap. LV.

Quod episcopi inter se corrigere, si quid  
ortum fuerit, debent.

DE accusationibus episcoporum Constanti-  
nus (f) Imperator inter cetera sic ait:  
Vestra: \* inquit, accusationes tempus habe-  
bunt proprium, id est, diem magni iudicii:  
ju-

Lib. 6. cap. 301.

\* quidem

nere, sed referre quod in Cod. Theodos. scriptum fuerat, vel potius in epitome constitutionum Constantini impe-  
rat. lib. 10. tit. 1. constit. 1. quæ in libro integro est constit. 2. tit. 10. Hoc est c. 6. Hadriani in libro Populeti, &  
in capitul. lib. 7. c. 360. extat.

a Hadriani papæ nomen Gratianus adscriptit 5. quest. 1. c. 1. & Anf. 3. 88. mihi hoc etiam non esse ex ponti-  
ficio jure videtur (vide infra c. 59.) Postea inveni apud Ivonem part. 16. c. 235. Decreti mixtam hanc sententiam  
cum aliis ex capitularibus sumptis in eo libro, quo scribuntur constitutiones sive leges regum Francorum, ut Pipi-  
ni, Caroli, Ludovici, & aliorum: postea in titulos & libros distinctæ sunt, ut in collectione legum Longobar-  
dorum, namque in capitularibus ordo tantum temporum servabatur, in posterioribus materia distinguebatur. Hoc  
est c. 7. Hadriani in libro Populeti: sed apud Ivonem parte 4. c. 49. est c. 49. Hadriani ad Ingelramn. extat in capi-  
tularibus Benedicti Levitæ, & Ansegisi libro 7.

b Hæc sunt Fabiani verba epist. 3. ex qua est 2. quest. 3. c. 5. & de pœnit. dist. 1. c. 22. ex canonibus Ivo 4. 7.  
21. Panorm. & 6. 324. Decreti, Anf. 3. 79. Totidem verbis Sixtus III. ut tolet, c. 3. sing. epist. Eadem verba inve-  
nio, ut interpretationem constit. 3. imp. Constantini lib. 9. tit. 1. Cod. Theodos. in editione sive collectione A-  
niani, cujus hæc verba sunt: sub Alarico rege Gothorum prius fuerat constitutio 5. fuit autem Fabianus Con-  
stantino multo antiquior, utpote qui sub Maximino & Gordiano Africano vixit. Sixtus III. tempore Valentinia-  
ni imperatoris. Exstant hæc eadem verba in capitul. lib. 7. c. 364.

c Hæc verba mendose refert Grat. 3. quest. 6. c. ult. ex decreto Hadriani papæ: nam pro *sciat* scribatur  
oportet *scribat*. Sunt autem Fabiani verba d. epist. 3. ex qua est 2. quest. 9. c. 4. & 3. quest. 6. c. 1. & 2. quest.  
3. c. 3. sed hoc cap. 3. dicitur esse ex decreto Hadriani, illud c. 1. Fabiani, c. 4. Sixti papæ, & verum est etiam  
verba Sixti III. c. 4. d. epist. sing. Burch. lib. 16. c. 3. ex concilio Arausicano c. 4. Ivo 4. 7. 21. Panorm. ex Fabiano  
[vide c. 7.] Addamus Hinemari in synodo responsum, quod in synodo apud S. Medardum conscriptum est: ex  
quo Greg. IX. c. 1. de libelli oblatione, & Grat. 2. quest. 1. c. 9. utrobique non recte *Hinemari*, nomen est, &  
Grat. ait c. 8. eius concilii esse Burch. 2. 197. c. 9. Ivo 6. 269. Decreti c. 8. Bernard. Papiens. lib. 2. tit. 3. c.  
1. collect. 1. Decreti, numerum non addit. Huius capituli verba sunt in capitul. lib. 7. c. 365.

d Hæc esse verba concilii Nicæni refert Julius epist. 2. c. 24. Fuerunt olim Eleutherii papæ in epist. ecclesiis  
Galliarum missa: ex qua est 3. quest. 9. c. 2. Burch. lib. 16. c. 14. ex decretis Hadriani papæ c. 4. Ivo parte 6. c.  
319. Decreti ex Eleutherio: item Anf. lib. 3. c. 28. licet c. 88. ex decretis Hadriani totidem verbis usus est Fe-  
lix papa epist. 1. post Nicænum concilium: exstant eadem verba c. 30. concil. Carthag. IV. & in capitul. lib. 6.  
c. 279. & lib. 7. c. 219.

e Felix II. in epist. ad Athanas. & Alexandrinos c. 14. ex quo est apud Grat. 3. quest. 5. c. 11. Anf. lib. 3.  
c. 62. ambo Felici papæ hæc adscribunt, sed Anf. c. 88. Hadriano. Adde concil. Carthag. IV. c. 58. & Clementem  
lib. 2. c. 41. & 53. Constit. apost. & Pontianum epist. 2. unde est 3. quest. 5. c. 4. Anf. 3. 16. Julium papam  
epist. 2. c. 33. qui id esse ex Nicæna synodo testatur. Ex ea epist. est 3. quest. 5. c. 10. Anf. 3. 21. Hoc est c. 8.  
Hadriani in libro Populeti.

f Hæc partim ex tripartita historia sunt, partim ex Rufini verbis lib. 10. c. 2. historię ecclesiasticę. Epi-  
phanus scolasticus lib. 2. c. 2. historię tripartitę sumpsit ex Sozomeno lib. 1. c. 16. Hæc eadem fere verba refert  
ex historia ecclesiastica Deusdedit c. 3. Grat. breviter 11. quest. 1. c. 5. in fine. Item B. Gregorius lib. 4. c. 75.  
registri, ex quo est 11. quest. 1. c. 42. Adde Parisiens. concil. lib. 3. c. 8. & capitul. lib. 5. c. 163. & lib. 7. c. 441.



judicem vero illum, qui tunc futurus est omnibus judicare. Mihi ergo homini constituto de hujusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium simul & accusatorum. Quos minime convenit tales debere monstrari, qui judicentur ab aliis, cum ab ipso domino magis sint ipsi judicandi; de quibus ait propheta: *Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deus discernit.* Neque possunt humano condemnari examine, quos Deus suo reservavit iudicio. Et reliqua talia, & his similia.

CAPUT LII.

Summus præsul a nemine judicatur.

Neque præsul summus [a] a quoquam judicabitur, quia dicente domino: *Non est discipulus super magistrum.*

CAPUT LIII.

Ut iudex non ante reum condemnet, quam ipse confiteatur, aut per testes revincatur.

Iudex criminorum discutens [b] non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.

CAPUT LIV.

Injusta episcoporum damnatio a synodo retractanda.

Irritam esse injustam [c] episcoporum damnationem; idcirco a synodo retractandam.

CAPUT LV.

Quod ecclesiam suam relinquere nullus debeat.

Ut ne quis, dum in ea [d] durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.

CA-

a Antiqua synodus exstat adversus Marcellinum, papam, postea martyrem gloriosum. In ea a CCC. episcopis dictum est: *Nemo unquam iudicabit pontificem, nec præsul sacerdotem suum: quoniam prima sedes non iudicabitur a quoquam.* Hoc ipsum narrat Nicolaus papa epist. 8. ad Michaellem imperat. ex qua est dist. 21. c. 7. Ivo 4. 1. 6. Panorm. & 5. 8. Decreti. Mox altera synodus tempore Silvestri papæ c. ult. *Nemo iudicabit [sive ad iudicet] primam sedem &c.* Ex eo est 9. quæst. 3. cap. 13. Innocentii nomine, & mendose editum utriusque pontificis nomine. Ivo 4. 1. 5. Panorm. Silvestri Anselm. 1. 19. rectius 4. 39. Deus dedit cap. 3. recte hæc Hadriani verba Silvestri esse ait in concil. 277. episcoporum, & ex eodem illius capituli 3. verba minus mendosa refert. Sunt autem Silvestri in Romana synodo. Tertia synodus tempore Sixti tertii, Maximus exconsul dixit: *Non licet adversus pontificem dare sententiam.* Alio die Sixtus episcopus dixit: *Non est servus supra dominum, neque discipulus supra magistrum.* Hujus etiam rei mentionem facit idem Nicolaus ubi supra. De eadem re exstat epistola Sixti, in qua dicit se purgasse in synodo, non quia cogeretur: *& criminationes adversus doctorem nemo recipiant.* Ex hac epist. est 2. quæst. 5. cap. 10. Quarta de Symmacho papa, quæ est Romana quarta synodus, sive actio: ex ea quædam refert Grat. dist. 17. c. 6. thea. 1. Ennodii quoque, defensoris Symmachi in Romana synodo recitata. Exstant ejusdem sententiæ etiam apud Grat. 9. quæst. 3. c. 14. Symmachi nomine. Ivo 4. 1. 7. Panorm. in synodo V. Symmachi, & parte 5. c. 10. Decreti. Antiquior Symmacho Gelasius fuit, acerrimus sedis apostolicæ defensor, neque indifertus ut illa tempora patiebantur. Is in epistola ad Faustum eandem sententiam tuetur, cuius verba refert Grat. 3. quæst. 3. c. 16. idem c. 10. ead. quæst. refert Nicolai ad Michaellem epist. verba, quibus eadem Gelasii verba, laudantur. In hoc 10. c. pro Innocentio Bonifacius scribendus est ex conciliorum libris, & ex Ivone 4. 1. 10. Panorm. & 5. 19. Decreti. Gelasii verba Anf. lib. 1. c. 47. & 48. & ut ex diversis epistola idem lib. 2. c. 16. c. 24. & plenius lib. 12. c. 69. Vide infra c. 67. & 68.

b Hæc sententia est Nicæni concilii, ut testatur Julius in epistola sæpius relata c. 26. Fuerant prius Zephyrini verba epist. 1. & Felicis papæ epist. 1. ex qua est 2. quæst. 1. c. 5. Burch. lib. 1. c. 154. ex Zephyrino & Anf. lib. 3. c. 65. ex Felice c. 66. ex Zephyrino, & c. 88. ex decretis Hadriani, idem elicitur ex epistola Stephani & Africanæ synodi ad Damasum papam. Adde Sixti secundi epistol. c. 4. Sunt etiam hæc Aniani verba lib. 9. tit. 30. constit. 1. Cod. Theodof. sive tit. 40. in integro libro. Mirum autem \* est verba Aniani & constit. Constantini imperat. usurpari ab antiquioribus pontificibus. Est autem const. 16. lib. 9. tit. 47. eidem Justin. Hæc ut Constant. verba refert Grat. 2. quæst. 1. c. 2. Burch. 16. 6. ex decretis Hadriani papæ c. 2. (forte 52.) Ivo 4. 11. 4. Panorm. ex Constantino, Anf. 3. 77. August. episcopo. Hoc est cap. 9. Hadriani in libro Populeti, exstat in capitul. lib. 7. c. 170. & lib. 5. c. 156.

c Hæc etiam verba sunt Nicænæ synodi teste Julio c. 27. & Carthag. IV. c. 28. Ex quo est 11. quæst. 3. c. 35. est etiam totidem verbis in epist. 1. Felicis, cuius est 3. quæst. 6. c. 11.

d Nondum hæc ipsa verba legi, sed Gregoriana epistola exstat ad Bonifacium episcopum, qua, si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irreplerit, quos nec dum tetigit, a loco fugere non debere scriptum est. Ejus magna pars ut Gregorii primi ad Augustinum refertur in conciliis, in eisdem ut Gregorii tertii ad Bonifacium. Exstant etiam Evaristi epist. 2. qua dicitur sine inevitabili necessitate ecclesiam non esse dimittendam. Ex ea est 7. quæst. 1. c. 11. plenius Burch. lib. 1. c. 76. Ivo part. 5. c. 182. & 201. Decreti. Anf. lib. 6. c. 102. Pulcherrima est adversus episcopos, qui mercenariis committunt oves suas, ut meretrices nutricibus alienis filios suos, epistola Damasi 4. & adversus vagos clericos Valentini concilii c. 3. & Maguntini concilii cap. 22. ex Isidoro, ni fallor, sumptum, qui eos *hippocentavros* appellat lib. 2. c. 3. officiorum, quod mendose scriptum est in libris conciliorum. Isidori mentionem facit etiam concil. Triburienf. c. 27. Ad extremum addamus synodi Nicænæ c. 16. ex quo est 7. quæst. 1. c. 23. quod ex Carthag. V. esse ait Gratianus. Burch. recte lib. 2. c. 98. & Ivo parte 6. c. 175. Decreti, & Anf. 7. 95. Nicæni capituli verba refert concil. Aquigr. c. 45. id Martin. Bracarenf. c. 34. aliis verbis edidit. Adde Tarragon. I. c. 11. Hispalens. II. c. 3. Vernens. c. 12. & 13. Nicæn. II. c. 10. (vide infra c. 62.) apud Cresconium c. 16. hæc verba legitimus, ut clericis proprias ecclesias non relinquunt, in canon. apost. tit. 15. & 16. concil. Chalced. tit. 2. Annochen. tit. 3. ex decretis papæ Leonis tit. 38. Gelasii tit. 23. concil. Carthag. tit. 21. & 22. Postea inveni hujus capituli verba in capitul. lib. 7. c. 366.

Cap. LVII.

Lib. 5. c. 156.

Cap. LVIII.

11. quæst. 3. Irritam esse.

Cap. LIX.

Lib. 7. c. 366. in manuscr.

Pontificis auctoritas.

\* Notanda Ant. Aug. verba.

Vagi clerici pestis in Ecclesia.

Psal. 81.

Cap. LVI.

Luc. 6.



Cap. LX.

## CAPUT LVI.

*Ante iudicem non suum pulsatus taceat si velit: & ut appellanti induciæ dentur.*

Lib. 7. c. 283.

**P**ulsatus ante suum iudicem [a] causam dicat; & non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit taceat: & ut pulsatis (b), quoties appellaverint, induciæ dentur.

Cap. LXI.

## CAPUT LVII.

*De eo, qui contra suam subscriptionem venit.*

Lib. 6. c. 232.

**S**I quis contra suam professionem (c) vel subscriptionem venerit, si clericus fuerit, deponatur; si laicus, anathematizetur.

Cap. LXII.

## CAPUT LVIII.

*Falsum crimen adversus episcopum, presbyterum, diaconum obiicienti nec in fine danda communio.*

\* nisi in fine dandam ei non esse.

**S**I quis episcopum (d) aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, \* nec in fine dandam esse communionem.

## CAPUT LIX.

*De libellis famosis.*

Cap. LXIII.

**S**I qui inventi fuerint (e) libros famosos legere vel cantare, excommunicentur. *Lib. 6. c. 243.*

## CAPUT LX.

Cap. LXIV.

*Ut diebus dominicis causæ ab episcopo non audiantur.*

**U**T nullus episcopus, vel infra (f) positus die dominico causas judicare præsumat. *15. quæst. 4. Nullus episcopus. Lib. 6. c. 245.*

## CAPUT LXI.

Cap. LXV.

*De potente si quem expoliaverit, ut ab episcopo excommunicetur.*

**U**T si quis potentem quemlibet (g) expoliaverit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur. *Ibid. c. 246.*

## CAPUT LXII.

Cap. LXVI.

*Ut nullus clericus a suo recedat episcopo.*

**U**T nullus clericus ab episcopo (h) suo recedat, & ad alium se transferat. *Ibid. c. 247.*

CA-

a Hæc sunt Fabiani papæ verba epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 3. Burch. 16. 10. ex decretis Eusebii c. 20. Ivo 4. 12. 1. in fine ex Fabiano, & 6. 323. Decreti. Totidem verbis Sixtus III. c. 3. epist. ad orientales episcopos, Anf. lib. 3. c. 73. Hæc de re sæpius dictum fuerat. Exstant hæc verba in capitul. lib. 7. c. 367.

b De induciis præter Fabianum & Sixtum Eleutherius epist. 1. ex qua est 3. quæst. 3. c. 3. Ivo 4. 9. 3. Panorm. & 6. 326. Decreti. Cajus papa in epist. ad Felicem episcopum, cujus magna pars exstat in Leonis epist. ad Leonem Augustum; prope ea verba. quæ refert Grat. 3. quæst. 1. c. 1. Item Marcellus papa epist. 2. Felix secundus epist. 1. c. 8. & c. 20. ex quibus sunt 3. quæst. 2. c. 7. & quæst. 1. c. 1. & 2. Burch. lib. 1. c. 180. Ivo 4. 8. 14. & 4. 9. 2. Panorm. & 5. 296. Decreti. Denique Damasus epist. 3. videndus, ex qua sunt 3. quæst. 1. c. 4. & 3. quæst. 9. c. 6. 7. Ivo 4. 0. 1. Panorm. & 5. 287. & 6. 347. Decreti.

c Hæc verba esse videntur ex concilio Carthag. II. c. ult. in quo de laicis nullam video mentionem, nec in Græcis quidem verbis Carthag. c. 13. sed neque in veteri Maffei Latino lib. c. 12. Anselm. lib. 3. c. 88. Huic sententiæ addidit ex concil. Carthag. cum priores & posteriores essent cum hac inscriptione, *ex decretis Hadriani Papæ.* Ex hoc c. 16. Hadriani in libro Populeti. Vide capitul. lib. 7. c. 158.

d Hæc verba sunt concilii Elibertini c. 75. Vide etiam Arelatens. I. c. 14. & Arelat. II. c. 24. ex quo est 3. quæst. 10. c. 2. id falso a Gratiano Arelat. 3. dicitur. In eo mentio fit magnæ synodi hæc decretum esse, quod de Nicæno intelligimus. Adde Bracarenf. II. c. 8. ex quo est 2. quæst. 4. c. 2. Burch. lib. 2. c. 202. & Sixti tertii epist. sing. c. 1. quo narrat damnatum esse Bassum Sixti accusatorem, viatico non denegato morienti ex benignitate. Vide etiam supra c. 38. legendus Clemens lib. 2. c. 46. & 47. constit. apost. hoc est c. 10. Hadriani in libro Populeti.

e Aliis verbis: sed non multum dissimilibus Elibertini concil. c. 52. ex quo est 5. quæst. 1. c. ult. Ivo parte 4. c. 154. Decreti, ex epist. Hadriani papæ tradita Ingilramno c. 62. *Si qui inventi fuerint libros famosos legere excommunicentur.* Anselm. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani papæ, verba eadem refert, quæ edita sunt in conciliis. Veronensis liber post alia quedam Hadriani: *Si qui inventi fuerint libros famosos & ignotos in ecclesia legere vel cantare, excommunicentur.* Vide supra c. 46. hoc est c. 11. Hadriani in libro Populeti hujus capituli verba referuntur in capitul. lib. 7. c. 3. 68.

f Hæc verba refert Grat. 15. quæst. 4. c. ult. ut Hadriani papæ. Sententia eadem multis conciliis provincialibus statuta est. Verba ipsa sunt tituli concil. Tarrac. I. c. 4. ex quo est c. 1. ead. quæst. 4. addit Gratianus aliud c. *ex concilio apud Ephesum præsentem rege Henrico:* sed mendosum verbum est *Ephesum:* sic enim Burch. lib. 13. c. 21. ex concilio Esphesfurt, cui interfuit Henricus Rex c. 2. Ivo parte 4. c. 53. Decreti, ex concilio apud Esphort habito, jussu Henrici Regis c. 1. sic alibi Burch. lib. 13. c. 27. & 28. eodem nomine utitur Esphesfurt, & lib. 11. c. 77. & idem Ivo parte 14. c. 125. licet parte 4. c. 59. *Esphor* scribat nomen ipsum barbarum, ut a Burch. scriptum est, scribamus. Ejus oppidi mentio fit in epist. 6. Zachariæ papæ. Eadem sententia est Matisconensis II. c. 1. in cujus concilii calce exstat de eadem re edictum Guntramni regis. Item Arelat. IV. sub Carolo c. 16. Turonens. III. sub eodem c. 40. Maguntini sive Moguntiaci sub eodem c. 37. Rhemenf. sub eodem c. 35. Triburiens. sub Arnulfo c. 35. Denique post concilium sextum Œcumenicum in collectione incerti concilii c. 8. ex libro Gandavensi, quod mihi provinciale videtur non multo supra relatis vetustius. Hoc est c. 12. Hadriani in libro Populeti his verbis: *Nullus episcopus, vel abbas, vel infra præpositus die dominico causas seculares agere præsumat.*

g Sumptum ex tit. c. 11. concilii Toletani primi: ex quo est 24. quæst. 3. c. 1. verba ait, & capitul. refert Anselm. lib. 7. cap. 164. non dissimile est cap. 14. concilii Matiscon. II. Hoc est cap. 13. Hadriani in libro Populeti.

h Hæc verba sumpta ex titulo concilii Toletani I. c. 42. de eadem re apostol. c. 15. exstat, & simile est An-

An-



Cap. LXVII.

CAPUT LXIII.

Ut criminibus implicati ad accusationem, aut testimonium non admittantur.

Lib. 6. c. 298.

**H**omicidæ, malefici, fures [a], sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

Cap. LXVIII.

CAPUT LXIV.

Criminose accusatio periculosa est, & admitti non debet.

6. quest. 1. Qui crimen intendit.

**Q**ui crimen intendit (b), agnoscendum est, si ipse ante non fuit criminofus; quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque professio.

CAPUT LXV.

Miserorum ruinis, qui succurrit, Dei a se removeret vindictam.

Cap. LXIX.

**O**ccurrere quisque fidelium (e) ruinis miserorum debet subsidio \* quo valet, & ex relevatione alienæ vindictæ a se Dei remove- re vindictam. Libat enim domino (d) prospera qui ab afflictis pellit adversa.

Lib. 6. c. 250.

\* quo va- leat & r. a. v. a se Dei r. v.

CAPUT LXVI.

De periculo judicantium, & providentia eorum.

Cap. LXX.

**M**ajus periculum est (e) judicantis, quam ejus qui judicatur: unde unicuique providendum est, ne aliquem injuste judicet, aut puniat.

Lib. 7. c. 287.

CAPUT LXVII.

Cap. LXXI.

De accusatione adversus doctorem submovenda.

**A**ccusationes adversus doctorem (f) nemo suscipiat: quia non potest humano conde-

Ibid. cap. 288.

Antiochenum c. 3. ex quo est 7. quest. 1. c. 24. Anselm. lib. 7. c. 195. canonum apostolorum auctor Clemens epist. 1. cujus verba quædam refert Burch. lib. 2. c. 94. & Ivo parte 6. c. 131. Decreti: idem Clemens epist. 3. in princ. ex qua est 11. quest. 3. c. 11. plura verba refert Triburiens. concil. c. 9. & postea ex eadem epist. sumitur 16. quest. 1. c. 41. Burch. 2. 93. Ivo 2. 123. Decreti. Triburiens. concil. c. 32. Adde Pium papam epist. 2. in fine, ex qua est 11. quest. 1. c. 19. Anselm. 8. 17. Anterus quoque videndus in epist. ad episcopos Beticæ & Toleranæ provincie, quamvis suspectum nomen est *Toletanæ provincie*, cum illis temporibus *Toletum oppidum* fuerit minus nobile. Sumitur ex ea epist. 11. quest. 3. c. 14. Denique videatur Agathensis synodi c. 2. ex quo est dist. 50. c. 21. Ivo 6. 366. Adde Anglicani concilii apud Herutfrod. caput 5. (vide caput 55.) Hoc est caput 14. Hadriani in libro Populeti.

a Eusebii papæ verba sunt epist. 3. ex qua est 3. quest. 5. cap. 9. Burch. lib. 16. c. 4. ex concilio apud Theodonis villam c. 3. sed Anf. 3. 19. ex Eusebio. Eadem scribit Eutychnianus papa epist. 2. ex qua est 2. quest. 8. c. 3. plenius Ivo parte 6. c. 332. & 333. Decreti. Eadem verba refert Felix II. epist. 1. c. 15. & partem eorum Pelagius II. epist. 3. antiquior Clementis epist. 1. ad Jacobum Hierosolymitanum, non metropolitanum, ut Grat. ait 6. quest. 1. c. 5. Vidend. Anf. lib. 3. c. 1. Quod vero de ea epistola controversia est apud quosdam, incertum relinquimus: antiquam esse nobis constat, & multa ex ea ab aliis relata; & interim dum non reprobatur a Romana sede, a nobis non rejicitur. Sunt tamen quædam loca in epistola Clementis, quæ videntur ab aliis esse adjecta ex libris *Recognitionum* ipsius Clementis, quos libros ab antiquis patribus non invenimus relatos atque receptos, quin potius, ut canones apostolorum, & Clementis itinerarium a Gelasio & Romana synodo notantur, atque apud Gratianum dist. 15. c. 3. Sed quod ad hoc caput attinet, videantur quæ supra dicta sunt sæpius, præsertim c. 15. in fine. Postea incidimus in c. 37. partis 10. decreti Ivo- nis, qui hæc esse ait ex epistola Hadriani tradita Ingilramno Mediomatricæ [ scribo *Mediomatricum* ] urbis episcopo c. 66. Quod si canonis 67. scripturam legissem, magis fuisset delectatus; sed quasi ita scriptum sit, accipiamus: est enim veluti quinque pedum præscriptio. Hoc est c. 15. Hadriani in libro Populeti. Exstat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. c. 369.

Clem. du- bia epist. Clem. re- cognitionum libri, alique in dubium vocati.

b Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 6. quest. 1. c. 6. eisque conjungit quædam Silvestri papæ verba, de quibus diximus c. 68. de hac sententia videndus cap. 6. Græcus concilii Constantinopolitani textus, & vide supra cap. 31.

c Hæc verba sumpsit Anf. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani, ut solet: sed Sixti III. sunt in epistola ad episcopos orientis c. 5. ante eum Fabiani epist. 3. & Tolerani concil. V. c. 2. & capitul. lib. 6. cap. 250. & lib. 7. cap. 221.

d Gratianus dist. 86. c. 3. hanc cum aliis sententiis Joannis octavi esse ait, & Ivo part. 6. c. 185. decreti Joannis octavi ad Ludovicum Imp. & addidit verba quædam a Gratiano relata dist. 10. c. 10. ex epist. Joann. 7. ad eundem Ludovicum. Sed idem Ivo parte 4. c. 230. ut c. 115. [ Ab eisdem Gratiano & Joann. reservantur alia verba, negligere non possis, &c. ] quæ Innocentii esse refert Gratianus dist. 83. c. 3. & Deusdedit c. 2. sed alibi Anastasii & Damasi esse ait Gratianus 23. quest. 3. c. 8. Damasi quidem exstat epist. 3. in cujus calce sunt verba a Gratiano relata. Item hæc ipsa, *libat domino &c.* Anf. lib. 13. c. 19. ut Grat. dist. c. 8. sed & illa verba, *negligere non possis &c.* Eleutherii papæ sunt in calce epistolæ ad Galliarum Ecclesias. Eadem fere reperit Innocentius III. concilio generali Lateran. c. ult. adde hæc ipsa verba: *Libat enim domino &c.* esse dicti Tolerani concilii octavi c. 2. & capitul. dictis c. 250. & 221.

e Hæc ubi sunt, ignoramus, præter Anf. 3. 88. & in libris conciliorum: tandem reperi in lib. 7. cap. 272.

f Felix II. in epist. ad Athanasium & Alexandrinam synodum, in principio Nicænæ synodi verba refert, quæ Grat. affert 6. quest. 1. c. 12. eadem repetit idem Felix c. 20. ejusdem epist. Burch. lib. 1. c. 180. Ivo parte 5. c. 296. Decreti. Multis verbis eadem de re Anacletus epist. 1. 2. & ex qua 2. est 2. quest. 7. c. 15. & dist. 79. c. ult. Ivo 4. 7. 6. Panorm. & parte 5. c. 238. Decreti, Anf. 3. 32. Deusdedit c. 4. idem Anacletus epist. 3. ex qua est 6. quest. 1. c. 15. & 2. quest. 7. c. 12. Anf. 3. 11. & 3. Deusdedit c. 3. Pius epist. 1. ex qua est 6. quest. 1. c. 9. Ivo 4. 5. 7. Panorm. & 5. 243. Decreti. Addamus verba Sixti III. epist. unic. c. 1. cri-

mina-



demnari examine, quem Deus suo iudicio reservavit.  
Cap. LXXII.

## CAPUT LXVIII.

*De presbyteris, diaconibus, & reliquis clericis, ex decreto Sancti Silvestri, & LXXXIV. episcoporum.*

Lib. 7. c. 139.

**P**resbyter non adversus episcopum (a), non diaconus adversus presbyterum, aut subdiaconus adversus diaconum, non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non damnabitur [b] præful, nisi in LXXII. testibus. Neque præful summus (c) a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem cardine [d] constitutus, non nisi LXIV. testibus damnabitur. Diaconus cardinalis constitutus urbis Romæ, nisi in XXVI.

Luc. 6.

non condemnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, nisi sicut scriptum est, in VII. testibus non condemnabitur. Testes autem sine aliqua [e] sint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes.

6. quæst. 1. c. 6. S. Testes.

\*

*Laici testimonium adversus clericum suscipi non debet.*

\* Sirm. Cap. LXXIII.

**T**estimonium laici (f) adversus clericum nemo suscipiat.

\*

*Clericus in publico examinandus non est, sed in ecclesia.*

\* Sirm. Cap. LXXIV.

**N**emo enim clericum [g] quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in ecclesia; & reliqua.

CA-

*minationes adversus doctorem nemo recipiat* (vide supra c. 52.) quæ verba Callisti sunt epist. 1. Burch. 1. 135. Ivo 5. 234. Decreti: exstat hoc etiam lib. 7. c. 67. capitul.

a Hæc sunt verba Silvestri papæ in concilio Romano multorum episcoporum c. 3. ex quo est 2. quæst. 7. c. 10. Burch. lib. 1. 151. Ivo parte 5. c. 264. Decreti, & 4. 8. 7. Panorm. Eadem refert Nicolaus papa in epist. longa ad Michaellem Imp. & c. 12. concilii Moguntini II. sub Arnulfo. Eisdem utitur paucis additis capitul. lib. 1. c. 139.

b Refert hæc Gratianus 2. quæst. 4. c. 2. Burch. 1. 151. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 5. 264. & 6. 334. Decreti. Deusedit c. 3. Hoc de omnibus episcopis Zephyrinus prius constituerat epist. 1. ex qua est caput 154. lib. 1. Burch. adversus Marcellinum papam in concilio Sinuesæ habito servatum est, eum numerum testium *libram* appellabant, fortasse, quod tot nummis aureis, qui tunc sextula pondere signarentur, constaret libra: *sextula* autem est sexta unciæ pars. Eadem verba postea reperi c. 12. concilii Maguntini sub Arnulfo in capitul. d. cap. 139.

c De iis verbis diximus c. 52. & c. 67. Hæc etiam refert Nicolaus in epist. ad Michaellem Imp. Eadem sunt dict. c. 12. Maguntini sub Arnulfo, & in capitul. d. c. 139.

d Magna varietas est in numero testium: nonnulla etiam in aliis verbis. Quid enim hic *in cardinem constitutum*, alii *cardinales*, alii utrumque omittunt: item pro *diaconus cardinalis*, alii *cardinales* scribunt, alii omittunt, appellabantur autem eo nomine principes sive præcipui totius urbis, vel presbyteri, vel diaconi etiam extra urbem Romam. Videndus Grat. dict. c. 2. Ivo 4. 8. 7. Pan. & 6. 334. Decreti. Adde concilii Meldensis c. 34. & vide Leonis IX. epist. ad Michael. Constantinop. 312. quo causa addita est, cur ita Romani appellentur. Hæc etiam verba sunt d. c. 12. concilii Magunt. sub Arnulfo, & in Capitulari.

e Non video, cur omiserit, & *accusatores*, quamvis aliqui ea verba non habeant. Gratianus ea refert d. c. 2. ut Silvestri in synodo, & 6. quæst. 1. c. 6. ut Hadriani papæ post verba capitis 64. Ivo, ubi supra, ut Silvestri: De eadem re vide Felicis II. epist. ad Athanasium, & alios c. 5. Hæc eadem verba sunt d. c. 12. Magunt. &, paucis immutatis, in Capitulari.

f Coniungi etiam potuit accusatio, cum idem Silvester in eadem synodo constitisset; *Nullus laicus crimen clerico audeat inferre*: quod Gratianus refert 2. quæst. 7. c. 7. & Ludovicus Imp. lib. 2. tit. 51. de testib. c. 12. Longobard. aliis verbis; Burch. lib. 1. c. 151. Ivo 4. 8. 7. Pan. & 5. 264. Decreti. Anf. 3. 23. coniunxit accusationem cum testimonio Damasus in vita Silvestri, ut Grat. Idem Grat. 11. quæst. 1. c. 9. hæc verba refert ordine perturbato: *Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat.* Ivo 4. 8. 6. Pan. & verba Gratiani de accusat. & hæc ipsa perturbata refert, ut Anf. in concilio Romano c. 14. in tribus editionibus, in epilogo sive epitome notatur ea varietas. Mihi Grat. scriptura mendosa videtur. Neque enim in ea synodo ulla cura est de laicis reis, sed tota versatur in iudicio de reis clericis. Bernardus Papiens. lib. 2. tit. 13. de testibus & attestationibus c. 1. collect. 1. decretalium, ut in conciliis: *testimonium laici adversus clericum nemo suscipiat*, ex concil. Triburiens. Legatur de eadem re epist. unica Telephori omnibus episcopis: ex qua est 6. quæst. 1. c. 8. Ivo 6. 314. Decreti, Anf. plenius lib. 3. c. 13. Fabiani epist. 2. utrumque continetur, laicos solere ab accusatione repellere clericos, &c. ex ea est 2. quæst. 7. c. 6. Ivo 4. 7. 9. Panorm. & 6. 320. Decr. de eadem re Stephanus papa epist. 2. ex qua est apud Greg. IX. c. 7. de accusat. quo omissa sunt illa verba, & *omnes laici*, quæ omiserat Bernardus Papiens. lib. 5. tit. 1. c. 7. collect. 1. addebat rationem Stephanus: *Nec illi sunt in vestra recipiendi accusatione, qui vos in sua nolunt recipere.* Adde Marcellini epist. 2. ex qua est 2. quæst. 7. c. 3. mendose Marcello inscriptum: tamen Marcelli epist. 2. aliis verbis idem statuitur. Postremo Eusebius Marcelli successor præclare de eadem re statuit epist. 1. in principio: ex qua est c. 5. Grat. ead. quæst. & plenius Anf. lib. 3. cap. 26. Huius esse arbitror verba relata Grat. in Analecti c. 14. ead. quæst. licet Demochares aliud adscriperit in margine ejus capituli. Adversari videtur iis omnibus c. 24. concil. Epaunens. nisi recte intelligatur: *Laicis contra cujuslibet gradus clericum, &c. proponendi permittimus potestatem.* Et quamvis de accusatione multi, de testimonio pauci ex suprascriptis meminerint, regula est, ut ad testimonium non admittatur, qui ab accusando repellitur, ut c. 4. concil. Carthag. VII. quod idem est African. c. 98. Latinis, Græcis 132. sive 151. ex quo est c. 1. Grat. 4. quæst. 2. & 3. Burch. lib. 16. c. 20. ex concil. Triburiens. c. 5. Ivo 4. 8. 1. ex concil. Carthag. Nicolaus papa, sed parte 6. c. 364. Decreti recte.

g Ex eadem synodo Silvestri e. 15. Grat. dict. c. 9. 11. quæst. 1. Ivo 4. 8. 6. Pan. Anf. 3. 23. Damasus in Silvestri, & idem in Julii vita; utriusque enim hoc decretum paucis immutatis adscribit. Sed multo antiquior exstat Alexand. papæ epist. 1. ex qua est 11. quæst. 1. c. 15.



Cap. LXXV.

CAPUT LXIX.

*De episcopis damnare volentibus eum, a quo sunt consecrati.*

Lib. 7. c. 85.

**E**piscopi pontifici (a), a quo consecrati probantur, præjudicium inferre nullum possunt. Quod si præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censerì.

Cap. LXXVI.

CAPUT LXX.

*Ut nullus contra religionem faciat.*

Lib. 5. cap. 248.

**N**on licet Imperatori (b), vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere.

\* Sirm. Cap. LXXVII.

*De apostolicis & canonicis decretis minime violandis.*

Lib. 7. c. 90.

**P**rovidendum est [c], ne in aliquo apostolica aut canonica decreta violentur.  
Tom. III.

\*  
*De injusto iudicio principis metu vel iussu terminato, cassando.*

\* Sirm. Cap. LXXVIII.

**I**njustum iudicium (d), & definitio injusta, regio metu, vel iussu a iudicibus ordinata, non valeat. Lib. 5. c. 251.

CAPUT LXXI.

Cap. LXXIX.

*Quod hi, qui contra patres armantur, Deo existant odiosi.*

**S**ic odit Deus eos (e), qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur. Lib. 7. c. 287.

CAPUT LXXII.

Cap. LXXX.

*Ut nullus regum huius canonis censuram in aliquo violare præsumat.*

**I**tem generali decreto constituimus [f]; ut execrandum anathema \*, & velut prævaricator catholicæ fidei, apud Deum reus existat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocumque crediderit, vel permiserit violandam. 25. quæst. 1. Generali decreto. Lib. 6. c. 246. \* fit,

A a a

a Hæc verba sunt Marcellini papæ in epist. 2. Videnda synodus adversus Polychronium Hierosolym. tempore Silvestri papæ, quod etiam narratur a Nicolao papa in epistola longa ad Michaellem Imperatorem.

b Hæc verba sunt Callisti papæ epist. 1. in fine, & Marcellini papæ epist. 2. in fine, & Symmachi papæ in synodo Romana actione 6. ex qua est dist. 10. c. 2. Burch. lib. 15. c. 8. ex decretis Hadriani papæ c. 16. Ivo 2. 12. 4. Pan. ex VIII. synodo Symmachi, & parte 4. c. 231. Decreti ex VI. synodo Symmachi, sed parte 16. c. 9. ex concil. Hadriani papæ c. 16. Est autem varietas in Hadriani verbis relatis a Burch. & Ivone, & his, de quibus agimus, quæ in conciliis leguntur. Anf. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani papæ, eadem verba refert, quæ in conciliis sunt. Deusdedit c. 1. & 3. refert Callisti, Marcellini, Symmachi, & Hadriani verba, quæ Burch. & Ivo. Vide c. 35. ex libro Populeti. Hadrianus papa: *Non licet &c.* contra mandata divinitatis præsumere, vel obviando agere. Huius cap. verba existant in capitul. lib. 5. c. 218.

c Hæc tantum leguntur in conciliis & apud Anf. lib. 3. c. 88. non sunt in libro Populeti.

d Hæc omnes referunt, Callistus, Marcellinus, Symmachus, & Burch. & Ivo parte 16. cap. 9. Decreti. Gratianus 11. quæst. 3. cap. 89. ex Callisto: Deusdedit cap. 1. & 3. Anselm. lib. 3. cap. 86. ex Callisto & cap. 88. ex Hadriano: hæc sunt in libro Populeti ut Hadriani papæ: existant etiam in capitul. d. lib. 5. cap. 251.

e Hæc verba sunt Alexandri papæ epist. 1. & Stephani papæ epist. 2. prope finem, & Eutébii epist. 1. non longe a principio sententia eadem est Nicæni concilii c. 41. ut refert Julius papa epist. 2. c. 10. Adde Telephorum papam in epistola ad omnes episcopos: ex qua est 6. quæst. 1. c. 8. Ivo 6. 314. & 315. Decreti Anf. 3. 13. Fabianus de eadem re epist. 2. (Solutus Deusdedit cap. hæc ut Hadriani verba refert, & Anselm. 3. 88.) Stephanus quoque, de quo supra, epist. 1. ex qua est 7. quæst. 6. cap. 17. Burch. 1. 173. Ivo 4. 7. 14. Panorm. & 5. 291. Decreti. Anselm. 3. 5. Denique Pelagius II. epist. 1. in fine eisdem fere verbis utitur cap. 17. Qui iudicis obtinet præconem sicut accusator quidquam non debet prosequi. Existant hæc verba in capitul. lib. 7. cap. 374.

f Grat. 75. quæst. 1. c. 11. Hadriani papæ esse ait, & de suo addit post verbum *Regum & episcoporum*: ea non habet Anf. lib. 3. c. 88. nec lib. 4. c. 40. ubi ait esse hoc caput 48. ex decretis Hadriani papæ: idem tamen lib. 17. de excommunicatione, quia aliis est liber undecimus, c. 2. ea verba (*& episcoporum*) habet. Non habet Deusdedit c. 1. ex Hadriani ad Gilramm. episcopum c. 48. [forte 68.] nec c. 3. & 4. ex Hadriano Agilrammo episcopo, neque in lib. Veron. in quo est *Hadriano Geliano episcopo*. Hoc est c. 18. Hadriani in libro Populeti. His verbis, *Generali &c. quicumque regum seu episcoporum, vel potentium deinceps Romanorum pontificum decretorum censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandam*. At in capitul. lib. 6. c. 249. huius constitutionis forma fervetur ut *execrandum, &c. Item Hadr. papa: Generali, &c. Regum seu episcoporum, &c.*

Hic finis est collectionis Hadriani nomine editæ, in quo ordo aliquis, & methodus desideratur: res ipsæ fere omnes præclaræ sunt, & ab antiquis patribus constitutæ, ut aliquis esset litium & accusationum modus ac finis.

De iustitia...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

De iustitia...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...

Iustitia est...  
Iustitia est...



373  
ANTONIO AUGUSTINO  
FRANCISCO  
CONSTITUTIONUM

PROVINCIALIUM TARRACONENSIIUM

LIBRI QUINQUE

AB

ANTONIO AUGUSTINO

ARCHIEPISCOPO TARRACONENSI

EMENDATI ET AUCTI.

*Item*

DE TARRACONENSIBUS PONTIFICIBUS

BREVIS COMMENTARIUS.

CONSTITUTIONUM

PROVINCIALIUM TARRACONENSIVM

LIBRI QVINQUE

DE

ANTONIO AUGUSTINO

ARCHIEPISCOPO TARRACONENSI

EMENDATI ET AUCTI

LIBRI

DE TARRACONENSIBUS PONTIFICIBUS

BREVIS COMMENTARIUS

ALII



## ANTONII AUGUSTINI

## P R Æ F A T I O.



Arraconem urbem jam inde a veterum Scipionum temporibus claram fuisse, cum populus Romanus cum Carthaginiensibus de imperio totius Hispaniæ contendit, Polybii Græcis, & Titi Livii Latinis historiis constat. Et cum Hispania in citeriorem, & ulteriorem esset divisa, citerior Tarraconensis provincia; ulterior Lusitania, & Bætica a Romanis sunt appellatæ. Sed multo major Tarraconensis fuit, quam ceteræ. Ipsa quoque in septem conventus sub Augusto fuerat divisa: Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Carthaginiensem, Cluniensem, Asturum, Lucensem, & Bracarensem. Quæ urbes, atque oppida, quæque coloniæ, & populi in singulis disceptarent, diserte a C. Plinio traditum invenimus. Eadem quoque ratione cum a beatorum Apostolorum discipulis, & successoribus Hispani religionem Christianam suscepissent, quasi quibusdam conventibus, sive regionibus, quæ etiam provinciæ postea appellatæ sunt, Episcopi sunt divisi. Ita invenimus primas olim sedes habuisse Tarraconensem, Carthaginiensem, Emeritensem, Bracarensem, & Hispalensem Antistites: quod præesse dicerentur Tarraconensi, Carthaginiensi, & Lusitaniæ provinciis, & Bæticiæ, & Galleciæ. Postea sub Gothicis Regibus Carthagine nova diruta, Tolitanus est suffectus Carthaginiensi. Longo postea intervallo Callisto minore, ut audio, Pont. Max. Emeritensis ditio in Compostellanam migravit. Hujus divisionis, atque ordinis varia exstant ex-

em-

empla; & ut omittam, quæ sub Constantino Imp. & sub Vamba Rege gesta esse dicuntur, conciliorum liber mihi magis idoneus testis est, in quo singulorum conciliorum Hispaniæ acta commemorantur. Ex his quædam generalia totius Hispaniæ sunt, in quibus plures Metropolitanæ Episcopi subscripserunt; alia sunt singularum urbium, in quibus pauci Episcopi cum uno Archiepiscopo subscribunt. In pluribus Toletanis invenies Metropolitanos illarum provinciarum, quas diximus, cum subjectis Episcopis, item Narbonensis provinciæ, quæ Gothorum Regibus parebat. Conciliis vero <sup>Egarenis,</sup> Tarraconensi, Gerundenſi, Ilerdenſi, Ofcenſi, Cæſarauguſtanis, & Barcinonenſibus paucos Episcopos subscripsisse scimus, eosque ex hac sola provincia, five conventu. Quæ decreta, five canones statuta fuerint in hac provincia ante cladem illam insignem totius Hispaniæ, qua Saracenorum servitus inducta est, omnia fere in conciliorum voluminibus editis continentur. Ejusmodi vero paucis exceptis sunt; ut propter eorum æquitatem, antiquitatem, & prudentiam toto orbe Christiano recepta sint, ac jus commune effecerint. De his alio tempore agemus. Quæ vero postea quam se in libertatem citerior Hispania vindicasset, instaurata Ecclesia Tarraconensi, & ceteris ecclesiis urbium subditarum, five ipsi Archiepiscopi in conciliis provincialibus, five Apostolicæ sedis Legati in similibus conciliis ab Innocentii tertii, & Honorii tertii Pontificum temporibus sanxerunt, hoc volumine continentur. Sunt etiam nonnulla Romanorum Pontificum rescripta hic relata, quibus aut confirmantur provincialia concilia, aut aliqua jubentur ad provinciæ statum & mores pertinentia. Primus Joannes Aragonius  
tam



tam genere, quam sanctitate morum illustris, temporum ordine servato, veterum Antistitum in conciliis decreta collegit, quorum initium fuit ab Asparagi Archiepiscopi, & Joannis Sabinensis Episcopi Legati Apostolici sanctionibus. Secutæ sunt aliæ in conciliis editæ constitutiones tum ab eodem Joanne, tum ab aliis Antistitibus, quibus non defuerunt juris interpretum commentaria. Sed quia sine titulis, & imperfectæ constitutiones hujusmodi legebantur; alius liber editus est a Hieronymi Auriæ Cardinalis Vicariis, in quo omnes constitutiones ad certos titulos juris Pontificii referebantur. His nos addi jussimus, quæ postea constitutiones editæ sunt, & sub suis titulis collocari curavimus. Variæ quoque lectiones editæ sunt, & quædam mutata, quæ mendosa legebantur. His autem omnibus constitutionibus nullam nos auctoritatem impertimur, ut quasi a nobis constituta servari velimus; sed solum testamur, nos eas in nostris libris ita scriptas invenisse, debereque omnes huic libro integram fidem adhibere.







## ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## DE TARRACONENSIBUS ARCHIEPISCOPIIS

BREVIS COMMENTARIUS.

*Archiepiscoporum Tarraconensium nomina ante Arabum,  
& Maurorum in Hispaniam adventum.*

## I.

**B**EATUS FRUCTUOSUS Christi martyr, qui cum Augurio, & Eulogio diaconis sub Gallieno Imperatore XII. Kalend. Febr. anno plus minus Christi CCLXV. occisus est. Exstat hymnus elegans Prudentii, cujus initium est, *Felix Tarraco Fructuose vestris.*

## II.

HIMERIUS sub Damaso, & Syricio Pontificibus. Exstat Syricii ad eundem epistula in primo volumine conciliorum data III. Idus Febr. Arcadio Augusto, & Bautone Consulibus anno Christi CCCLXXXV. Ex eadem multa capita retulit Gratianus in Decretis. Hunc Eumerium appellat Isidorus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, & vetus canonum liber.

## III.

ASCANIUS sub Hilario Romano Pontifice fuit: qui ad eum, & ad concilium provinciale scripsit epistolam datam III. Kalend. Januar. Basilisco, & Herminero Consulibus anno Christi CDLXV. Duæ item epistolæ ejusdem Ascanii, & concilii Tarraconensis leguntur in concilio Romæ habito ab Hilario XV. Kalend. Decembr. eidem Cos. Ex eisdem tribus epistulis constat jam tum Barcinonensem, & Calaguritanum, & Casaraugustanum Episcopos sub Tarraconensi Metropolitano fuisse. Sed & aliæ ejusdem Hilarii ad Ascanium solum epistula exstat in conciliis, cujus initium est, *Divina circa nos.* Et Gratianus multa capita sumpsit ex his litteris, & ex dicto concilio Romano.

## IV.

JOANNES, qui concilium Tarraconense, quod exstat, anno sexto Theodorici Regis habuisse dicitur, sed aliis est æra Cæsaris Augusti DLIV. Christi annus DXVI. Petro Consule, VIII. Idus Novembr. Subscribunt eidem concilio Turiasonensis, qui est Emporitani in veteribus libris, Gerundensis, Barcinonensis, Eliberitanus, Casaraugustanus, Dertosanus, Alfonsoensis, & Egarenensis Episcopi; item Carthaginensis Metropolitani. Anno proximo Gerundense concilium habitum est VII. Idus Junias, Agapeto Consule, cujus collega fuit Anastasius Augustus in quarto consulatu: iidem fere Episcopi subscripserunt urbium nominibus omisiss. Vtriusque concilii canones refert Gratianus in Decretis. Ad hunc ipsum Joannem creditur esse Hormisdæ Pont. Max. epistula tertia, qua de adventu ejus in Italiam gratulatur, & ei vices suas in Hispaniis committit, servatis privilegiis Metropolitanorum; quod etiam Gratianus refert causa XXV. quæst. II. cap. VI. Datæ litteræ sunt IV. nonas April. eodem Agapeto viro claris. Consule. Sequuntur mox ejusdem litteræ, quæ ad Episcopos Hispaniæ scriptæ eodem die sunt. In veteri tamen canonum libro hic Joannes Illicitanæ ecclesiæ Episcopus appellatur.

Tom. III.

Perez t. 1.  
p. 61. 75.  
& 151.

## V.

SERGIUS putatur is fuisse, qui in concilio Herdensi subscripsit tacito urbis nomine VIII. Idus Augusti anno XV. Teodorici, vel potius Theudæ, sive Theudis Regis, ut aliis videtur. Est enim in veteribus libris æra Cæsaris DLXXXIV. is est Christi annus DXLVI. Herdensis concilii canones refert Gratianus multis in locis. In concilio Barcinonensi nondum edito inveniunt, interfuisse Sergium Metropolitanum, & Episcopos Barcinonensem, Emporitani, Herdensis, Gerundensem, Casaraugustanum, & Dertosanum.

## VI.

EUPHEMIUS interfuit concilio Toletano tertio, in quo Reccaredus Rex Arianam hæresim ex Hispania extorrem fecit VIII. Idus Maii, anno quarto ejus regni, æra DCXXVII. Christi anno DLXXXIX. ut est in editis conciliis. Quinque annos addit Rodericus Toletanus Antistes, quatuor Alfonso Castellæ Rex. In conciliis tamen editis Euphemius Toletanæ ecclesiæ Episcopus dicitur, Stephanus Tarraconensis: apud Alfonso Eupolemius Tarraconensis Archiepiscopus appellatur apud Rodericum Euphemius, & Helladius Toletanus. In veteribus conciliorum libris Stephanus Turiasonensis est, Euphemius Toletanus. Beati Gregorii temporibus hæc gesta sunt, cujus exstat in registro gratulatio ad Reccaredum Visigothorum Regem, & ad Leandrum Hispalensem Antistitem.

## VII.

ARTEMIUS subscripsit Casaraugustano concilio nondum edito, anno septimo ejusdem Reccaredi Regis, æra Cæsaris DCXXX. anno Christi DXCII. Quod vero Casaraugustanum post

B b b

post



post Gerundense, de quo supra scripsimus, editum est, habitum IV. nonas Octobr. ab Episcopis Siradio, Delphino, & ceteris; sunt qui putent, multo antiquius esse circa ann. Christi CCCLXXX. cum Severus Sulpicius mentionem fecerit cujusdam Cæsaraugustani concilii adversus Priscillianistas. Id nobis incertum est. Tertium, sive quartum Cæsaraugustanum concilium habitum accepimus Kal. Novembr. æra DCCXXIX. Christi DCXCI. anno quarto Regis Egizani, sive Egicanis ex veteribus libris. Egica is Rex in nummis dicitur,

## VIII.

ASIATICI mentio exstat in quodam Barcinonensi concilio nondum edito, quod habitum est Kalend. Novembr. anno XIV. Reccardi Regis, anno Christi DXCIX. Subscripserunt Episcopi Barcinonensis, Orgellitanus, Aufonensis, Dertosanus, Calagurritanus, Emporitanus, Gerundensis, Cæsaraugustanus, Ilerdensis, & Egarenensis.

## IX.

EUSEBIUM invenio subscripsisse in quodam Toletano concilio, habito Gundemari Regis anno primo, æra DCXLVIII. Christi anno DCX. cui concilio Isidorus Hispalensis Archiepiscopus subscripsit. Ejus mortis mentio fit in epistula Braulionis Cæsaraugustani Episcopi ad eundem Isidorum, & in epist. Isidori ad Braulionem, quæ leguntur ante libros viginti etymologiarum Isidori. Sed & in concilio Egarensi nondum edito subscripsit Eusebius anno tertio Sifebuti Regis, Idibus Januar. æra DCLII. Christi anno DCXIV.

## X.

AUDAX subscripsit Toletano quarto concilio quod habitum est nonis Decembr. anno tertio Sifenandi Regis, æra Cæsaris DCLXXI. ut est in veteribus libris: is est annus Christi DCXXXIII. quattuor annos addit Alfonso Rex, quindecim Rodericus Toletanus.

## XI.

SILVA interfuit Toletano quinto concilio, anno primo Chintilani, sive Chintilæ Regis, æra DCLXXIV. Christi DCXXXVI. ut est in duobus veteribus libris. His quinque annos addit Alfonso, quindecim Rodericus. In conciliis editis Silvæ nomen desideratur.

## XII.

PROTASIVS fuit in sexto Toletano, quod habitum est VI. Idus Januar. anno secundo ejusdem Regis, ut testantur Rodericus, & Alfonso superscripti. In conciliis editis mendose appellatur Episcopus Placentinus. Idem etiam interfuit septimo Toletano concilio, quod habitum est anno sexto, vel ut in veteribus libris est, anno quinto Chindasvinthi Regis, V. vel XV. Kalend. Novembr. æra DCLXXXIV. anno Christi DCXLVI. Nomen Protasii non est in editis conciliis, exstat in historiis Roderici & Alfonsi Regis.

## XIII.

CYPRIANUS Vicarium suum Spassandum ad concilium Toletanum XIII. misit, ut ex

actis ejusdem concilii nondum editis constat: quod habitum est anno Ervigii Regis quarto, æra DCCXXI. anno Christi DCLXXXIII. pridie nonas Novembres. Spassandus Abbas a Roderico Toletano appellatur; Speraindeo ab Alfonso Rege. Idem Rodericus testatur, Vitalianum presbyterum interfuisse Cypriani vicarium in concilio Toletano XIV. idque actis ejusdem concilii non editis confirmatur: & additur Argebado Abbas collega. Ea synodus habita est anno quinto ejusdem Regis, XII. Kal. Decembres. Itidem Toletana synodus XV. nondum edita subscripta est a Sefuldo Archiepiscopo, & Abbate agente vicem ejusdem Cypriani, V. Idus Maii, æra DCCXXVI. anno Christi DCLXXXVIII. Egicani, sive Egicæ, sive Egicanis Regis anno primo. Sifuldum vocat Rodericus, Sifundus Alfonso. Hujus Antistitis sepulchrum exstat Tarracone his verbis inscriptum:

HIC REQVIESCIT. VIR. SANCTISSIMVS. CYPRIANVS. PRIMÆ. SEDIS. TARRACONENSIS. CIVITATIS. EPISCOPVS. POSITVS. EST. IN. HVNC. TVMVLVM. VIII. KALENDAS. MAIAS. IN. PACE. Appellabantur autem illis temporibus Archiepiscopi, & Metropolitanis, Primæ sedis Episcopi, ut ex multis Africae conciliis constat.

## XIV.

VERA interfuit XVI. & XVII. concilio Toletano, ut Rodericus Antistes refert, quem Alfonso Rex Verum appellat. In actis autem eorum conciliorum Vera nuncupatur XVI. concilium habitum est VI. nonas Majas, anno sexto Egicæ Regis, anno Christi DCCXIII. Mox anno proximo XVII. concilium V. Idus Novembres. Subscriptiones in actis, quæ vidimus, desiderantur.

HORUM Archiepiscoporum nomina certa retulimus: plures fuisse non dubitamus, in quibus exstat mentio Georgii Episcopi, cujus incerta sunt tempora. Etenim altaris cujusdam diruti hanc inscriptionem legimus:

STEPHANVS. ALEXADRINVS. IN. HONORE. DEI. ET. OMNIUM. SANCTORVM. DIE. VIII. ID. APRIL. AN. TERTIO. ORDINATIONIS. EIVS. CVM. SVIS. SVB. PONTIFICATV. GEORGII. EPISCOPI. SIGILLVM. HIC. ESTO.

Omissus Prudentium, Æmilianum, Paternum, Idacium, Phalvacem, & Agnellum ut incertos, licet eorum nomina in ecclesiæ Tarraconenf. libris legantur. Agnelli quidem certe nomen in registro B. Gregorii est, unde sumitur caput secundum de immunitate ecclesiarum; sed eum Terracinensem Episcopum fuisse constat: qui cum prius Fundanam ecclesiam obtinisset, Terracinenfis vacans pastore, & ob cladem everfa eidem commendata est, ut apud Gratianum refertur causa XXI. quæst. I. cap. V. & VI. videndus Gregorius lib. II. epist. XIII. & lib. VII. cap. XX. registri.

OB Arabum vastationem Tarraco Antistite caruit annos quadringentos.

Ex literis Joannis XV. Pont. Max. quæ scriptæ sunt mense Januario, Indictione XIV. is est

est



est annus Christi CMLXXXVI. Pontificatus ejusdem annus secundus: constat Borrellum Comitem Romam venisse, & impetrasse a Pontifice, ut Tarraconensis ecclesia diu pastore carens Aufonensi ecclesie uniretur: eisque Atto, sive Azzo praeficeretur: & accepto pallio suffraganeis Episcopis, ut Archiepiscopi olim, praesentet. Et aliis litteris Guifado Urgellensi, Petro Barcinon. & Somario Helenensi Episc. jubetur, ut eidem Attoni obediant, ut olim solebant veteres Episcopi suis Archiepiscopis obedire, & ut ab eo ordinentur, & consecrentur.

Posteri quoque Aufonenses Episcopi diu hoc munere functi esse dicuntur.

Tandem BERENGARIUS ROSANES, quem Aufonensem Archiepiscopum vocat Urbanus secundus, Romam veniens literas ab eodem Pontifice accepit ad Berengarium Barcinonensem Comitem, & Marchionem, & ad Hermengaudum Urgellensem, & Bernardum Visundunensem Comitem, & alios viros nobiles, ut summopere niterentur Tarraconem urbem, & ecclesiam restaurare, multis spiritualibus indulgentiis eidem concessis. Datae hae litterae sunt Kal. Jul. anno secundo Pontificatus ejusdem, Indictione XII. is est annus Christi MLXXXIX. Aliis vero litteris datis Capuae Kalend. Julii, Indict. XIV. anno Christi MXCI. Pontif. anno quarto, mentionem facit cujusdam donationis dicti Comitis Berengarii Ecclesiae Romanae factae, & census quin-

que librarum argenti quotannis persolvendi; & pallio dato eidem Berengario Episcopo, ipsi, & successoribus idem Urbanus Tarraconem urbem perpetuo possidendam concessit. Mortuum Berengarium Antistitem ferunt XIV. Kal. April. anno Christi MXCIII. Sunt qui longius vitam producant in annum MXCVI. Quae vero de Bernardo Toletano Tarracone gesta a quibusdam narrantur, nostrorum librorum monumentis falsa esse convincuntur.

Post hunc OLDEGARIUS natione Gallus, Prior olim monasterii sancti Hadriani Canonorum S. Rufi, mox Episcopus Barcinonensis, a Gelasio secundo ecclesiae Tarraconensi praefectus est: cujus rescriptum datum est Cajetae XII. Kal. April. Indict. XI. anno ab incarn. Domini MCXVIII. Pontif. anno primo. Eisdem literis Dertosa, cum recepta fuerit a Mauris, ut parochia subdita conceditur. Huic, & successoribus urbs Tarraconensis cum amplo territorio a Raimundo Berengario Comite Barcinonensi Kalend. Febr. data est, & ab eodem Pontifice confirmatur. Sed Oldegarius decimo pontificatus sui anno Robertum Aquilonem, sive Bordetum Principem urbis constituit, pridie Idus Martii, anno incarnationis Domini MCXXVIII. & Barcinonem reversus octo annos sanctissime vixit, ad pridie nonas Martias anni Christi MCXXXVI. quo mortuum fuisse accepimus. Sedisse ferunt annos XVIII. menses XI. dies XVII. quae suspicor ad Barcinonensem ecclesiam esse referenda.

### *Tarraconensium Archiepiscoporum nomina post Beatum Oldegarium.*

#### I.

**G**REGORIUS soli Tarraconensi praefuit ecclesiae, a Lucio secundo pallio accepto, cujus litterae datae sunt apud Lateranum IX. Kalend. April. Indict. VII. anno incarn. Domini MCXLIII. pontif. anno primo: est autem is annus a natali Christi MCXLIV. In his mentio fit, ab Urbano fuisse Berengario Aufonensi Episcopo, & a Gelasio Oldegario Barcinonensi pallium datum. Confirmantur eadem, quae de donatione Raimundi Comitis, & de urbe Dertosa dicta sunt, & de officio, & potestate Metropolitan.

#### II.

BERNARDUS TORTUS Canonicus sancti Rufi post Gregorium ab Eugenio tertio praefectus est Viterbii VI. Kal. Junii, Indict. IX. anno Christi MCXLVI. pontif. anno secundo. In ejus litteris eadem confirmantur, quae a Lucio sunt enumerata. Plenior confirmatio est impetrata ab Anastasio quarto, cui omnes sacrae Romanae ecclesiae Cardinales subscripserunt, data apud Lateranum VIII. Kal. April. Indict. II. anno incarn. Domini MCLIV. pontif. anno primo. In his litteris enumerantur subdita

urbes, & parochiae; Gerunda, Barcino, Urgellum, Aufona, Ilerda, Dertosa, Casaraugusta, Olca, Pampilo, Turiaso, & Calagurris, & si quae aliae antiquis temporibus subdita fuerunt. Hujus aedificium fuisse ferunt turrim Archiepiscopalem, ubi cum Canonicis suis regularibus vivebat. Roberto vero Principi confirmaverat ab Oldegario factam donationem, quibusdam exceptis, V. Idus Febr. anno Incarn. Domini MCXLVIII. Sed & Raimundo Barcinonensi Comiti, & Principi Aragoniae aliam donationem fecisse dicitur, Eugenio, ut fertur, confirmante, multis exceptis, mense Augusto, anno Christi MCLI. Conveerat autem, ut tertia pars Roberto relinqueretur. Ex his donationibus multae quaestiones ortae sunt Bernardo, & successoribus. Mortis ejus dies fuisse dicitur IV. Kalend. Julii, anno Christi MCLXIII. Sedisse ajunt an. XVII. mens. III. dies XXI. Initium fortasse sumunt a Gregorii morte, ut alibi factum novimus.

#### III.

HUGO CERVELLIO dum contendit cum Gulielmo Roberti, & Agnetis filio, qui urbis partem obtinebant, XV. Kalend. Maii, anno Christi



fti MCLXXI. occifus eft, poftquam fediffet annos VII. menf. IX. dies XX. Graviter, & acerbe tulit hoc Alexander III. cujus exftant varia refcripta data Anagninæ V. Idus Junii, & Tufculi VIII. Kal. Febr. & XIII. Kalend. Julii. Titulus fepulchri hic eft:

OBIIT. R. P. DN. HUGO. DE. CERVILIONE. Q. ARCHIEP. S. E. TARRACONENS. XV. KAL. MADII. ANNO. DOMINI. MCLXXI. CIVVS. OSSA. SVNT. IN. HAC. TVMBA. POSITA. ET. QVEM. ROBERTVS. PRINCEPS. TARRACON. EIVS. ECCLESIAE. VASSALLVS. INTERFECIT. PROPTER. QVOD. IPSE. ET. BERENGARIVS. EIVS. FRATER. MATER. QVOQVE. IPSORVM. IN. EIVS. MORTE. VNA. CVM. FILIIS. FVERVNT. MACHINATI. DE. TOTTO. REGNO. CVM. TOTA. SVA. PROGENIE. PER. EDICTVM. REGIVM. EXPVLSI. SED. ET. BONIS. SVIS. PRIVATI. HUGO. MAGIS. VOLVIT. PERIRE. QVAM. IVRA. PERIRE.

## IV.

GULLIELMUS, five WILLELMUS cognomento Turris rubra, ab eodem Alexandro tertio ab urbe Barcinonense translatus mortem Hugonis ultus eft, & cum Alfonfo Rege Raimundi Principis filio tranfegit nonis Julii, & XV. Kalend. Augufti, & VIII. idus Novembr. an. Chrifti MCLXXIII. Exftant Alexandri litteræ datæ Tufculi VII. Kalend. Febr. quibus confirmatur Raimundi Comitit donatio urbis, & ampli territorii, & hominum homagia, & decimæ, & primitiæ, & dominicaturæ de ftagno, de vite, de Francolino, de Constantino, de caftro Redus, & aliis tunc poffeffis. In aliis litteris datis Anagninæ VII. Idus Junii appellatur Gullielmus Apoftolicæ fedis Legatus. Mortis dies fertur nonis Martii an. MCLXXIV. Sediffe putant annos III. menses IX. dies XXI. Quæ nobis incerta funt.

## V.

BERENGARIUS VILLAMULIUS Abbas S. Felicis Gerundensis electus eft a Canonicis, electionem Alexander III. confirmavit Ferentini XIII. Kal. Julii an. Chrifti MCLXXIV. Cafttrum Albiolum in Carbonario monte a Rege Alfonfo Narbone obtinuit Majo mense an. Chrifti MCLXXVII. Occifus eft a Gul. Raimundo Moncada, qui filiam fratris, vel fororis ejus duxerat, XIV. Kal. Martias an. incarn. Chrifti MCXCIII. Exftant ea de re Cæleftini III. litteræ datæ apud Lateran. idib. Maii, & aliæ XV. Kal. Jul. pont. an. IV. Sediffe fertur an. XIX. mense XI. dies IX. A Gullielmi morte initium fumitur.

## VI.

RAIMUNDUS ex Caftro Tertiolo ab eodem Cæleftino confirmatus pallium accepit XV. Kalend. Decembr. pont. an. IV. Aliis litteris confirmantur ea, quæ variis donationibus Regum, & Comitum obtinebat; item fuffraganeæ, & propriæ ecclefiæ, III. Kalend. Decembr. Indiæ. XIII. an. Chrifti MCXCIV. pont. an. IV. Mortuum effe ferunt pridie nonas Novembr. anno Chrifti MCXCVIII. fediffe an. IV. menf. VIII. dies XVII.

## VII.

RAIMUNDUS ROBERTINUS fuffectus eft. Ad hunc Innocentius tertius litteras mifit, ut cum Abbate Populeti, & Archidiacono Barcinonensi de quibusdam criminibus Epifcopi Vicenfis cognofceret: ut conftat ex cap. XIX. de accusationibus incip. *Cum oporteat*. Dies mortis fuit VIII. Idus Januarii anno incarn. Domini MCCXIV. cum fediffet an. XVI. menf. II. dies II. a morte alterius Raimundi.

## VIII.

SPARAGUS, five ASPARAGUS cognomento Barca Gallus, quem avunculum fuum vocat Jacobus Rex, prius Pampilonensis Epifcopus fuerat. Hujus temporibus Joannes Sabinensis Epifcopus Apoftolicæ fedis Legatus sub Honorio tertio plures constitutiones in concilio Ilerdenfi edidit IV. Kalend. April. anno Chrifti MCCXIX. fubfcripferunt Epifcopi præter MCCXXIX. Metropolitanum, Barcinonensis, Gerundensis, Vicenfis, Urgellensis, Ilerdenfis, Dertufenfis, & Ofcenfis. Mox anno proximo Tarracone Sparagus concilium habuit Kalend. Maii. Hoc initium eft constitutionum, quæ in hoc libro continentur. Mortuum effe conftat V. nonas Martii anno a natali Chrifti MCCXXXIII. Sediffe fertur an. XVIII. menf. I. dies XXVI. a morte Raimundi posterioris initio accepto.

## IX.

GULLIELMUS MONGRIUS tantum electus fuit, cum effet Gerundensis Sacrifta, nomine ecclefiæ Tarraconensis, & Regis Ebufum infulam, & Frumentariam, five Colubrariam acquisivit ducibus Petro Portugallensi, & Nunnio Sanctio Regis Jacobi confobrino, poft die nonas Augufti anno Chrifti MCCXXXV. Poftea electioni renuntiavit, fructibus infulæ, & Constantinianæ villæ retentis, ut apparet ex litteris Gregorii IX. datis Viterbii III. idus April. pontif. an. X. & aliis datis apud Lateran. VI. Idus Jan. pontif. an. XII. is eft an. Chrifti MCCXXXIX. Testamentum ejus fcriptum eft XIV. Kal. Jul. an. MCCXLVII. & codicilli fcripti XVIII. Kal. Febr. an. MCCXLVIII. Diem mortis fuiffe accepti XI. Kal. Julias an. MCCLXXIII.

## X.

PETRUS ALBALATIUS interea Theologus Epifcopus Ilerdenfis fuffectus eft, qui Regi Jacobo in expugnatione Valentia præfto fuit: patrimonium archiepifcopale quibusdam prædiis auxit & Epifcopo fubdito Valentino. Plura concilia habuit, quæ hoc volumine continentur ab an. Chrifti MCCXXXIX. ad an. MCCXLVIII. fubfcribentibus Epifcopis, aut eorum procuratoribus, Barcinonensi, Dertufenfi, Gerundensi, Urgellensi, Aufonenfi, five Vicenfi, Ofcenfi, Ilerdenfi, Cæfarauguftano, Valentino, Tyrasonenfi, Pampilonenfi, & Calagurritano: & Magiftris militiarum Hospitalis Hierofolymitani, & Templi. Mortuum effe ferunt Populeti VI. non. Julii an. Chrifti MCCLI. cum fediffet an. XVIII. menf. III. dies XXIX. a morte Sparagi. Hic provinciam fuam sæpe lufta-



strabat, exstantque visitationis ejus volumina, quibus omnes fere dioceses constat correxisse.

XI.

BENEDICTUS ROBERTINUS Camerarius Tarraconensis electus est, ab Innocentio IV. confirmatus pallium accepit, cujus litteræ exstant datæ Perusii V. Kal. Febr. indict. XI. an. incarn. Domini MCCLII. pontif. an. X. Hujus constitutiones leguntur in conciliis habitis anno Christi MCCLIII. & MCCLVI. & MCCLXVI. Mortuus esse dicitur Osca IV. non. Majas an. MCCXLVIII. & sedisse annos XVI. mens. X. dies duos, post Petri mortem.

XII.

BERNARDUS OLIVELLA ex Episcopo Dertufeni partem majoris templi, & portas exstruxit. Constitutiones quoque edidit in conciliis habitis anno Christi MCCLXXIII. & MCCLXXVII. & MCCLXXXII. Obiit IV. Kal. Novembr. an. MCCLXXXVII. Sedisse creditur an. XIV. mens. IV. dies VII.

XIII.

RODERICUS TELLIVS suffectus provincialia concilia habuit ab anno Christi MCCXCI. ad annum MCCCIV. Mortis dies in sepulchro ejus inscriptus est XVII. Kalend. Januar. anno MCCCVIII. Sedisse fertur an. XXI. mens. I. dies XIX. a Bernardi morte.

XIV.

GULLIELMUS ROBERTINUS post eum constitutiones etiam edidit in concilio Tarrac. an. Christi MCCCIX. & pro causa Templariorum III. Idus Augusti an. MCCCXII. Emit idem oppida quædam sibi, & successoribus. Obiit V. Kalend. Martias anno MCCCXV. cum sedisset an. VI. mens. II. dies XII.

XV.

EXEMINUS, sive XIMENIUS LUNA olim Cæsaraugustanus Episcopus, concilia itidem habuit anno Christi MCCCXVIII. & MCCCXXIII. Sub hoc Cæsaraugustanus Episcopus Metropolitanus jus accepit a Joanne XXII. pridie idus Julii an. Christi MCCCXVIII. Cui subditi sunt Oscensis, & Jaccensis, & Turiasonensis, & Pampilonensis, & Calagurritanus, & Calciatensis. Episcopi, qui Tarraconensis provincie fuerant; item Albarracinensis, cujus subiectio litigiosa fuit. Sub eodem brachium beatæ virginis Teclæ Tarraconem allatum est ex Armenia anno MCCCXXIII. Ipse Antistes Toletum translatus fuit Kalend. Septembr. an. MCCCXXVII.

XVI.

JOANNES Jacobi minoris Regis filius, prius electus Archiepiscopus Toletanus, postea Patriarcha Alexandrinus, & ecclesiæ Tarraconensis administrator. Hic ecclesiam metropolitanam consecravit mense Junio anni nobis incerti. Volumen constitutionum superiorum Antistitum edidit in primo concil. Tarrac. IV. Kal. Martias an. MCCCXXIX. alias adjecit anno MCCCXXXI. & XXXIV. In ejus sepulchro hæc inscriptio legitur:

HIC QUIESCIT. CORPVS. SANCTÆ. MEM. DOMINI. IOANNIS. FILII. DOMINI. IACOBI. REGIS. ARAGONVM. QVI. XVII. ANNO. ÆTATIS. SVÆ. FACTVS. ARCHIEPISCOPIVS. TOLETANVS. SIC. DONO. SCIENTIÆ. INFVSÆ. DIVINITVS. ET. GRATIA. PRÆDICATIONIS. FLORVIT. QVOD. NVLLVS. EIVSD. ÆTATIS. IN. HOC. EI. SIMILIS. CREDERETVR. CARNEM. SVAM. IEIVNIIS. ET. CILITIIS. MACERANS. IN. XXVIII. ANNO. ÆTATIS. SVÆ. FACTVS. PATRIARCHA. ALEXANDRINVS. ET. ADMINISTRATOR. ECCLESIE. TARRACON. ORDINATO. PER. EVM. INTER. MVLTAS. ALIAS. BONA. OPERA. NOVO. MONASTERIO. SCALÆ. DEL. DIËCESIS. TARRACON. VT. PER. IPSAM. SCALAM. AD. CÆLYM. ASCENDERET. REDDIDIT. SPIRITVM. CREATORI. XIV. KAL. SEPTEMBR. ANNO. DOMINI. MCCCXXXIV. ANNO. VERO. ÆTATIS. SVÆ. XXXIII. PRO. QVO. DEVS. TAM. IN. VITA. QVAM. POST. MORTEM. EIVSD. EST. MVLTAS. MIRACVLA. OPERATVS.

XVII.

ARNALDUS CESCOMES ex Canonico Barcinonensi Episcopus Ilerdensis, inde traslatus constitutiones edidit ab an. Christi MCCCXXXVI. ad XLI. Vallium, & Alforgiæ arces archiepiscopales restauravit, & patrimonium auxit. Mortis dies fuisse dicitur V. Idus Septembr. anno Christi MCCCXLVI. Sedisse ferunt an. XII. dies XXII. a morte Joannis.

XVIII.

SANCTIUS LUPIUS AJERIBUS ordinis S. Francisci ex Episcopo Turiasonensi, concilia habuit an. Christi MCCCLIV. & LVII. quo anno mortuus esse dicitur XII. Kal. Sept.

XIX.

PETRUS CLASQUERINUS prius Oscensis, mox Majoricensis Episcopus, inde translatus idibus Februar. anno MCCCLVIII. Patriarcha quoque Antiochenus fuit. Concilia habuit anno MCCCLXIV. & LXVII. & LXIX. a Rege Petro, & civibus Tarraconensibus diu vexatus est, usque eo, ut in Galliam profugerit; illic mortuus est in urbe Agathensi V. Id. Januarii an. MCCCLXXX. translata reliquæ sunt XIV. Kal. Majas an. LXXXVIII. Sedisse fertur annos XXI. mens. X. dies XXVI. Vacat ecclesia propter schismata totius Europæ annos septem.

XX.

ENNECUS VALTERRA ex Episcopo Gerundeni, Segorbicenis, ingressus Tarraconem dicitur VII. Idus Febr. an. MCCCLXXXVII. Hic cum Rege Joanne de jurisdictione transegit: constitutiones edidit in conciliis an. MCCCXCI. & XCV. & MCDVI. Sub hoc Petrus Luna diaconus Cardinalis Legatus Apostolicus Clementis VII. in schismate concilium Gerundæ habuit VIII. Kal. Novemb. an. MCDII. Is postea Benedictus XIII. appellatus est. Segorbicæ mortuus est XII. Kal. Mart. an. MCDVII. Sedisse dicitur annos XX. menses fere V.

XXI.

PETRUS SAGARRIGA ex Ilerdensi Episcopo. Hic unus fuit ex novem viris, qui Ferdinandum

dum Regem appellaverunt, cujus postea Cancellarius fuit. Agerense castrum, & agrum sibi, & succelloribus comparavit. Fimbriam partem vestis Domini ex urbe Roma attulit, magnaque celebritate coli iussit. Constitutiones edidit in concilio Tarracone habito anno MCDXIV. Mortis ejus dies fuisse dicitur pridie Kal. Januar. an. Christi MCDXVIII. sunt qui dicant non. Januar. anni XIX. & sedisse anno XI. mens. IV.

## XXII.

DALMATIUS MURIUS ex Gerundensi Episcopo translatus VI. Kal. August. an. MCDXIX. constitutiones edidit in concilio Tarraconensi an. MCDXXIV. Sub hoc Petrus Fuxensis presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus a Martino V. missus concilium habuit Dertusæ non. Novembr. an. XXIX. Mox an. XXXI. supra MCD. die XVII. Kal. Novemb. Cæsaraugustam translatus est. Sedit an. XII. mens. I. dies XVI. a die possessionis, ut suspicor.

## XXIII.

GUNDISALBUS IXARIUS susceptus est XVII. Kalend. Novembr. anno Christi MCDXXXI. sed infelici casu, dum venatur, extra urbem moritur V. Idus Novembr. an. XXXIII. Sedit an. II. dies XXV. Vacat sedes menses VIII. dies XXI.

## XXIV.

DOMINICUS RAMUS Oscensis olim Episcopus cum Petro Tarraconensi Ferdinandum Regem appellavit, mox Ilerdensis Antistes fuit, & sacre Romanæ Eccl. Card. VIII. Kal. Sept. an. MCDXXXIV. Gundisalbo susceptus est. Romæ Portuensis Episcopus moritur VI. Kal. Majas an. MCDXLV. Sedit an. IX. mens. VIII. dies XXVII. quod incertum est.

## XXV.

PETRUS URREA VIII. Kalend. Julii ejusdem anni XLV. sufficitur. Chorum ornavit sedibus. Joannis Regis partes in civilibus bellis est fecutus. Obiit V. idus Sept. an. MCDLXXXIX. cum sedisset an. XLIV. mens. I. dies XII. a die possessionis.

## XXVI.

GUNDISALBUS FERDINANDES HEREDIA ex Episcopo Barcinonensi ab Innocentio VIII. translatus Idib. Junii an. Christi MCDXC. Romæ Præfectus Urbis fuit post mortem Alexandri VI. Dies mortis fuit XI. Kalend. Decembr. an. MDXI. Sepulchrum Laurentius Episcopus Nicopolitanus alumnus fecit.

## XXVII.

ALFONSUS. ARAGONIUS. Alfonfi Ducis Villæformosæ filius, Joannis Regis nepos, ex Dertusensi Episcopo translatus, nonis Juliis an. Christi MDXIII. iniit, VII. Kalend. Sept. mortuus est.

## XXVIII.

PETRUS CARDONA olim Episcopus Urgellitanus X. Kal. April. an. MDXV. iniit. Constitutiones fecit in concilio Barcinonensi anno XVII. & in Tarraconensi an. XXIX. Prædiis quibusdam successores auxit. Jacobo Cardonæ Cardinali patruo, & Timbori amitæ sepulchrum, & sibi insigne paravit. Mortuus est Alcobarii tertio Idus April. an. MDXXX. Sedit an. XV. mens. I. dies VIII.

## XXIX.

LUDOVICUS CARDONA Petri fratris filius ex Episcopo Barcinonensi urbem ingressus est IV. Idus Maii an. MDXXXI. mortuus est anno XXXII. Idibus Novembr.

## XXX.

HIERONYMUS AURIA Genuensis diaconus Cardinalis Helenensis olim Episcopus, absens iniit pridie nonas Julias an. MDXXXIII. constitutiones fecit ab anno XLIII. ad LVI. sub ejus nomine volumen Constitutionum in certos titulos, & libros digestum est. Mortuus esse dicitur Genuæ VIII. Kalend. April. an. Christi MDLVIII.

## XXXI.

FERDINANDUS LOAZES Oriolensis hæreticæ pravitate Inquisitor Barcinone, mox Helenensis Episcopus, deinde Ilerdensis, & postea Dertusensis. Inde translatus absens iniit nonis Augusti an. MDLX. Patriarcha Antiochenus a Pio V. creatus est. Constitutiones edidit Barcinone anno LXIV. Valentiam translatus est IV. Kal. Majas an. Christi MDLXXII.

## XXXII.

BARTHOLOMÆUS SEBASTIANUS hæreticorum etiam Inquisitor, & Episcopus Paëtensis, postquam Decembri mense iniisset eodem anno LXVII. moritur repentino XIV. Kal. Maii an. MDLXVIII.

## XXXIII.

GASPAR CERVANTES ex Inquisitore Archiepiscopus Messanenensis, mox Salernitanus, tandem Tarraconens. absens iniit non. Octobr. anno MDLXVIII. aliquot edidit constitutiones. Mortuus est XVI. Kal. Novembr. an. LXXV. sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalis a Pio quinto creatus.

## XXXIV.

ANTONIUS AUGUSTINUS Cæsaraugustanus sacri palatii Apostolici auditor, & Episcopus Allifanus, mox Ilerdensis, a Gregorio XIII. translatus est XVI. Kalend. Januar. an. Christi MDLXXXI. per procuratores iniit IV. Kal. Martias proximas sexagesimo natali suo. Urbem ingressus est VI. Idus Martias. Volumen harum Constitutionum iterum edendum curavit.



# CONSTITUTIONUM

## PROVINCIALIUM TARRACONENSIIUM

### LIBER PRIMUS.

#### TITULUS I.

##### DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

###### CAPUT I.

PETRUS de FUXO Cardinalis, Legatus Apostolicus, in concilio Dertusæ celebrato.

*Compendium breve fieri præcipitur, & a diocesanis, ac curatis populo explanari: quo quid credendum sit, quid petendum, quid servandum, quid vitandum, quid optandum, & sperandum, quidque timendum doceatur. De fide catholica laicis disputandum non esse.*



Aluti animarum plurimum dignoscitur opportunum, ut unusquisque fidelis cognoscat \*, & sciat, quid credere debeat, scilicet articulos fidei; quid petere, scilicet quæ in oratione dominica Christus

nos docuit postulare; quæ servare, videlicet decem præcepta legis; quæ vitare, scilicet septem peccata mortalia; quid optare, gloriam paradisi, & sperare; quid timere, pœnas inferni: quæ a multis popularibus, ut percipimus, ignorantur. Quod Christianæ doctrinæ breve, & utile epilogium esse censetur. Hac igitur constitutione diocesanis omnibus, & aliis prælatis ecclesiasticis super his jurisdictionem ecclesiasticam habentibus districtè præcipiendo mandamus; ut per viros litteratos, & providos dictari, & scribi faciant aliquod breve compendium, in quo prædicta omnia, quantum a populo necesse est sciri \*, distinctè comprehendantur, & clare. Quod compendium sic commode dividatur in partes, ut per sex, vel septem lectiones possit \* declarari. Quod \* sic per totius anni discursum repetitis vicibus per curatos diebus dominicis populo (taliter) faciant explanari, ut excussis ignorantiae tenebris populum acceptabilem Deo valeant exhibere. Interdicimus tamen laicis omnem materiam de fide catholica disputandi; diocesanis, aliisque iudicibus ordinariis ecclesiasticis sub interminatione divini iudicii strictius injungentes, ut contra laicos de fide catholica disputare attentantes taliter infurgant, ut jura communia per censuram ecclesiasticam tenaciter observentur.

\* agnoscat

\* quantum popularis est scire necesse

\* valent \* Et

#### TITULUS II.

##### DE CONSTITUTIONIBUS.

###### CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdensi.

*Servanda diligentius sacri generalis concilii statuta, corrigendaque, quæ per negligentiam adversus ea temere sunt præsumpta.*

**A** Nimarum languoribus, qui ex sacrarum constitutionum transgressione, vel omissione trahunt originem, præsentium patrum approbatione subvenire curantes, statuta sacri generalis concilii, quæ pro (magna) parte non sine gravi periculo sunt neglecta, pleniore diligentia de cetero præcipimus observari, & studiose corrigi ea, quæ contra ipsum concilium temere sunt præsumpta.

###### CAPUT II.

IDEM Joannes in eodem.

*Constitutio de conciliis provincialibus, & episcopalibus synodis celebrandis nulla occasione negligenda.*

**I**N primis præcipimus \* ut constitutio de conciliis provincialibus, & episcopalibus synodis celebrandis pro correctione, & reformatione morum salubriter edita, juxta \* suum tenorem firmiter observetur: (&) ut nulla negligentia, vel occasio impediatur ipsius observationem.

\* præcipiuntur

\* secundum

###### CAPUT III.

IDEM Joannes in eodem.

*Concilium provinciale quotannis celebrandum die dominica, qua Jubilare accinitur: episcopalis synodus die festo divi Luca: plebendique, qui id neglexerint, pœna in generali concilio statuta.*

**S**Tatuimus, ut in provincia Tarraconensi provinciale concilium singulis annis dominica, qua cantatur JUBILATE, celebretur; & episcopalis synodus ad minus celebretur semel in anno die festo \* sancti Luca. Si vero ex causa necessitatis \* absens fuerit Episcopus, aut alias rationabiliter [ fuerit ] impeditus, provideat per quem, vel per quos synodus celebretur.

\* in festo  
\* necessaria



ur. Quod si vacaverit sedes, per Archidiaconos in suis archidiaconatibus celebrentur particulares synodi terminis supradictis. Si vero, vacante sede, penes Priorem, vel Capitulum, vel aliam personam ecclesie reciderit \* iurisdictione, procuret, ut predicto modo synodus celebretur. Et hæc omnia ferventur sub pœna in generali concilio statuta \*.

## CAPUT IV.

PETRUS primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarraconensi.

*Si ad indictum concilium non convenerint Episcopi, iis ab Archiepiscopo citatis Tarraconem veniendum: unde non liceat eis discedere, nisi facta ab eodem Archiepiscopo abundi copia.*

Item quia Episcopi ad provinciale concilium non veniunt, ut deberent, excusationes frivolæ prætendentes; ex quo disciplina ecclesiastica enervatur, & sacri canones contemnuntur: statuimus, ut in posterum \* omnes Episcopi sine ullo \* diffugio ad provinciale concilium veniant, prout decet; nisi causa necessaria, & urgentissima excusentur. Et quicumque Episcopus contra hanc constitutionem duxerit faciendum, ab Archiepiscopo evocatus \*, civitatem adeat Tarraconensem; ibi \* tandiu moraturus, quoad \* ab Archiepiscopo recedendi licentiam obtinuerit specialem.

## CAPUT V.

IDEM Petrus in eodem.

*Curatis ad synodum episcopalem non convenientibus eadem pœna constituitur, quæ Episcopis ad provinciale concilium venire recusantibus.*

Eodem modo statuimus, ut omnes clerici curam animarum habentes ad synodum veniant cathedralis ecclesie, in cuius diocesi commorantur; occasione, vel consuetudine quavis \* non obstante. Eandem pœnam, si hujus constitutionis transgressores fuerint, in suis civitatibus incurrant \*.

## CAPUT VI.

RODERICUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarraconensi.

*Episcopi in concilium Abbates venire, alioque prelatos cogere jubentur. Si non venerint, nec quominus venirent ullo impedimento prohiberi fuerint: commodis rerum in conciliis decretarum privantur.*

Item cum aliqui Abbates, Priores, & alii Prælati collegiarum ecclesiarum nostræ provinciæ Tarraconensis non venerint ad (præfens) concilium, licet per litteras nostras mandatum fuerit venerabilibus fratribus Episcopis suffraganeis nostris, ut predictis Abbatibus, Prioribus, & Prælatibus præciperent, ut ad concilium præfens venirent: idcirco præcipimus præfatis Episcopis in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus de cetero predictos Abbates, Priores, & Prælatos in suis diocesis constitutos compellant venire ad alia concilia, quæ per

nos, vel successores nostros celebranda fuerint Domino annuente. Illos vero, qui ad prædicta \* concilia non venerint, juvari nolumus constitutionibus, quæ in predictis conciliis fuerint celebrata; nisi quo minus venire possint \*, impedimentis canonicis fuerint impediti; vel iustas causas ostenderint, quibus ad dicta concilia venire minime teneantur.

## CAPUT VII.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus in concilio secundo Tarraconensi.

*Statuitur ab Episcopis, qui legitime fuerint impediti, procuratores probos, & sapientes viros mitti oportere, alios ab iis, qui a capitulis lecti fuerint; & contra: ab Abbatibus vitæ instituto, & moribus religiosos. In eos, qui secus fecerint, arbitrio Archiepiscopi animadvertitur.*

Quia interdum contingit \* quod Episcopi, qui ad provincialia concilia venire personaliter sunt astricti, nisi præpeditio \* canonica fuerint præpediti, illos procuratores constituunt, qui ad ipsa concilia procuratores per eorum Capitula mittuntur \*. Abbates etiam, predictos, vel alios sæculares clericos procuratores constituunt ad prædicta; & ex hoc honores Tarraconensis ecclesie, & concilii minuitur \*, & salubritas consilii, quæ in multis consistit potius quam in paucis, etiam subtrahitur \* circa ea, quæ in ipsis conciliis imminent facienda: idcirco sub virtute sanctæ obedientiæ predictis injungimus, ut cum ipsi Episcopi venire ad ipsa \* concilia personaliter fuerint legitime impediti, procuratores constituent viros providos, & discretos, alios ab illis, qui per eorum Capitula fuerint constituti; & Capitula alios ab illis, qui per [ eorum ] Episcopos. Abbates etiam, in dicto casu, religiosos sui ordinis, vita, & honestate probatos, qui salubre sciant dare consilium in agendis; si Dei, & nostram vitare \* voluerint ultionem. Et qui contrarium fecerint, ad arbitrium Archiepiscopi de inobedientia puniantur.

## CAPUT VIII.

SANCTIUS Archiepiscopus in concilio Tarraconense.

*Statuitur procuratores mitti non licere, nisi ejusdem nationis fuerint; & quidem aut Vicarii, aut Officiales, aut de Capitulo, aut quos ad Capitulorum negotia admitti referat, aut Doctores in alterutro jure, aut Baccalaurei, modo sint beneficiarii in eadem ecclesia: a quibus procuratorium instrumentum exhibendum die celebrando concilio præstituta: quo instrumento citatum, eumque iuratum legitime constet impeditum. Procurator non nisi unius, vel Prælati, vel Collegii creari potest. Est pars Constit. incip. Archiepiscopalis apicis, De officio Vicarii.*

Præfenti quoque adiicimus sanctioni, ut nullus ad provincialia concilia de cetero ad-

\* dicta

\* nisi quod venire non possunt

\* contingit

\* impeditio

\* transmittuntur

\* minuitur

\* subtrahitur

\* dicta

\* evitare

\* refecerit

\* constituta

\* ut ab hac hora in antea sine quolibet

\* vocatus \* ibidem \* quamdiu

\* aliqua

\* incurfuri, al. incurfentes.



admittatur, missus a venerabilibus fratribus nostris Episcopis \*, cum iusto fuerint impedimento detenti; vel a Capitulis \* ecclesiarum cathedralium, nisi sit Vicarius, vel principalis Officialis, vel de Capitulo; aut talis persona, quæ ad tractatus Capituli eorundem admitti debeat; vel Doctor, aut Baccalaureus fuerit in iure canonico, vel civili, qui beneficia obtineat \* in eisdem: cum melius libertas ecclesiastica per illos, qui beneficia, & vitam \* recipiunt in dictis ecclesiis, defendi verisimiliter præsumatur; & periculum non modicum imminet ad sacra concilia \* admitti personas extraneæ nationis. Qui quidem procurator die ad concilium celebrandum præfixa, sufficiens procuratorium deferre habeat, & nobis [ de eo ] fidem facere teneatur; in quo sit inserta etiam fides facta per notarium publicum de impedimento, quo persona citata ad concilium venire non potest. Quod impedimentum ille, qui ad concilium citatus fuerit, notario exprimere habeat, & de ipso in posse ipsius notarii fidem iuramento proprio facere teneatur. Cognitio autem \*, & decisio, an iustum fuerit impedimentum, necne, cognitioni sacri concilii reservetur: statuimusque, ut \* procurator constitutus per quempiam \* Episcopum, Abbatem, Capitulum, Priorem, vel quemcumque alium singularem, qui ad concilia provincialia consueverunt admitti, Episcopi, capituli, conventus, vel Collegii, nec alterius valeat esse procurator \*.

## CAPUT IX.

PETRUS secundus Archiepiscopus in primo concilio celebrato Tarracone.

*Prælati, qui ad indictum concilium venire recusarint, quive legitime impediti procuratores non miserint, iis commodis, quæ ex constitutionibus poterunt capi, siue jam editæ sunt, siue postea edentur, privantur, quoad usque Tarraconem venerint, & Archiepiscopo, aut eius Vicariis satisfecerint: caveturque ne iis, qui in contumacia permanserint, constitutionum opem contra injuriam inferentes petentibus ullatenus ferant vel suffraganei, vel eorum aut Vicarii, aut officiales.*

Quia parum prodesse \* jura, & constitutiones condere, nisi conditæ diligentius observentur, teneantur \*, & executioni debitæ demandentur; idcirco constitutionem editam per bonæ memoriæ (dominum) Rodericum Archiepiscopum ecclesiæ Tarraconensis approbantes, quæ incipit, CUM ALIQUI ABBATES \*, eidem constitutioni adiicimus, sacro concilio approbante, quod si Abbates, Priores, & alii Prælati collegiatarum ecclesiarum provinciæ Tarraconensis citati ad provincialia concilia non venerint, legitimo impedimento cessante, vel in illo casu impedimenti procuratores sufficientes non miserint, omni prorsus commodo, & auxilio constitutionum sacrorum conciliorum

Tom. III.

Tarraconensium tam per prædecesores nostros jam editarum, quam per nos, & successores nostros de cetero edendarum, ipso facto habeantur extorres, donec personaliter Tarraconem venerint, & de contumacia, & inobedientia ad nostri Archiepiscopi, vel nobis absentibus \*, nostri Vicarii, vel Officialis arbitrium satisfecerint competenter: præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ venerabilibus suffraganeis nostris, & eorum Vicariis, & Officialibus, ne ad requisitionem prædictorum, neve \* ex suo officio, vigore dictarum constitutionum procedant; si præfati, vel eorum aliquis venire, vel, ut præfertur, mittere neglexerit \* ad concilia celebranda.

## CAPUT X.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Prælati, qui ad indictum concilium non venerint, aut se legitime excusaverint, præter pœnam superioribus constitutionibus decretam, majoribus quidem centum florenorum multa irrogatur, minoribus autem quinquaginta; multæque dimidium fabricæ Tarraconensis ecclesiæ applicatur, reliquum sumptibus concilii addicitur.*

Quamvis \* per prædecesores nostros provisum \* fuerit, (&) statutum, ut Episcopi, & Prælati provinciæ Tarraconensis vocati, venire ad provinciale concilium teneantur sub certis pœnis in antiquis constitutionibus jam contentis: quia (tamen) eorum aliqui excusationem frivolam allegantes, in veniendo sunt desides, ac remissi, sacro approbante concilio ordinamus, ut quicumque Episcopus ad concilium auctoritate ordinaria evocatus non venerit; nisi talem excusationem habuerit, quæ ad veritatem \*, medio iuramento per procuratorem per eum missum, & ad hoc legitime constitutum, per concilium legitima fuerit reputata ultra alias statuta contra tales, quæ volumus in suo robore permanere, pœnam centum florenorum incurrat: quorum quinquaginta fabricæ Tarraconensis ecclesiæ, alii vero quinquaginta communibus expensis concilii irremissibiliter applicentur. Inferiores (vero) Prælati, (& capellani) qui in talibus fuerint remissi \*, & Capitula, in pœnam incidant quinquaginta: qui in duas partes divisi modo simili applicentur.

## CAPUT XI.

IDEM Ennecus in eodem.

*In quavis synodo, vel synodo duo procuratores jubentur creari, qui innocentium clericorum, sed tamen vel inopum, vel oppressorum, vel defunctorum causam communibus impensis defendant.*

UT injuriæ propulsentur, quæ crescente hominum malitia, personis ecclesiasticis quotidie inferuntur, quia injuriatis offensam, vel

C c c

per

\* missus  
per venerabiles fratres  
nostros Episcopos  
\* per Capitulum

\* obtineant

\* victum

\* in sacris conciliis

\* tamen

\* statuentes, quod unum

\* vel aliterius esse non valeat procurator

\* absente

\* vel etiam

\* neglexerint

\* Quamquam provide

\* confirmata

\* sic remissi

\* prodest  
\* tueantur

\* que incipit, item cum aliqui Abbates, Priores, & alii Prælati, &c. approbantes



## 386 Constitutionum Provincialium

per impotentiam non valentibus; vel per timorem cadentem in constantem virum, prosequi non audentibus, præstatur audacia malefactoribus delinquendi: jubemus, ut in qualibet synodo per nos, vel per nostros suffraganeos celebranda, duo procuratores constituentur, qui in prædictis casibus injurias illatas beneficiatis de diocesi, vel in sacris ordinibus constitutis, propria culpa cessante: & ubi inops fuerit passus injuriam, vel etiam vita functus, ad cognitionem sui Prælati communibus expensis, pro interesse ordinis clericalis, prosequi te- neantur.

### CAPUT XII.

PETRUS Sagarriga in primo concilio Tarracone celebrato.

*In concilium convenientes, pro suo quisque dignitatis gradu, sacerdotalibus insignibus se jubentur ornare.*

**O**Rdinamus, sacro approbante concilio, ut de cetero Episcopi venientes ad concilium portent pontificalia sua; & procuratores capas, vel superpellicia, ut decentius interesse possint. Et ponatur in litteris convocationis.

### CAPUT XIII.

HIERONYMUS Cardinalis, & Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Si quando incidet tempus, ut procuratores mittendi sint, non nisi vel Officiales, vel Vicarios generales, vel Canonicos, vel quampiam dignitatem obtinentes, vel certe doctoratus gradu ornatos, modo beneficiati in eadem ecclesia fuerint; & a Capitulis non nisi Canonicos mitti licere præcipitur.*

**A**Ntiquam constitutionem declarando hac nova constitutione sancimus, ut nullus Episcopus nostræ provinciæ de cetero, cum ad hoc sacrum concilium convocatus fuerit, & legitimum impedimentum habuerit, propter quod venire personaliter nequiverit, nullos alios constituat procuratores præterquam Officiales, seu Vicarios generales suos, aut aliquem ex Canonicis suæ ecclesiæ, vel in eadem, seu diocesi sua dignitatem habentes, seu doctores in utroque, seu altero jurium, aut in sacra Theologia magistrum, qui ad minus unum beneficium in illa diocesi obtineat: quodque nullum ex Capitulis ecclesiarum nostræ provinciæ, syndicum, seu procuratorem constituere possit, nisi unum ex Canonicis illius Capituli, qui de corpore, & collegio eorum existat; cum quisque melius scire possit, quæ in suis Capitulis contingere dignoscuntur. In ceteris vero constitutionem prædictam illæsam remanere volumus.

### CAPUT XIV.

IDEM in secundo concilio Tarracone celebrato. *Quoties sedes aliqua vacaverit, Capitulum jubetur quempiam de Canonicis designare, qui sedis vacantis nomine concilii provincialibus, aliisque hujusmodi congregationibus intersit. Ei, qui designatus fuerit, æqua merces decernitur, atque iis qui Capitulorum negotia in hujusmodi conventibus gerunt.*

**F**ELICIS recordationis Joannes Patriarcha Alexandrinus, & Archiepiscopus Tarraconensis administrator perpetuus, sapienter admodum, & salubriter statuit, decreto concilii illius, quod is secundum celebravit, cujus quidem initium est, QUIA INTERDUM, ut cum ab Episcopis suffraganeis nostris procuratores mitti ad provinciale concilium res cogeret, alii ab iis, qui pro Capituli negotiis missi essent, legerentur; ne quid concilio Tarraconensis ecclesiæ detraheretur auctoritatis; neve ejus quippiam amitteretur in deliberando prudentiæ, quam verisimile est multorum potius, quam paucorum sententiis contineri. Ac ne minus quidem salubriter decrevit Petrus Archiepiscopus in constitutione, cujus initium est, INSUPER, ut Canonicis tum cathedralium ecclesiarum, tum etiam collegiatarum ad concilium provinciale missis; regiasve curias ad Episcoporum, aut Capitulorum negotia gerenda ire jussis, quo tempore iis districti essent, non minus integræ portiones canonicæ darentur, quam si in suis ecclesiis cultui divino interessent. Sapiens videlicet utriusque decretum, & quod ad retinendam sacri concilii Tarraconensis auctoritatem pertinere videatur; sed in quo non satis diserte iis cautum fuerit, qui, sede vacante, pro Episcopis ad concilia provincialia, aut regias curias mittuntur: quippe cum plerique eorum sua fraudati mercede adhuc fuerint. His igitur rebus adducti, & aliis nonnullis communi ecclesiæ, & clericorum utilitati congruentibus, statuimus; ut quoties vacare sedem contigerit, quempiam de Canonicis Capitulum illius designare teneatur, qui sedis vacantis nomine provincialibus conciliis, regisve curiis, ceterisque hujusmodi congregationibus intersit: ei autem, qui missus fuerit, vel ex hoc tempore de fructibus, & redditibus archiepiscopatus, ac etiam mensæ episcopalis, mercedis tantumdem decernimus, quantum iis constitui solet, qui gerendis Capitulorum negotiis ad provincialia concilia, aliove conventus mittuntur.

### CAPUT XV.

IDEM in concilio quinto Tarracone celebrato. *Quæ peccantur contra constitutiones, excepto contemptu, vel consuetudine peccandi; vel nisi divina lege, aut sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ decretis vetentur, in peccatis mortalibus non habenda: sed vel pœnis constitutis plectenda, vel iudicis arbitrati. Excommunicationis pœnam Prælati in aliam commutare licet.*

**N**E permultos peccati laqueis irretiamus, declaramus, eos, qui contra has consti-

tu-



tutiones peccaverint, pœnæ tantum in iis constitutæ, non etiam peccato mortali obnoxios esse: nisi si vel eas contemptu violarint, vel peccandi consuetudine irritas fecerint; vel certe admittæ crimina adeo gravia extiterint, ut in peccatis mortalibus vel divina lex, vel sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ decreta habenda censuerint. Quibus vero delictis nulla certa pœna constituitur, ea iudicis arbitrio plestenda sunt: permittimusque Prælati, ut ubicumque excommunicationis pœna infligitur, eam, si visum fuerit, in aliam quampiam commutent. Malum enim in iis, quorum nostra est animadversio, paulo remissiores videri, quam dum legum severitate delicta vindicare studeamus, maximam animarum multitudinem æternæ damnationis periculo obiicere; Deum imitati, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.

## CAPUT XVI.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

*De conciliis provincialibus.*

Cum propter evidentem ecclesiarum utilitatem absentes licite ex constitutione Bonitacii octavi, quæ incipit, CONSUECUDINEM; pro præsentibus, & divinis officiis interessentibus habeantur; ita ut non solum ceteros fructus, atque proventus, sed etiam quotidianas distributiones, & defunctorum anniversaria consequantur: sacri approbatione concilii decernimus, ac declaramus, omnes Episcopos, Abbates, Priores, & alios quoscumque dignitates, canonicatus, vel præbendas, aut quæcumque alia beneficia, vel officia, tam in nostra metropolitana, quam in aliis cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis, aut etiam aliis ecclesiis, vel monasteriis obtinentes, qui, vel generaliter, vel specialiter ad hoc sacrum concilium, aut ad alia, quæ, iuvante Deo, nostris, aut futuris temporibus, quandocumque celebrari contigerit, vocati sunt, vel fuerint; aut ex rationabili causa ad ea missi fuerint, vel in eis interfuerint; in singulis eorum ecclesiis, vel monasteriis, ubi beneficia prædicta obtinent, omnes fructus, redditus, & proventus, atque etiam distributiones quotidianas, & anniversaria, & alia emolumenta, quæ dum in ecclesia residebant, soliti erant percipere, a die arrepti itineris, usque ad diem reversionis sine ulla fraudatione lucratos fuisse, & ad eos pertinere, eisque restitui debere, si distributi fuerint; aut si non fuerint, eisdem reservari oportere mandamus: contradictores vero, & contumaces canonicis pœnis, atque censuris coercendos esse & compellendos declarantes.

## TITULUS III.

## DE CONSUECUDINE.

## CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus in secundo concilio Herdæ celebrato.

*Prandia ab iis, qui decimas ferunt, non exigenda: sed neque eorum causa quicquam de decimis subtrahendum: compellendique, ut integre solvant, qui subtraxerint, excommunicationis pœna.*

SCRIPTURA sacra, patrumque decreta sanxerunt, a cunctis fidelibus Deo, & ejus ministris decimas integre, & libere esse persolvendas. Habet tamen quorundam abusus, quorum Deus venter est, ut cum decimas \* ad granarium ecclesiæ deferunt, sicut debent, comestiones, seu prandia exigant \* hac de causa: & quod semel, seu una die possent ad granarium ecclesiæ apportare, per multas vices, multosque dies decimas minutatim deferant \*; ut singulis vicibus reficiantur a Rectoribus, & cibentur. Cumque hoc in detrimentum, & diminutionem jurium decimalium non sit dubium redundare, ideo \* nos Rodericus permissione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, approbante sacro concilio, hoc fieri prohibemus, consuetudine quavis \*, quæ juri divino sit \* contraria, non obstante. Si quis vero contra prohibitionem nostram hujusmodi (pecuniam), comestiones, & prandia ex hac causa exegerit, seu propter hoc partem decimæ subtraxerit, (&) retinuerit, vel retineri fecerit; & monitus per Rectorem infra decem dies non satisfecerit, auctoritate præsentis constitutionis excommunicationis pœna compellatur \*.

## CAPUT II.

IDEM in tertio concilio Herdæ celebrato.

*Quæ contra jus, & clericalem immunitatem diuturno abusu inoleverunt, tolluntur: plebunturque privati excommunicationis pœna, qui vel cibum exegerint, vel interverterint decimas; universitates interdicto. Ecclesiastici, qui ad hæc conniveant, comminatione pœnarum canonicarum deterrentur.*

IN nonnullis Tarraconensis provinciæ diocesis, & ecclesiis sic avida gulositas quorundam laicorum animos excæcavit, ut certis anni temporibus parochiani dictarum ecclesiarum ab Abbatibus, Vicariis, seu Rectoribus earundem certa prandia, comestiones, pastus, potationes, seu beuragia exigere quasi ex debito non formident \*; & ipsos Rectores, Vicarios, seu Abbates ad ea juxta abusum hujusmodi exhibenda, per subtractionem, & retentionem \* decimarum, & aliorum jurium ecclesiasticorum, irreverenter, vel alias inverecunde compellere non vereantur \*. Aliqui etiam \* ex laicis supradictis una die cujuslibet septimanæ quasi ex debito volunt comedere cum Rectore,

\* decimam

\* exigunt

\* deferunt

\* idcirco

\* aliqua

\* est

\* excommunicationis  
sententia percellatur.

\* formidant

\* retractionem

\* reverentur

\* autem



Vicario, seu Abbate; & ultra comestionem habere, & exigere aliquam pecuniam ex \* eisdem; ita per totum anni circulum continue facientes, quousque omnes parochiani cum eis comederint, & certum quid habuerint ab eisdem: posteaque inchoant, & repetunt illud idem. Suntque alii laici ex prædictis, qui sollemnibus diebus Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, inmediate post communionem, & receptionem sacri corporis Jesu Christi, quod cum humilitate, & devotione recipere tenentur, & aliquibus aliis \* anni temporibus quasi ex debito exigunt improbe ab ecclesiis, Abbatibus, Vicariis, seu Rectoribus vinum certum ex abusu hujusmodi, vel etiam juxta votum; adeo ut interdum decem, vel quindecim onera in potationibus hujusmodi expendantur: propter quæ ingurgitationes, ebrietates, & commestiones indebitæ committuntur, & multoties mortes, & vulnera sunt hæcenus subsecuta. Quamplurimi insuper ex laicis etiam \* antedictis tempore, quo decimarum, & primitiarum granaria dividuntur, non permittunt per illos, ad quos dictæ decimæ, & primitiæ bladi pertinent, portari libere dictum bladum suis propriis animalibus, vel etiam alienis; ut \* pro apportaturis præfati bladi [ in ] duplo, vel triplo [ plus ] quam alii portarent, necessario eis detur. Nonnulli etiam, qui juxta laicorum consuetudinem, ad horrea ecclesiarum bladum decimarum, & primitiarum deferunt; & die, qua portant, cibantur ab ecclesiis, Vicariis, seu Rectoribus earundem, per multas vices, multosque dies excogitata malitia deferunt minutatim, quas portare poterant uno \* die; ut singulis diebus, & \* vicibus reficiantur ab ipsis ecclesiis, & earum Rectoribus, ac cipientur; constitutione nostra, quæ incipit, SCRIPTURA SACRA, hoc prohibente \*. Alii vero laici, cum subsidia ex certis causis Portionariis, Vicariis, seu clericis ( beneficiatis in ecclesiis ), ipsorum laicorum consanguineis, affinibus, seu amicis, per locorum Ordinarios vel Nuntios, seu Legatos sedis Apostolicæ imponuntur; vel cum ipsis Portionariis, ( vel ) Vicariis, seu clericis beneficiatis ( in ecclesiis ) prælibatis per ipsos Rectores, seu Abbates, vel eorum gerentes vices, ex eo quod \* servitium ecclesiæ non faciunt, ut tenentur: vel alia causa licita, justa, & honesta interdum ad tempus suorum beneficiorum fructus forsitan subtrahuntur, ad requisitionem, suasionem, seu nutum hujusmodi clericorum occulte retinent sibi decimas, & alia jura ecclesiastica: & Portionariis, seu clericis memoratis tribuunt: propter quod negligentia dictorum Portionariorum, clericorum, & aliorum circa divinum officium remanet impunita; cum \* de alieno solvant, quod de [ suo ] proprioolvere tenebantur, & dicti laici nihilominus participes sunt furti \*, allegantes omnes prædicti, & singuli ad excusandas excusationes in peccatis, quod consuetudines observant, atque usus. Nos igitur volentes ex debito nostri officii ecclesiarum in-

demnitatibus providere, ac malitiis, usurpationibus, & morbis hujusmodi obviare, sacro approbante concilio, consuetudines, observationes, atque usus, corruptelas, & abusus penitus reputantes, ac etiam judicantes; prædicta omnia, & singula deinceps omnino fieri prohibemus: cum non sit dubium, ea esse contra bonos mores, & canonicas sanctiones, & in gravamen jurium ecclesiarum, & ecclesiasticæ libertatis. Et ( nihilominus ) quia parum prodest \* jura condere, nisi poena transgressoribus imponatur, in omnes, & singulos laicos, qui prædicta prandia, comestiones, seu pastus, potationes, seu alia beuragia, & alia prædicta, seu aliqua de eisdem exegerint cum effectu; & qui occasionibus memoratis, vel aliqua earundem de decimis, ( & ) primitiis, & \* aliis juribus ecclesiasticis aliquid sibi retinuerint scienter, vel per alios procuraverint, ( seu mandaverint ) aut consenserint retineri, excommunicationis sententiam promulgamus. In locis vero, in quibus universitates in his culpabiles extiterint, cessetur penitus a divinis, sub poena excommunicationis: Abbatibus, Rectoribus, Vicariis, & aliis ecclesiasticis personis interdicendo, & prohibendo \* expresse, quod dictis laicis, vel eorum alicui comestiones, & pastus, potationes, & beuragia, vel aliquid aliud ex causis, seu occasionibus supra dictis non dent nec dari faciant, vel permittant; si alias poenas canonicas voluerint evitare.

## CAPUT III.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Præcipitur, ut liber, quo officiorum juxta usum cuiusque ecclesiæ contineatur descriptio, in choro cathena alligatus habeatur.

Quia per caeremonias, quas \* per anni circulum ad Dei laudem, & cultus divini augmentum in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, & aliis, ubi est ultra numerum duodecim officiantium numerus, observare debent ecclesiasticæ personæ \*, cum in scriptis non appareant, quæ quisque in qualibet ecclesia facere teneatur, officii divini turbatio, & ( frequenter ) scandala oriuntur, præcipimus, in qualibet dictarum ecclesiarum infra biennium fieri unum librum, qui stet in choro ecclesiæ cum cathena, ubi omnia pertinentia ad divinum \* officium, secundum usum ecclesiæ, infra annum, & quis illa facere debeat, exacte conscribatur \*.

## CAPUT IV.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

Præter librum, cui Consuetudo nomen est, Prælati, & Capitula librum jubentur conscribere intra triennium ab edita hac constitutione, in quo ratio descripta sit officiorum. Qui si id facere neglexerint, majores quidem XXI. librarum poena plectuntur; inferiores X. librarum: quæ multa fabricis ecclesiarum applicatur.

PER constitutionem bonæ memoriæ ( domini ) Enneci prædecessoris nostri incipientem,

\* ab

\* in aliquibus

\* expenduntur

\* Quamplurimi etiam ex laicis

\* aut

\* una vel

\* quæ hoc prohibet, non obstante

\* quia

\* &amp;

\* in furto

\* proficere

\* vel

\* interdicentes, &amp; prohibentes

\* quæ

\* observantur

\* dictum

\* serviosius conscribantur



tem, QUIA PER CÆREMONIAS, fuit salubriter statutum, ut in qualibet ecclesiarum cathedralium, collegiatarum, & aliarum ubi est ultra numerum duodecim officiantium, fieret unus liber, qui staret in choro ecclesiæ cum cathena, ubi omnia pertinentia ad divinum officium secundum usum ecclesiæ, infra annum; & quis illa facere deberet, exactius scriberentur \*. Sed quia nulla fuit pœna addita \*, executione caruit usquequaque. Ut itaque qui desides fuerint in eadem exequenda \*, pœnæ formidine arētentur, sacro approbante concilio, illam innovantes, mandamus Episcopis, Capitulis, & aliis, qui ecclesiis præsentem memoratis, in virtute sanctæ obedientiæ, & pœna etiam infra scripta, ut infra tres annos proxime venturos dictæ constitutionis seriem exequentes, dictum librum ultra librum vocatum CONSUETA, fieri facere teneantur. Episcopi autem, qui negligentes in hoc reperti fuerint, & capitula ecclesiarum cathedralium XXV. librarum, & alii inferiores X. librarum pœnam ipso facto incurrant, ecclesiarum fabricis \* infallibiliter acquirendam.

\* *seriosius sint scripta*  
\* *adjecta*  
\* *in ea exequenda sunt.*

\* *fabricæ*

## TITULUS IV.

DE AUCTORITATE ET  
USU PALLII.

## CAPUT I.

INNOCENTIUS PAPA IV.

*Archiepiscopus Tarraconensis iure potest imperare ut sibi per universam Tarraconensem provinciam crux præferatur.*

**I**nnocentius Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Tarraconensi salutem, & apostolicam benedictionem. Cum pro Christo legatione fungaris, natus pro patribus inter alios filios gratiæ filius adoptivus, ac divinatorum ministeriorum dispensator fidelis ut illius sigilli signeris signaculo, qui te dispensatorem, ex injuncta tibi officii cura, constituit verbi sui, & per sigillum appensum, & suspensum legatio pateat manifesta, quæ sic Crucifixi nuntium probet exterius ad decorem ut intus ipsius tibi memoriam imprimens ad timorem, ad portanda Crucifixi stigmata in tuo corpore te inducat, ut dum iudicatum subsequeris, ab auditione mala, quam proferet contra malos, iudicantem non timeas, tuæ fraternitatis meritis merito provocati, ut ecclesia tua in te recipiat munus gratiæ amplioris; & fructus palmæ tibi ascendenti in palmam, fiat gutturi tuo dulcis, externo decore internum multipliciter ampliante; quod per totam Tarraconensem provinciam metropolitico tibi iure subjectam, liceat tibi, tuisque successoribus in perpetuum, vivificæ Crucis, vexillum facere anteferri, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat

hanc paginam nostræ concessionis infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Lugduni XV. Cal. Decembris, Pontificatus nostri anno tertio.

## CAPUT II.

PETRUS primus Archiepiscopus in secundo concilio Valentiniæ celebrato.

*Vetatur Archiepiscopus Toletanus crucem iungere sibi præferri, palliove uti, aut indulgentias concedere in provincia Tarraconensi. Ubi id faciet, a divinis cessandum: ipse autem excommunicatur.*

**I**tem sacro approbante concilio, statuimus, quod si Toletanus Archiepiscopus per Tarraconensem provinciam transitum faciens, crucem ante se portare \* fecerit, vel pallio usus fuerit, vel indulgentias dederit in nostra provincia; quæ, sicut dicitur, fuerunt per eundem \* temere alicubi attentata, loca, ad quæ ipse taliter venerit, & in quibus prædicta attentaverit, quamdiu ibidem fuerit, cessent penitus a divinis. Et ne ejus præsumptio remaneat impunita, si supra dicta in provincia nostra de cetero commiserit, auctoritate nostra, & sacri concilii ipsi, ex nunc, quasi extunc excommunicationis sententiæ decernimus subjacere. Et si aliquis litteris indulgentiæ Archiepiscopi Toletani in nostra provincia usus fuerit, tamquam falsarius puniatur.

\* *portari*

\* *eum*

## CAPUT III.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Diœcesanus, qui non vetuerit, quominus Archiepiscopus Toletanus, aliusve quispiam crucem sibi præferri iubeat, palliove utatur, aut indulgentias concedat in provincia Tarraconensi; templi ingressu prohibetur, & tamquam falsi criminis obnoxius puniatur, qui litteris indulgentiarum ab illis concessis usus fuerit.*

**I**tem sacro approbante concilio statuimus, quod si Toletanus Archiepiscopus, vel quicumque alius Archiepiscopus (vel quicumque alius) per Tarraconensem provinciam transitum faciens crucem ante se portare fecerit, vel pallio usus fuerit, vel indulgentias dederit; quæ sicut dicitur, fuerunt per aliquos temere attentata; si diœcesanus, in cujus diœcesi talia committentur, non se opposuerit, & hæc non inhibuerit, ut melius poterit \*, sit ab ingressu ecclesiæ eo ipso suspensus. Et si aliquis litteris indulgentiæ aliquorum Archiepiscoporum in nostra provincia usus fuerit, tamquam falsarius puniatur.

\* *quantum poterit bono modo,*

# 390 Constitutionum Provincialium

## TITULUS V.

### DE RENUNTIATIONE.

#### CAPUT I.

PETRUS primus Archiepiscopus in septimo concilio Tarracone celebrato.

*Statuitur, renuntiationes, & collationes beneficiorum publicari debere infra tempus a die vacationis conferendis beneficiis constitutum; alioqui non valere ejusmodi collationem: & ejus tantum collationis potestate eum carere, qui non publicarit, eamque ad superiorem devolvi.*

\* sacri approbatione concilii

ITEM cum occulta donatio suspicione non careat juxta canonicas sanctiones, sacro approbante concilio \* donationes occultas de dignitatibus, personatibus, rectoriis, præbendis, seu portionibus, & aliis omnibus administrationibus, ministeriis, officiis, & beneficiis ecclesiasticis, quocumque nomine censeantur, fieri prohibemus: statuentes, ut tam donator, quam donatarius donationem (recipiens) factam intra tempus de conferendis beneficiis a canonicis definitum (&) a vacationis tempore computandum, taliter studeant publicare, ut appareat, cui donaverit, & quo tempore sit donatum. Aliter quidem facta donatio ipso jure non valeat, nec alicui competat actio, vel defensio ex eadem. Sane donator, qui contra hoc statutum venerit, conferendi potestate careat ea vice, & ad alios secundum Lateranensis statuta concilii hujusmodi collatio devolvatur.

## TITULUS VI.

### DE ÆTATE, QUALITATE ET ORDINE PRÆFICIENDORUM.

#### CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Legatus Apostolicus in concilio Ilerdensi.

*Beneficiati, quibus non inepta ætas est ad litteras discendas, subtractione beneficiorum, eas ut discant, cogendi, quoad Latine loqui sciant. Discendis triennium conceditur; & toto eo tempore integra fructum perceptio indulgetur. Beneficiis tamen suspenduntur, quibus id temporis sine profectu abierit. Grammatices non studiosis tonsura minime conferenda: sed neque ad sacrum admittendi gradum, qui loqui Latine nesciant.*

STATUIMUS (quoque) ut omnes beneficiati, & promovendi in ecclesiis parochialibus, qui Latinis verbis loqui nesciunt, exceptis illis de quorum profectu propter ætatem non est sperandum, in studio ab Episcopo, & Archidiacono loci, ubi tale jus consuevit habere Archidiaconus, per subtractionem beneficiorum, quoad usque \* Latinis verbis loqui sciant, addiscere

\* quousque

compellantur. Illis autem, qui studere in Grammatica, & proficere voluerint, misericorditer indulgemus, ut beneficia sua integre in scholis habeant a proximo festo sancti Joannis, usque ad triennium, ac si in suis ecclesiis deservirent: proviso tamen ne ecclesia eorum remaneat debito servitio desolata. Qui vero infra hunc terminum non tantum proficere curaverit, ut Latinis verbis loqui sciat \*, quia suam (juvare, vel) vincere neglexerit ignorantiam; donec talem negligentiam per subsequens studium correxerit, beneficio suspendatur eodem. Et quoniam multi affectant clericalem characterem, ut libertatem ecclesiasticam, vel beneficium assequantur, & tamen addiscere negligunt; præcipimus, ut a talibus tonsurandis caveatur attente: præsertim in illis locis in quibus obtenta prima tonsura, ratione natalis soli sibi in ecclesia vindicant portionem. Ad sacrum autem gradum nullus clericus sæcularis promoveatur, qui Latinis verbis loqui nesciat.

\* quod Latinis sciat verbis loqui

#### CAPUT II.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Qui Latine nesciunt, ad ordines non admittendi: tamen dispensatione non interduntur Episcopi, quatenus a jure permittitur.*

QUONIAM illi sunt ad honores ecclesiasticos promovendi, qui moribus, ætate, scientia pollere noscuntur; statuimus, ac prohibemus \*, ne ad sacros ordines promoveantur, nisi personæ, quæ Grammaticam sciant, seu Latinis verbis loqui valeant competenter. Illi vero, ad quos ratione dignitatum, vel personatum, quos obtinent, competit examinare clericos, & ad (omnes) ordines præsentare, propensius caveant, si hujusmodi cupiunt honore gaudere; ne defectum super hoc patientes, scienter ad ordines audeant præsentare. Potestatem autem dispensandi super his, ex causa, & quatenus a jure permittitur, per hoc non intendimus Episcopis interdictam.

\* prohibentes

#### CAPUT III.

ARNALDUS Archiepiscopus in secundo concilio Tarraconensis.

*Tonsura non conferenda nisi iis, quos verisimile sit, ad sacros ordines promoveri in animo habere. In clericis nocentes, ne impunitate confisi privilegium clericale allegerit, severe animadvertendum.*

PRIMA tonsura nemini conferatur, de qua non sit verisimile, quod intendat ad sacros ordines promoveri. Episcopi vero, & eorum Officiales taliter punire studeant clericos criminosos, ne aliquis prætextu impunitatis alleget privilegium clericale.

CA-



## CAPUT IV.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio.

*Canonici ecclesie cathedralis infra annum a die adeptæ possessionis pacificæ, nisi si ætas, aliudve impedierit, ad sacros ordines jubentur promoveri, saltem subdiaconatus: alioqui canonici privati censentur.*

\* & **G**randia damna, & pericula, quæ ecclesiis, Prælatibus, & personis ecclesiasticis obvenerunt hactenus, ac in præsentiarum obveniunt in provincia Tarraconensi diabolica instigatione quorundam, qui de Christi patrimonio sublimati, detestantes adscribi militiæ clericali, ponentes ad aratrum manum, respicientes retro vitam elegerunt ducere laicalem, tollere affectantes: sacro approbante concilio statuimus; ut quicumque de cetero in Canonicum cathedralis ecclesie assumptus fuerit, ne a statu retrocedere valeat clericali, infra annum a die pacificæ possessionis adeptæ computandum, postquam ad legitimam ætatem pervenerit, ad ordinem subdiaconatus saltem, legitimo impedimento cessante, se faciat promoveri: alias extunc canonici, quam adeptus fuerit, sit ipso facto privatus, alii per illos, ad quos collatio pertinet, libere conferenda.

## CAPUT V.

IDEM in tertio concilio.

*Infra annum a promulgata in ecclesiis cathedralibus hac constitutione, Canonici, & presbyteri de Capitulo, qui canonicatum ante hoc tempus pacifice integrum annum possederint, ad subdiaconatum saltem curare jubentur promoveri, si nihil vel ætas, vel quippiam aliud impedierit: si non fecerint, præbendis, & beneficiis privati habentur, quæ eorum ratione obtinebunt.*

\* celebravimus  
\* canonizarum  
\* adeptæ  
\* fecerint  
\* si  
\* publicacionis  
\* fieri in dictis ecclesiis cathedralibus vel cum

**C**um nuper in sacro concilio, quod continuando celebramus \*, ordinaverimus, quod quicumque in Canonicum \* ecclesie cathedralis assumptus fuerit, infra annum a die pacificæ \* possessionis computandum, postquam ad ætatem legitimam pervenerit, ad ordinem subdiaconatus saltem, legitimo impedimento cessante, se faciat promoveri; alias canonici, quam adeptus fuerit, sit privatus ipso facto, alii per illos, ad quos collatio pertinet, libere conferenda: cumque ante dictam constitutionem nonnulli fuerint, & sint Canonici cathedralium ecclesiarum, & in ipsorum canonicatum pacifica possessione, qui saltem ad ordinem subdiaconatus, cessante legitimo impedimento, non se fecerunt \* promoveri; ideo eodem concilio approbante, prædictam constitutionem ad illos extendentes sancimus; ut præfati canonici, & presbyteri de Capitulo, qui \* ætatem legitimam habent, infra annum a die præsentis constitutionis publicatæ \*, quam etiam volumus in ecclesiis cathedralibus publicari, cum \* ata-

tem legitimam habuerint, extunc infra annum immediate computandum se faciant, cessante legitimo impedimento, promoveri, saltem ad ordinem subdiaconatus: alioqui eo ipso canonicatibus, & præbendis, quas obtinent, & beneficiis (etiam), quæ obtinent in dictis ecclesiis, [ & ] quæ obtinere non possent, nisi essent Canonici præbendati, sint privati: quæ aliis conferantur \* per illos, ad quos pertinet collatio eorundem.

\* conferendis

## CAPUT VI.

ENNECUS Archiepiscopus in concilio secundo Tarracone celebrato.

*Illi, qui vel ad sacros ordines promoti fuerint, vel ordinem regularem professi, ad provinciale concilium, ut procuratores tantum admittendi.*

**C**um nullus in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis sæcularibus, vel regularibus vocem habeat in Capitulo, etiam si hoc ab aliis libere concedatur, nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus; de consensu sacri concilii duximus statuendum, ut nullus de cetero admittatur ad provinciale concilium \*, ut procurator Capituli, vel alterius personæ, qui in dicto concilio habeat interesse, nisi in sacris ordinibus constitutus, vel ordinem regularem fuerit expresse professus.

\* in provinciali concilio

## CAPUT VII.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

*Canonici, & presbyteri de Capitulo, qui superiores constitutiones pro irritis habuerunt, quibus cogebantur infra annum a die pacificæ possessionis adeptæ ad sacros ordines, subdiaconatum saltem promoveri, si nihil ætas, aliudve impediret, tamquam jure ipso privatis fructuum annuorum perceptio adimitur, nisi dispensationem sufficientem attulerint. Qui hanc constitutionem violarint, sunt excommunicati.*

**C**um per constitutiones bonæ memoriæ domini Petri prædecessoris nostri incipientes, GRANDIA, & CUM NUPER \*, salubriter sit provisum, ut Canonici, & presbyteri de Capitulo ecclesiarum cathedralium nostræ provincie Tarraconensis, ne a statu retrocedere valeant clericali, infra annum a die pacificæ possessionis adeptæ computandum, postquam ad legitimam ætatem pervenerint, ad ordinem subdiaconatus saltem, legitimo impedimento cessante, se faciant promoveri: alias extunc canonicatibus \*, & beneficiis, (quas, vel) quæ in eisdem ecclesiis obtinent, & quæ obtinere non possent, nisi essent Canonici præbendati, sint ipso facto privati: & \* cum lapsio hujusmodi anno iidem Canonici, & presbyteri de capitulo sic privati, in suis canonicatibus, & præbendis, ac beneficiis \* tolerantur, fructusque suarum præbendarum, & beneficiorum eisdem integraliter ministrentur, in eorum grave

\* Cum nuper in sacro concilio &c.

\* canoniis

\* Verum

\* in eorum canoniis, præbendis, & beneficiis

pe-



## 392 Constitutionum Provincialium

periculum animarum; idcirco super his providere volentes, præfatas constitutiones renovando, & exequendo, eisdem sacri approbatione concilii \* adiicimus; quatenus lapsio hujusmodi anno, eisdem Canonicis, & presbyteris de Capitulo, ut præmittitur, non promotis & sic vigore dictarum constitutionum ipso jure privatis, dispensatione sufficienti per eisdem super hoc non offensa de fructibus, redditibus, & proventibus suarum præbendarum, & beneficiorum prædictorum, per illos, ad quos pertinet, & spectat, nullatenus respondeatur, declaratione alia minime expectata: alioqui contrarium facientes, sententiam excommunicationis incurrere volumus ipso facto.

### CAPUT VIII.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertufeni.

*In clericis ad sacros ordines promovendis examinanda ætas, mores, & litteræ; servandaque ea, quæ a sacris canonibus, constitutionibus, ac synodis super his decreta sunt. Sacerdotes, de quorum inscitia rumor delatus fuerit, quoad profecerint, munere sacerdotali suspendendi. Episcopi, & Capitula monentur gymnasiorum litterariorum curam gerere.*

**N**ihil est, quod Ecclesiæ Dei magis officiat quam indecens promotio indignorum. Nam cum \* indignis ad sacros ordines patet ascensus, inordinata crescit ambitio; & proficiendi in scientia cura, & studium amputatur; & ecclesiastici ordinis dignitas deducitur in contemptu. Universos igitur Episcopos, sub obtestatione divini judicii commonemus; ut unusquisque tamquam servus fidelis, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam [ sic ] fideliter, & prudenter attendat, cui divina sacramenta committat; ne, si ultra debitam mensuram alicui credat, aut infidelitatis, si scienter; aut imprudentiæ, si ignoranter, in districto judicio valeat culpa notari. Sed promovendi ad sacros ordines de ætate, qualitate, moribus, & scientia debito subiiciantur examini: & circa eos, quæ a sacris canonibus, constitutione domini Sabinensis, & constitutionibus provincialibus, & synodalibus, & nostra etiam statuta sunt, tenaciter observentur: nec, sub spe futuri profectus, aliquis ordinetur, nisi actualiter tempore promotionis reperiatur idoneus. Sane quia aliqui proprii Prælati notitiam fugiendo \*, vel aliis exquisitis (coloribus, &) modis minus idonei, immo penitus illitterati sacerdotale officium ambierunt, omnibus ecclesiarum Prælatibus injungimus, eorum conscientias onerando, ut, si de aliquorum insufficientia eorum aures notabilis fama pulsaverit \*, tales examinationi subiiciant: &, si eos sic insufficientes reperiunt, ab officii sacerdotalis executione suspendant, usquequo per studii exercitium debitam sufficientiam fuerint affecti. Ceterum ut addiscendi \*, & proficiendi in

\* sacro approbante concilio

\* dum

\* fugientes

\* pulsabit

\* addiscendi

scientia opportunitas talis conferatur, ecclesiarum Prælatos, & Capitula propensius exhortamur; ut circa reformandas, & conservandas scholas artium solerter, ac diligenter intendant: ut tales in scholis clerici nutriantur, qui merito idonei fieri valeant sacerdotes.

### TITULUS VII.

#### DE SACRA UNCTIONE.

##### CAPUT I.

PETRUS primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Sacramentum extremæ unctionis gratis conferendum: a cathedralibus ecclesiis quotannis olea petenda.*

**I**tem sacramentum extremæ unctionis petentibus libere, & sine pecunia a sacerdotibus ministratur: & singulis annis clerici ampullam deferant, in qua oleum recipiant infirmorum, quando eis chrisma, & cathecumenorum oleum tribuetur: consuetudine quavis \* non obstante.

\* aliqua

### TITULUS VIII.

#### DE FILIIS PRESBYTERORUM ORDINANDIS, VEL NON.

##### CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Legatus Apostolicus in concilio Ilerdensi.

*Soboles clericorum, velut spuria, in bonis paternis prohibetur succedere, & ad tonsuram admitti. Est pars constitutionis incipit. Ad extirpandam.*

**S**oboles quoque clericorum, post hoc concilium, de concubina suscepta \*, in bonis paternis jure hereditatio, secundum Decretalem domini Honorii, non succedat \*: & ad primam tonsuram velut spuria \* nullatenus admittatur \*: quæ omnis beneficii, & privilegii clericalis expertus existit \*.

\* de concubinis suscepte

\* succedant:

\* spurii

\* admittantur

\* quatenus omni beneficio, & privilegio clericali expertus existant. al. sed pro quatenus

##### CAPUT II.

ARNALDUS Archiepiscopus in secundo concilio.

**P**resbyter cum (suo) proprio filio spurio Missam non audeat celebrare.

##### CAPUT III.

PETRUS secundus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Dimidium honorum, quæ ex beneficiis parata fuerint, ecclesiæ, unde profecta sunt, acquiritur, si in prolem illegitimam sive per se, sive per interpositam personam translata fuerint: reliquum Ordinario.*

**Q**uia bona, quæ ab ecclesiasticis beneficiis habentur, per Rectores, seu administratores

tores



fores beneficiorum debent in utilitatem eorundem beneficiorum, & non profanis usibus applicari, & iis \* quamplurimi abutuntur; ideo \* sacro approbante concilio statuimus, ut de cetero nulla persona ecclesiastica beneficiata cujuscumque status, dignitatis, gradus, ordinis, religionis, vel condicionis existat, habens prolem illegitimam eidem proli terras, possessiones, honores, seu alia jura [suorum] beneficiorum audeat stabilire, seu in emphyteusin concedere: nec eidem proli aliquid in vita, vel in morte, seu testamento de pecunia, seu (de) aliis bonis, quæ a dictis suis beneficiis acquisivit \*, per se, vel interpositam personam, vel alio quæsito colore donare, concedere, seu legare, dari, seu legari faciat \*. Alias quidquid tali proli fuerit, ut præfertur, in vita, vel in morte datum, seu relictum, medietas in ornamenta \* beneficii, seu beneficiorum ipsius donantis, seu relinquentis erogetur: & reliqua medietas ejus Ordinario applicetur.

TITULUS IX.

DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET EORUM MANUMISSIONE.

CAPUT I.

PETRUS secundus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Monentur Episcopi, ante promotionem ad sacros ordines edicere, sibi in animo non esse eos promovere, qui sunt de redemptione: qui si se obtulerint, prius domino suo sufficienter caveant de jure ad eum pertinenti.*

CUM juri sit consonum, ut quilibet in suis juribus foveatur, & factum unius alteri nocere non debeat, eodem approbante concilio statuimus, & ordinamus; ut quilibet Episcopus, cum clericales tonsuras, vel alios ordines in aliqua civitate, villa, vel castro duxerit (conferendas, &) conferendos, habeat in principio proponere edictum per se, vel (per) alium loco sui; quod ipse Episcopus non intendit promovere ad dictam clericalem tonsuram, vel alios ordines; nec admittere aliquem de redemptione, existentem alicujus domini ecclesiastici vel laici temporalis. Et si aliquis de redemptione apparuerit, qui velit dicta clericali tonsura, vel aliis ordinibus insigniri, si sui juris fuerit, vel ejus pater, tutor, vel curator, vel alius pro eo, ante habeat præstare cautionem idoneam, [ & ] cum juramento in posse dicti (domini) Episcopi, quod conveniet cum domino suo de jure competenti eidem domino ratione redemptionis; si, & quando ipsi domino placuerit. De qua protestatione, & cautione habeat fieri scriptura in libro, vel registro ordinum ipsius Episcopi, in \* memoriam rei gesta.

Tom. III.

TITULUS X.  
DE CLERICIS PEREGRINIS.

CAPUT I.

HIERONYMUS Cardinalis, & Archiepiscopus in concilio quinto Tarracone celebrato.

*Clericos peregrinos ad publica sacerdotalia munera non admittendos, nisi & ordinum, ad quos promoti fuerint, & fama, vitæque litteras superioris sui testimonium exhibuerint: ad privata posse, litteris suorum Ordinariorum exhibitis. Familiæ magnatum, auctoritate eorum munitos, non impediendos, quominus Missas celebrent.*

Clerici alienæ diocesis, & præsertim alienæ nationis non sunt recipiendi, nec admittendi ad Missarum solemnias publice celebranda, nec ad curæ animarum regimen, vel aliquod sacerdotale officium sine litteris suorum ordinum, & etiam litteris testimonialibus sui Prælati perhibentibus testimonium vitæ, famæ, & conversationis honestæ. Et, si fieri possit, testes adhibendi, qui de notione hominis, & qualitatibus prædictis testimonium perhibeant veritati. Ad Missas vero privatas, & secretas, cum solitis litteris suorum Ordinariorum admitti poterunt, prævio in omnibus legitimo examine. Familiæ vero magnatum, cum eorum auctoritate muniantur, non impediuntur Missas celebrare.

TITULUS XI.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in conc. Ilerdensi. *Archipresbyteratum nemini concedi debere sub aliqua pensione.*

CUM archipresbyteratus spiritualem jurisdictionem habeat \*, districtè \* prohibemus; ne archipresbyteratus sub aliqua pensione terminum alicui concedatur.

\* habeant  
\* districtius

TITULUS XII.

DE OFFICIO VICARII, ET SALARIIS OFFICIALIS, ET JURE SIGILLI.

CAPUT I.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Sancitur, ne in provincia Tarraconensi Vicarii, officiales principales, vel foranei creentur, nisi de regnis Aragonum, Valentie Balearium insularum, & principatu Cathalonie: externi autem non nisi re ipsa Canonici fuerint, aut de Capitulo regnorum supra memoratorum Vicarii, aut Officiales principales fiant: foranei autem non, nisi qui saltem beneficiati fuerint. Si secus factum sit, Vicariis, Officialibus principalibus, ac foraneis non parendum; irritaque habenda quæcumque censuerint.*

Archiepiscopalis apicis nos cura invigilare impellit, ut quæ in \* ecclesiis nostræ

\* quod in

D d d

pro-



provincia, non absque ministrorum dispendio & divini cultus detrimento, & omissione justitiæ, quæ summum bonum est in rebus, fieri viderimus, appositione opportuni remedii, quantum cum Deo poterimus, succurramus. (Cum itaque) a longis citra temporibus ad nostrum auditum multorum perduxit \* relatio fide digna, quod nonnulli Vicarii, seu \* Officiales venerabilium suffraganeorum nostrorum absentium extraneæ \* nationis plura damna ecclesiis inferant, crimina impunita relinquunt; quinimmo passim recepta pecunia absolutiones facinorosis hominibus faciunt: qui essent suis demeritis exigentibus corporali perpetua, vel temporali pœna plectendi: defunctorum pias voluntates ultimas infringant \*, destituendo beneficia [ ab ipsis defunctis ], pro animarum suarum salute, de bonis a Deo sibi \* collatis maximis laboribus instituta: dictorum defunctorum bona, quæ ex ipsorum pia largitione deberent personis religiosis, mendicantibus, vel aliis \* Christi pauperibus erogari, imburse conentur \*: & recepta pecunia absolutiones, & quæritationes faciant executoribus eorundem, ut de aliis taceamus; quærentes quæ sua sunt, potius quam Christi. Ex quibus primum perit justitia, propter quod Deus offenditur; jus partium læditur; delinquendi præparatur occasio: cum facilitas veniæ incensivum \* tribuat delinquendi; divinus cultus minuitur, propter beneficia sic contra conscientiam destituta. Alii \*, qui forsitan beneficia instituire cupiebant, ab institutionibus hujusmodi retrahuntur, [ quæ quidem ] destituentes ad gehennam ædificant; & defunctorum animæ, qui propter beneficia instituta sperabant per Missas, & orationes, seu sacrificia sacerdotum, quos in beneficiis instituerant, per Dei clementiam a pœnis purgatorii eripi, impediuntur, quod dolentes referimus, ad cælestem patriam convolare. Nos igitur Archiepiscopus prælibatus tot, & tam \* nefandis malis, ac periculis obviare volentes, hac in perpetuum valitura constitutione fancimus, sacro concilio approbante, quod de cetero [ nec ] nos, nec venerabiles fratres nostri Episcopi provinciæ Tarraconensis, qui nunc sunt, & \* qui pro tempore fuerint, Vicarios, [ vel ] in spiritualibus, vel \* temporalibus, Officialesve \* principales, vel foraneos teneamus, nec teneant in diocæsibus nobis, & eis creditis extraneæ \* nationis, sed de regnis Aragonum, Valentia, Majoricarum, vel de principatu Cathalonix dumtaxat; nisi extranei constituti Vicarii, vel Officiales principales essent canonici realiter præbendati, vel de capitulo ecclesiarum cathedralium principatus, & regnorum prædictorum & Officiales foranei essent beneficiarii in eisdem. Quod si secus factum fuerit, seu attentatum, subditi non teneantur talibus Vicariis, seu Officialibus in aliquo obedire: immo si de facto dicti Vicarii, seu Officiales procederent contra quemquam, seu jurisdictione aliqua uterentur; sententiæ, & pro-

cessus per eos facti sint \* ipso facto invalidi, \* sunt irriti, & inanes.

## CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Statuitur pro jure sigilli, decretis, ac scripturis non plus exigi pecuniæ debere, quam superioribus temporibus exigi solitum fuerit ab Archiepiscopo Tarraconensi, Valentino, Dertusensi, Ilerdensi, Barcinonensi, Gerundensi, Urgellensi, Vicensi Episcopis.*

**L**Oqui veremur, & tacere non expedit ea, quæ nostris auribus nuntiarunt fide digni relatus. A tempore enim [ pestilentia, & ] mortalitatis præteritæ, quo ecclesiæ plurimæ \* cathedrales nostræ provinciæ fuere \* pastorum solatio destitutæ, licet ad eas Prælati præfecti fuerint, in quibusdam tamen ejusdem provinciæ ecclesiis, de quo dolendum est, Prælati minime resederunt, nec hodie resident; propter quod ecclesiarum detrahitur commodis, & honori: quæ carentes defensorum auxilio in juribus suis, & libertatibus multipliciter opprimuntur, animarum cura negligitur, & vitiorum sentibus \* fomentum periculose præbetur. Vicarii enim, Officiales, Procuratores, & Thesaurarii eorundem emolumenta provenientia ex jure sigilli curiæ eorundem ultra morem solitum diversi exquisitis coloribus augmentarunt: quod in gregum eis creditorum præjudicium, & jacturam, ad ambitionis, & avaritiæ improperium, dictis Prælatibus hæc forsitan ignorantibus, noscitur redundare \*. Non igitur prædictus Archiepiscopus approbatione sacri concilii statuimus, quod nos, seu venerabiles fratres nostri Episcopi, Vicarii, Officiales, Procuratores, Thesaurarii, aut \* alii quocumque nomine nuncupentur, pro jure sigilli nostræ curiæ, seu curiæ episcopalis, Vicariorum, seu Officialatus ejusdem plus non exigant pro jure sigilli, & collationibus beneficiorum, quam reverendus dominus bonæ memoriæ Arnaldus Tarraconensis Archiepiscopus, ultimus prædecessor \* noster, venerabiles bonæ memoriæ fratres nostri Hugo Valentinus, Jacobus Dertusensis, & Ilerdensis, Ferrarius Barcinonensis, Arnaldus Gerundensis, Nicolaus Urgellensis, [ & Hugo Vicensis ] Episcopi consueverunt recipere. Quod si secus actum fuerit, nos, & Episcopi illis \*, a quibus ultra exactum fuerit, restituere teneamur, remissione quacumque nobis, nec ipsis facta ullatenus \* profutura. Et eundem modum habeant observare \* Officiales, qui nunc sunt, quem Officiales prædictorum observarunt in recipienda pecunia pro decretis, & notarii pro scripturis. Et nisi fecerint, restitutioni prædictæ \* se noverint subjacere.



## CAPUT III.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio secundo Tarracone celebrato.

*Judices ecclesiastici, qui iubentur sine ulla mercede jus dicere, in fraudem causas committere, vel patrocinari vetantur: quorum ob alterum excommunicationis poenam incurrunt, ob alterum munere, quo funguntur, ac similibus, ut inhabiles privati censentur.*

\* *judicio*  
**F**Raudes commissas hactenus de medio \* extirpare, ac committendas in posterum præscindere, quantum (cum) Deo auctore poterimus satagentes, præsentis constitutione perpetuo valitura statuimus, ut nulli Vicarii generales, Officiales principales nostri \*, vel venerabilium suffraganeorum nostrorum causas, quas jure ordinario, & gratis sine \* ullo salario tenentur decidere, in fraudem partium, vel aliorum, quorum interfit, delegent \*. Quod si secus egerint \*, ipso facto excommunicationis se noverint \* sententiam incurrisse. Prohibemus \* insuper, ne in causis prædictis, posito quod juste possent eas committere, pro neutra partium officium advocacionis assumant. Quod si fecerint, officio, cui tunc præsidebunt, cum infamia, ultra juris poenas contra tales editas, perpetuo sint privati, & effecti inhabiles ad alia officia similia obtinenda.

## CAPUT IV.

IDEM in eodem.

*Statuitur, Decanos foraneos, Procuratoresve fiscales non nisi presbyteros, aut certe tonsuratos, quos ad sacros ordines verisimile sit promotum iri, legi posse: alioqui eorum acta viribus carere.*

\* *quod in curiis nostris, vel*  
**Q**uia non decet causas ecclesiasticas per personas laicas pertractari, statuimus, ut in curiis nostris, & \* suffraganeorum nostrorum non constituantur, seu ponantur; vel sint de cetero Decani (Officiales) foranei, Procuratores fiscales, nisi presbyteri, vel saltem (simpliciter) tonsurati: de quibus verisimiliter præsumatur, quod debeant ad sacros ordines promoveri. Quod si secus actum, seu ordinatum extiterit, processus, qui cum prædictis fiunt, ipso facto, absque exceptionis ope, careant viribus, & effectu.

## CAPUT V.

PETRUS Sagarriga Archiepiscopus in concilio.

*Sancitur Vicarios, & Officiales principales in sacris ordinibus esse oportere: eorum autem, qui in sacris non fuerint ordinibus, acta omnia ipso jure nulla esse.*

**H**OC consultissimo prohibemus edicto, sacri approbatione concilii, præteritis moniti exemplis, quod neque nos, neque suffraganei nostri Vicarios, vel Officiales principales, nisi in sacris fuerint ordinibus constituti,

in nostris diocæsis, & suis, ullatenus \* teneamus. Et si contrarium fiat, omnes actus, qui per dictos Vicarios, & Officiales in sacris, ut prædicitur, non promotos, inde fiunt, sint ipso jure nulli.

\* *in nostri, & eorum diocæsis nullatenus, al. in nostra*

## CAPUT VI.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusensi.

*Idem statuitur.*

**P**erpetuo ordinamus edicto, Vicarios generales, aut principales Officiales diocæsanorum, seu ordinariorum ecclesiasticorum esse debere in sacris ordinibus constitutos: decernentes omnes actus Vicarii, aut principalis Officialis non constituti in sacris ordinibus, si quos contigerit de cetero actitari, nullius esse roboris, ac \* valoris.

\* *al.*

## TITULUS XIII.

## DE OFFICIO, ET POTESTATE JUDICIS DELEGATI.

## CAPUT I.

IDEM Petrus in eodem.

*Delegati Apostolici iubentur primæ citationi delegationis tenorem integrum inferere, potestatisque suæ limites minime transilire.*

**E**t si Apostolicæ sedis providentia circumspecta salubriter studuit \* providere, ut talibus personis Conservatoris, & Delegati officia committerentur \*, de quibus verisimiliter sperari posset \*, quod sic injuncti sibi officii vires expedirent, ut \* potestatis sibi \* traditæ limites non excederent, experientia tamen rerum magistra docente comperimus, ex multorum talium abusibus \* sæpe grandia (fore) illata discrimina: censura ecclesiastica injuste ligando, ac denunciando ipsius censuræ sententia innodatos, pluraque enormia perpetrando in perniciem ecclesiarum, & scandalum plurimorum. Nolentes igitur sedis Apostolicæ auctoritatem per actus indiscretos, & improbos quorundam Conservatorum, vel delegatorum ipsorum Executorum, vel Subexecutorum, quasi tenebrosi fumi caligine obscurari, sed eorum ausus temerarios reprimere cupientes, præsentis tenore in virtute sanctæ obedientiæ auctoritate, qua fungimur, districtæ præcipiendo mandamus eisdem, ne ultra limites traditæ potestatis aliquid facere, seu attentare præsumant; cum enucleati juris existat, potestatem eis concessam excedentes velut privatos debere, & quidem merito \* reputari; & sit justum contra non servantes traditam eis formam, jura, & ipsorum ministros taliter insurgere, ut effrenata audacia debita justitia compescatur. Et ut omnis fraudis, & figmenti materia penitus evitetur, in primis litteris, quæ ab aliquo Conservatore, vel Judice delegato, Executore, vel ab eis gerentibus vices in causa aliqua emanaverint, tenor suæ commissionis integraliter inferatur.

\* *studuerit*

\* *committantur.*

\* *speretur*

\* *expediens quod*

\* *eis*

\* *abusu*

\* *deberi; & merito*



# 396 Constitutionum Provincialium

## TITULUS XIV. DE OFFICIO ORDINARII.

### CAPUT I.

PETRUS primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Præcipitur, ut Ordinarii gratis jus dicant; notarii moderata mercede contenti sint.*

*\* Item præcipimus, quod*  
**P**Ræcipimus, ut *\* Episcopi, vel officiales eorum, & alii clerici ordinariam jurisdictionem habentes, gratis causas examinent, (&) sententias (sponte) proferant, nullam inde pecuniam recipientes \* salvo eo, quod pro iustitia, ratione dominationis debetur. Notarii \* autem pretium recipiant \* pro labore scripturæ temperatum.*

### CAPUT II.

RODERICUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Cavetur, ne Prælati inferiores quemquam ad sacros ordines aliis Episcopis præsentent, neve de causis matrimonialibus cognoscant: prohibenturque Episcopi, eos ad sacros ordines admittere, quos illi præsentarint, nisi si privilegio Apostolico licuerit. Quæ decreta contra eos, qui sibi Episcoporum partes vindicant, acerrime observari jubentur.*

**I**tem cum nonnulli Abbates, & Prælati provinciæ Tarraconensis usurpando jurisdictionem Episcoporum, provinciæ Tarraconensis clericos ordinandos præsentent per suas litteras aliis Episcopis, [ ipsorum ] Episcoporum, ad quos pertinet dictorum clericorum ordinatio, licentia minime requisita, cognoscant etiam vel cognosci faciant de causis matrimonialibus in civitatibus, & diocæsis prædictorum Episcoporum, & alias usurpent ipsorum Episcoporum jurisdictionem, aliaque faciant, quæ ad ordinem pontificalem pertinere noscuntur, mandamus universis Episcopis suffraganeis nostris, quod ad præsentationem dictorum Abbatum vel inferiorum Prælatorum nullum clericum ordinent; donec fidem fecerint, quod ex privilegio sedis Apostolicæ hoc sibi specialiter sit indultum: & quod sententias excommunicationis per ipsos Episcopos, vel eorum Officiales latas, & ferendas contra impediens, & usurpantes jurisdictionem Episcoporum ipsorum observent, & faciant inviolabiliter observari.

### CAPUT III.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarraconensi.

*Qui admissio aliquo delicto, ut sibi impune sit, alio profugerunt, a suo iudice revocati, & ad pœnam expediti remitti debent, nisi si in nomine malevolentie suspectus iudex fuerit, aut alio de crimine ab eo iudice, a quo detinetur reus, quæstio habeatur. Qui iudices secus fecerint, commodis constitutionum privantur.*

**B**onus, & gravis Præses curare debet, ut pacata, atque quieta provincia sit, quam

regit. Quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat, ut malis hominibus provincia careat; eosque conquirat, & prout quisque deliquerit, in eum animadvertere satagat. Quod, ut frequenter accidit, non potest de facili obtineri. Commissio enim per aliquem maleficio in una diocæsi, seu territorio, ad aliam se transfert, ne pro suis demeritis puniatur. Et cum per suum Ordinarium, vel alium, in cuius jurisdictione, vel territorio crimen commisit, de delinquente, seu delato petitur, seu requiritur ad locum delicti fieri remissio; per eum a quo petitur modis variis *\* impeditur, & consequenter iustitia: & inde mala malis, (&) facinora facinoribus cumulantur.* Nos igitur Archiepiscopus sæpe dictus approbante sacro concilio ordinamus, quod per nos, & venerabiles fratres nostros Episcopos, & per alios jurisdictionem obtinentes, cuiuscumque conditionis, vel status existant, etiam si exempti, vel de ordine militari fuerint, ad iudices ecclesiasticos *\* nostræ provinciæ fiant remissiones ad invicem de omnibus clericis criminosis, cum unus per alterum fuerit requisitus: nisi forsan ille, de quo peteretur ut fiat \* remissio, contra iudicem remissionem petentem justam causam allegaverit, & eam probaverit coram iudice, a quo huiusmodi remissio fieri petitur \* : vel iudex, a quo fuerit petita remissio, eam facere minime teneretur. Si vero aliquis præmissorum, ut prædicitur, requisitus remissionem criminosis, seu delati non fecerit; commodo, & auxilio constitutionum sacrorum conciliorum Tarraconensium contra invasores, raptos, & deprædatores rerum ecclesiasticarum, hominum, ecclesiarum, & locorum religiosorum editarum, se noverint eo ipso privatum. Prædictam vero constitutionem per omnes superius nominatos in virtute sanctæ obedientiæ, cessante omni fraude, & dolo, præcipimus inviolabiliter observari.*

## TITULUS XV.

### DE MAJORITATE, ET OBEDIENTIA.

#### CAPUT I.

##### CLEMENS PAPA V.

*Monentur Prælati, & clerici universi Archiepiscopo Tarraconensi pro ecclesiasticæ immunitatis defensione adesse, eidemque parere, & dicto esse audientes.*

**C**lemens Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus suffraganeis ecclesiæ Tarraconensis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpositis, Archipresbyteris, ac aliis ecclesiarum Prælati, necnon & clericis universis per Tarraconensem provinciam constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Si debitum exolvere officii, ad quod estis obligati, ac discrimina evitare propria, sicut viros decet constantes, & providos, affectatis; nequaquam opus videtur, ut super eo, quod in præsentiarum scribimus, apostolicis vos lite-

*\* multisa-  
riis*

*\* seu iudi-  
ces eccle-  
siastici*

*\* fieri*

*\* remissio  
peteretur*



literis excitemus; qui ad illud promptis animis, ac studiis efficacibus promovendum motu tenemini exurgere proprio, & debetis non requisiti aliquatenus, vel rogati: cum specialiter de re vestra dubium non sit agi, quæ absque universali vestro periculo nequit negligi, vel postponi. Licet igitur de sinceritatis vestræ prudentia fiduciam habeamus, quod ad libertatem libenter intendat ecclesiasticam observandam, pro qua vestra interest murum defensionis ex adverso ascendentibus opponere pro viribus, ne valeat conculcari: quia tamen nil nocet ad bona voluntarios inductionibus animare congruis, ac sollicitis vigilantiam suadere; super hoc apostolicis commotionibus vos eo propensiori cura decrevimus invitandos, quod diebus istis, quibus, prout non sine cordis dolore accepimus, libertas ipsa in partibus istis impugnatur; graviter, ac enormiter derogatur eidem: vestraque in hac parte præsidia opportuna, magna, & necessaria reputantur. Ideoque universitatem vestram rogamus attentius, & hortamur, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus venerabili patri nostro Tarraconensi Archiepiscopo metropolitano, in libertatis tuitione ipsius, circa quam laborare debet, studiosius pro nostra, & Apostolicæ sedis reverentia sic efficaciter assistatis, ac ei alias in iis, quæ ad archiepiscopalis ministerium dignitatis pertinent, sic intendatis devote, ac humiliter pateatis; ut libertatis prædictæ fervidi zelatores, ac obedientiæ filii operibus comprobemini ex effectu; & propterea vestra devotio ex hoc apud nos reddatur commendabilis: ac propterea favorem Apostolicum digne mereatur uberius cum actionibus gratiarum. Datum Perusii, VIII. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

## CAPUT II.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato. *Prælati, & Canonici capis nigris indui jubentur: alioqui in superiori, vel majori choro non sedeant, nec non in processibus capatos præcedant.*

\* Item statuimus, quod Archiepiscopi.

\* vel

STATUIMUS, ut Archiepiscopus\*, & Episcopi, & alii Prælati; & Canonici cathedralium, & \* collegiatarum ecclesiarum, sæcularium, vel regularium, intra ecclesias suas vel claustra, ad divina officia, & processiones a festo omnium Sanctorum usque ab sabbatum Paschæ deferant capas nigras: exceptis diebus, quibus capis sericis solent uti. Alioquin in superiori choro, seu majori, non sedeant; nec in processibus inter capatos incedant, sed eos præcedere teneantur.

## CAPUT III.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Canonici, & presbyteri de Capitulo capis, si ve almucis ornati, cultui divino jubentur interesse: si secus fecerint, distributionibus multantur.*

UT decentius, devotius, & honestius Canonici ad celebrationem divini cultus ac-

cedant, constitutionem per bonæ memoriæ domini Joannem Patriarcham prædecessorem nostrum editam de capis portandis a festo omnium Sanctorum usque ad Pascha, incipientem STATUIMUS\*, renovantes, & ad Presbyteros de Capitulo extendentes, eidem constitutioni sacri approbatione concilii adiicimus, quod Canonici, & presbyteri de Capitulo ecclesiarum cathedralium, & \* collegiatarum (ecclesiarum) nostræ provinciæ Tarraconensis, in choro ad horas divinas almucias extensas, super spatulas, a festo Paschæ Domini usque ad festum omnium Sanctorum portare omnimode teneantur. Quod si secus fecerint, capas, seu almucias suis temporibus, ut præmittitur, non portando, amittant distributiones illa hora, qua contrarium fecerint, ipso jure.

\* incip. Item statuimus

\* vel

## CAPUT IV.

PETRUS quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio celebrato Barcinone.

*Quæ, quibusque temporibus capæ, & almucia pro cuiusque dignitate, & gradu in ecclesiis gestari debeant: & quæ pœna sit contra huius constitutionis præscriptum venienti.*

STATUIMUS, sacro approbante concilio, quod personæ in dignitate constitutæ, & Canonici cathedralium ecclesiarum deferant almucias folratas ex satino\* carmesino; nisi sint religiosi, qui eos deferant ex setino nigro, vel colorum a jure permissorum. Canonici vero collegiatarum ecclesiarum, tam sæcularium, quam regularium etiam deferant ex setino nigro. Præpositi vero in ecclesiis, in quibus habent certum locum in choro, & in processibus post Canonicos, eas deferant de setino morato. Beneficiati autem, si sint Canonici ecclesiarum cathedralium, aut nobiles, seu doctores, magistri, vel licentiati, de setino nigro: Commensales, Portionarii, Baccalarii in Jure, vel sacra Theologia, ex tafatano nigro; & Beneficiati. Contrarium vero facientes perdant eas ipso facto; & applicatæ censeantur fabricæ ecclesiæ, cui deserviunt. Verum si transgressor recusaverit infra tres dies tradere dictæ fabricæ almuciam, sit privatus distributionibus dictæ ecclesiæ, donec almuciam fabricæ traderit cum effectu. Prælati, vel superiores, qui negligentes fuerint in executione prædictorum, teneantur æstimationem dictarum almuciarum tradere fabricæ dictæ ecclesiæ. Quod vero ad capas chori portandas tempore hiemis pertinet, servetur consuetudo uniuscujusque ecclesiæ.

\* foveatas ex serino

## CAPUT V.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

CUM non deceat Episcopos Apostolorum successores diverso ritu in eadem præsertim provincia consistentes, sacra mysteria peragere, aut alia pontificalia munera exercere; sacro approbante concilio statuimus, & ordinamus, ut circa cæremonias pontificales peragen-



agendas idem modus, & ordo in omnibus, & singulis ecclesiis hujus nostrae provinciae uniformiter observetur, atque impleatur, qui nobiscum in nostra metropolitana ecclesia observatur. Nec non eodem sacro approbante concilio decernimus, & praecipimus decretum sextum sessionis XXV. quod incipit STATUIT SANCTA SYNODUS, & omnia alia sacri Tridentini concilii decreta debitum Episcopis honorem, & auctoritatem tribui praecipiente ab omnibus inviolabiliter observari.

## TITULUS XVI.

DE PACTIS, ET COLLEGIIS  
ILLICITIS.

## CAPUT I.

SPARAGUS Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Qui illicitam societatem cum aliquibus coierint, conspiraverintve ad beneficia obtinenda; beneficiis privantur tum adeptis, tum adipiscendis.*

**C**UM aliqui quærentes, quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi, cum beneficia ecclesiastica in ecclesia Dei vacant \*, socios sibi attrahunt, & pactationibus illicitis eos sibi alligant, ut propter majorem numerum pravitate, obtinere valeant, quod intendunt, ad offensam Dei, & scandalum populi Christiani, ut propriae ambitioni damnabiliter satisfaciunt \*. Ideoque statuimus, generali concilio approbante, quod quicumque de cetero talia præsumpserit attentare, omnino beneficio careat sic obtento, ita quod numquam in eadem ecclesia beneficia \* valeat adipisci.

## CAPUT II.

PETRUS primus Archiepiscopus in quinto concilio.

*Qui illicitam societatem cum aliquibus coierint, excommunicantur.*

**C**onspiratorum genus odibile cupientes a perveritate hujusmodi coercere, sacro approbante concilio \*, excommunicamus omnes conspiratores, & colligationes illicitas facientes in clero, & contra constitutos in clero. Sententiam autem hujusmodi ad præterita duximus extendendam; nisi infra mensem, a tempore scientiæ, (quis) conspirationem, colligationemque hujusmodi pro posse duxerint revocandam \*.

## CAPUT III.

ENNECUS Archiepiscopus in tertio concilio.

*Illicita collegia jus collegiorum non habentia excommunicatione coercentur. Qui ab his non destiterint, beneficiis, & officiis privantur.*

**I**nter curas innumeras, quas pastoralis officii debitum humeris nostris imposuit, illas

praecipue amplectimur, & solvere cupimus, per quas status, & jurisdictio ecclesiastica illibata permaneat, & subditi ab illicitis actibus compescantur. Ad auditum \* igitur nostrum veridica relatione deductum est \*, quod nonnulli cathedralium ecclesiarum beneficiati, & clerici saeculares collegium non habentes, ac parochialium ecclesiarum Rectores, & beneficiati provinciae nostrae ordinariae disciplinae jugum abicere satagentes, sub figmento offuscatae devotionis, & utilitatis personarum, & beneficiorum suorum, quæsito colore, collegia illicita, & congregationes a jure reprobatae per se facere, & procurare non formidant; contra jurisdictionem Praelatorum, in eorum, & Capitulorum (&) ecclesiarum cathedralium praeminentias calcaneum erigere non verentes. Praemissa igitur tanto fortius detestantes, quanto ipsa perniciosius exemplum pariunt, vel \* a juris æquitate sunt aliena, ac volentes praedictorum temerariam, & effrenatam \* voluntatem justo retinaculo prohibere; omnes, & singulos talia attentantes, vel fieri procurantes, ipso facto, approbante sacro concilio, excommunicationis sententiae decernimus subjacere. Et si moniti infra decem dies ab hujusmodi illicitis actibus non destiterint cum effectu, ipsos, eisdem lapsis, eorum beneficiis, administrationibus, vel officiis, quæ tunc temporis obtinebunt \*, decernimus hoc edicto consultissimo perpetuo esse privatos; per eos quibus ipsorum beneficiorum, administrationum, vel officiorum collatio spectet, aliis idoneis conferendis: aliis poenis contra talia peragentes in suo robore permanfuris.

## CAPUT IV.

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Superior constitutio Apostolica approbatione confirmatur, Episcopo Barcinonensi, & capitulo postulantiibus.*

**B**enedictus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis providentia circumspicita, his, quæ pro ecclesiarum, Praelatorum, ac aliarum personarum ecclesiasticarum utilitate provide facta sunt, ut illibata consistant, libenter adiicit Apostolici muniminis firmitatem. Exhibita tiquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris Joannis Episcopi, & dilectorum filiorum Capituli Barcinonensis petitio continebat, quod olim pro correctione morum subditorum, clericorum, & personarum ecclesiasticarum, ac honestatis disciplina, & pro jurisdictione ecclesiastica conservanda, in concilio Tarraconensi constitutio canonicè edita exstitit tenoris subsequenti: „ Inter curas innumeras, quas pastoralis officii debitum humeris nostris imposuit, illas praecipue amplectimur, & solvere cupimus, per quas status, & jurisdictio ecclesiastica illibata permaneat; & subditi ab illicitis actibus compescantur. Ad auditum igitur nostrum veridica relatione deductum est, quod nonnulli cathedra-

\* judicium

\* deductio

\* &amp;

\* effrenam

\* obtinuerint

\* vacent

\* in

\* satisfiat

\* beneficium

\* sacri approbatione concilii

\* duxerit revocandas. al. duxerit revocandam

,, lium



lium ecclesiarum beneficiati, & clerici sæculares, collegium non habentes, ac parochialium ecclesiarum Rectores, & beneficiati provincie nostræ, ordinariæ disciplinæ jugum abiicere fatigantes, sub figmento offuscata devotionis, & utilitatis personarum, & bonorum suorum, quæsito colore collegia illicita, & congregationes a jure reprobata per se facere, & procurare non formidant, contra jurisdictionem Prælatorum suorum, & Capitulorum ecclesiarum cathedralium præminentias calcaneum erigere non verentes. Præmissa igitur tanto fortius detestantes, quanto ipsa perniciosius exemplum pariunt, vel a juris æquitate sunt aliena; ac volentes prædictorum temerariam, & effrenatam voluntatem justo retinaculo prohibere; omnes & singulos talia attentantes, vel fieri procurantes, ipso facto, approbante sacro concilio, excommunicationis sententiæ decernimus subjacere: & si moniti infra decem dies ab hujusmodi illicitis actibus non desisterint cum effectu, ipsos, eisdem lapsis, eorum beneficiis, administrationibus, vel officiis, quæ tunc temporis obtinebunt, decernimus hoc edicto consultissimo, perpetuo esse privatos; per eos, quibus ipsorum beneficiorum, officiorum, vel administrationum collatio spectet, aliis idoneis conferendis: aliis poenis contra talia peragentes in suo robore permanturis. Datum in sacro concilio provinciali celebrato in castro archiepiscopali Tarracon. per dominum Ennecum Archiepiscopum die Jovis XV. mensis Martii anno Domini MCCCCVI. Quæ supradicta constitutio, quæ tunc in eodem concilio, nemine discrepante, edita extitit, cum postmodum in ecclesia Barcinonensi, quæ de provincia Tarraconensi existit, publicata fuisset, nonnulli beneficiati in eadem ecclesia falso prætendentes ex constitutione prædicta se fore gravatos, tam pro se, quam suis huic parti adherentibus ad sanctam sedem Apostolicam appellarunt: nosque causam appellationis hujusmodi dilecto filio Aymerico Abbati monasterii sancti Saturnini Tolosan. ordinis sancti Augustini, in Romana curia commoranti, ad instantiam dictorum Episcopi, & Capituli audiendam commisimus, & sine debito terminandam; non obstante quod causa ipsa de sui natura ad Romanam curiam legitime devoluta, in ea tractanda & finienda non esset; & cum potestate citandi præfatos beneficiatos, & adherentes, extra Romanam curiam, & ad partes, quoties opus esset. Idemque Abbas, ad instantiam magistri Francisci Pineda Canonici Barcinonensis, procuratoris dictorum Episcopi, & Capituli coram eo in judicio comparentis, præfatos beneficiatos per suas litteras citari mandavit ad partes, ut coram eo certo termino peremptorio competenti tunc expresso, cum omnibus juribus, & munimentis suis causam hujusmodi tangentibus comparerent processuri in causa ipsa ad singulos actus necessarios usque ad definitivam sententiam, prout existeret juris, & rationis. Cum autem, sicut

eadem petitio subjungebat, constitutio supradicta pro conservatione jurisdictionis ecclesiasticæ, & morum subditorum correctione fuerit, ut præmittitur, canonice edita pro parte ipsorum Episcopi, & Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut non obstantibus appellatione prædicta, & processu causæ hujusmodi constitutioni prædictæ robor confirmationis adicere; ac defectus, si qui intervenerint, in eadem supplere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur statum causæ hujusmodi habentes, præsentibus pro expresso hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictam constitutionem non obstantibus appellatione, & lite hujusmodi, ac constitutionibus Apostolicis contrariis quibuscumque, ex certa scientia, auctoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communitus; suppletentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eadem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Massiliæ apud sanctum Victorem XV. Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno XIII.

## TITULUS XVII.

## DE POSTULANDO.

## CAPUT I.

PETRUS primus Archiepiscopus in secundo concilio Valentiniæ celebrato.

*Cavetur, ne quis clericus Tarraconensis cuiquam contra Tarraconensem ecclesiam patrocinetur, præterquam ecclesiæ, in qua intitularus fuerit, aut sibi, ac suis: nisi facultate impetrata.*

Sacro approbante concilio statuimus, quod si aliquis clericus Tarraconensis provincie contra Tarraconensem ecclesiam advocacy officium non petita a nobis licentia, & obtenta præstiterit, nisi pro sua ecclesia, scilicet nostræ provincie, in qua intitularus fuerit, vel pro Episcopo nostræ provincie, in cujus diocesi beneficium obtinuerit; vel nisi suam causam, vel suorum prosequatur, beneficio, quod habuerit in Tarraconensi provincia; auctoritate hujus constitutionis noverit se privatum.

## CAPUT II.

IDEM Petrus in eodem.

*Statuitur, ne quis clericus contra Episcopum suum possit esse advocatus.*

Item statuimus, quod aliquis clericus contra Episcopum suum non advocet; nisi pro Episcopo, a quo majus beneficium obtinuerit, quam a suo; vel nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur.

CA-



CAPUT III.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Interdicitur clericis laicorum patrocinio contra clericos pro suis beneficiis litigantes: nisi quatenus coram iudice laico postulare clerico licet. Qui secus fecerint, excommunicantur.*

\* vivat  
**C**UM Ecclesia una sit, unum Deum prædicet, atque colat; & omnia, quæ ipsa Ecclesia habet, unum sit patrimonium crucifixi: & quilibet clericus beneficiatus, qui de ipso patrimonio vivit \*, ipsam Ecclesiam non impugnare, immo defendere teneatur; & aliqui clerici beneficiati de patrimonio supraddicto, contra eam in causis non dubitent laicis patrocinium impartiri: idcirco præfenti constitutione statuimus perpetuo valitura, quod nullus beneficiatus in aliqua causa, quam clericus aliquis contra aliquem laicum ratione sui beneficii habeat, agendo, vel defendendo in iudicio ecclesiastico, seu etiam sæculari laico, contra clericum, nisi in casibus, in quibus permiffum est clerico coram sæculari iudice postulare, impendat patrocinium in iudicio, vel extra publice, vel occulte advocati, seu procuratoris officium exercendo: in facientes contrarium excommunicationis sententiam proferentes.

CAPUT IV.

ARNALDUS Archiepiscopus in concilio tertio Tarracone celebrato.

*Superiorem constitutionem ad religiosos etiam decernitur pertinere.*

\* ducimus  
**C**onstitutionem olim editam in provinciali concilio Tarraconensi per bonæ memoriæ dominum Joannem Patriarcham Alexandrinum, & administratorem ecclesiæ Tarraconensis, qua cavetur, ne clericus beneficiatus pro laicis contra clericos advocatus, vel procurator existat; ad religiosos quoscumque, ita quod non recipiant advocacionis, seu procuracionis officium contra clericos, vel alios religiosos, seu personas quascumque ecclesiasticas vel beneficiati clerici contra eos duximus \* extendendam.

CAPUT V.

PETRUS quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

*Decem ducatis primum multantur clerici, qui advocatum, aut procuratorem pro aliquo egerint, nisi quatenus a iure permittitur graviore pœna, qui id facere perrexerint.*

\* nec  
**N**ULLUS clericus in sacris ordinibus constitutus, aut \* religiosus audeat postulare, seu advocare, vel etiam procurare in curia ecclesiastica, vel sæculari, nisi in casibus a iure permiffis; sub pœna X. ducatorum pro prima vice. Si vero deinde culpabilis fuerit repertus, graviori \* pœna per ordinarios puniatur. \* severiori

TITULUS XVIII.

DE PROCURATORIBUS.

CAPUT I.

PETRUS tertius Archiepiscopus in concilio. *Statuitur, ut in singulis diocesis advocatus, & procurator constituatur, qui pauperum causas diligenter defendat, quos pauperes esse Episcopus, aut ejus Officialis censuerit. Ei merces de mensa episcopali decernitur, ne quid a pauperibus ulla ratione exigatur.*

\* tenere  
 continue  
 \* teneantur  
 \* dictarum pauperum personarum  
 \* fuerint  
 \* nota facta  
 Et: nihil ab  
 \* capientes  
 \* constitutis eis  
 \* in suis  
 \* salariis  
**S**uper egenum, & pauperem intendentes, cum pleræque viduæ, & pupilli, & aliæ miserabiles personæ propter indigentiam, & paupertatem nequeant agendo, vel defendendo ducere causas suas, & sic eorum jura pereant indefensa: ea propter cupientes, sicut tenemur, indigentibus aperire viscera caritatis; statuimus & ordinamus, sacro approbante concilio, quod nos, & quilibet suffraganeorum nostrorum in curiis nostris & eorum, advocatum, & procuratorem pauperum constituere, ordinare, & continue habere \* teneamur: quibus de mensa nostra, & ipsorum suffraganeorum (&) in suis diocesis de competenti salario satisfiat. Qui quidem advocatus, & procurator pauperum teneatur \* advocare, & procurare in dictis curiis solerter, & diligenter causas dictorum pauperum, viduarum pauperum, & personarum \* illarum scilicet, quæ ab Episcopo, Vicariis, vel Officialibus suis vere pauperes fuerint inventæ summaria informatione recepta, & eisdem advocato, & procuratori expresse quod pauperes sint \*, nota facta: nihilque ab \* eis quovis colore, vel modo inde recipientes \*: sed constituto \* per nos, & dictos suffraganeos nostros in dictis \* diocesis salario \* sint contenti: ultra quod labores eorum cum multiplicato fructu retribuet infallibiliter eis ille, qui bonorum retributor est omnium, & pauperum fidejussor.



## Liber fecundus.

## TITULUS I.

## DE JUDICIIS.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

*Clericum in crimine fragrante, si quis minister judicis laici comprehenderit, ut ecclesiastico judici reddat, omni pœna liberatur; modo ut ne comprehensum tractet durius. Sin id fecerit crimine minime fragrante, sine ecclesiastici judicis mandato, culpæ affinis censetur.*

CUM justitia sæcularis ( licet ) fragrante maleficio, in furto, rapina [ vel ] homicidio, vel raptu mulierum, vel cudendo falsam monetam clericum comprehenderit, non ut vindictam in ipsum exerceat, sed ut eundem reddat ecclesiastico judici; & ( cum ) eum ita captum reddiderit ecclesiastico judici, nisi manifeste excefferit contractando captum enormiter, nullam in hoc \* pœnam incurrat: & qui sic fuerit deprehensus, canonicè puniatur. Maleficio autem non fragrante, si justitiæ sæcularis minister \* clericum ceperit absque mandato ecclesiastici judicis, reus habeatur.

\* ex hoc

\* si justitia sæcularis

## TITULUS II.

## DE FORO COMPETENTI.

## CAPUT I.

URBANUS PAPA IV.

*Archiepiscopo Tarraconensi mandatur, ut quæstionem de iis habeat, qui, ecclesiasticis judiciis spretis, ad sæculares profugiunt.*

URBANUS Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis ecclesiarum Prælatibus, capitulis, & clericis universis exemptis, & non exemptis, per Tarraconensem ecclesiam constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quamvis sit grave nimis, & divini plenum animadversione judicii quod aliqui laici falcem in messem Domini sacrilegis ausibus ingerentes, personas ecclesiasticas suis subiiciendo judiciis, in periculum fidei ecclesiasticam moliuntur subvertere libertatem: hoc tamen ardentius zelum commonet ultionis, quod idem laici sui fomentum erroris dicuntur in clero aliquotiens invenire, dum clerici a clericis, & quod est gravius, religiosis non solum inviti, sed interdum voluntarii, spretis ecclesiasticis tribunalibus, ad publica ju-

Tom. III.

dicia pertrahuntur. Ad aures namque Apostolatus nostri pervenit, quod nonnulli vestrum, spretis foro ecclesiastico, super his, quæ ad illud pertinent, se mutuo protrahunt ad iudicium sæculare: aliqui vero iudicium ecclesiasticum retardare, vel totaliter impedire volentes, regias prohibitiones contra alios impetrare præsumunt; aliquotiens rem litigiosam per Regem ipsum, & alias sæculares personas occupari temere procurando. Quia igitur illud indignum est, & divini iudicii animadversione dignissimum, & ideo minime tolerandum; universitati vestræ districtius inhihemus, ne aliquis vestrum, in contemptum publici beneficii, quod clericorum collegio ita inviolabiliter est indultum, ut ei privatis aliquorum pactis, vel consensibus nequeat derogari; suo relicto iudice ad publica trahere iudicia prætextu consuetudinis, qua quidem se super hoc, ut dicitur, munire contendunt; quamvis in talibus aliqua consuetudo convalescere nequeat, vel impetratæ prohibitionis, aut occupationem procurare hujusmodi non præsumat. Nos enim timentes ne vos, nisi hæc corrigatis; & nos, si ea neglexerimus incorrecta, indignationem æterni iudicis incurramus, venerabili fratri nostro Archiepiscopo Tarraconensi per nostras damus litteras in mandatis, ut contra omnes, quos circa prædicta culpabiles invenerit, auctoritate nostra procedat juxta canonicas sanctiones: contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Datum apud Urbem veterem, pridie Idus Junii, pontificatus nostri anno secundo.

## CAPUT II.

RODERICUS Archiepiscopus in secundo concilio Ilerdæ celebrato.

*Qui clericum ad iudices sæculares citavit, sive clericus extiterit, sive laicus, excommunicatur, & jus agendi amittit; lataque in ejusmodi iudicio sententiæ invalidæ habentur.*

HABET tam de jure canonico, quam civili libertas ecclesiastica privilegium, ut clericus in causa civili, & \* criminali, volens etiam, & consentiens nequaquam valeat coram sæculari iudice conveniri: præsumunt tamen alicubi in provincia Tarraconensi clerici, & laici, clericos super violentiis, & injuriis, & quod est absurdus, super decimis, ad sæculare iudicium trahere, ac temere evocare. Iudices etiam sæculares falcem in alienam segetem mittentes \*, de causis hujusmodi inter clericos cognoscentes captis pignoribus, ac multa \* indicta, cogunt clericos sic conventos, & per ipsos

\* aut

\* immittentes

\* aut multa

E e e

sen-



## CAPUT II.

BERNARDUS Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Vigesima tertius dies Septembris iubetur esse sacer, & festus divæ Teclæ virginis, & martyri; eoque a servilibus operibus abstinendum.*

Ceterum quia ecclesia Tarraconensis, quæ caput, & mater existit totius provinciæ Tarraconensis, sub invocatione, & titulo beatissimæ Teclæ virginis\*, & martyris est\* constructa, propter quod ad invocationem, & venerationem ejusdem omnes, & singuli de prædicta provincia specialiter asringuntur, constitutiones prædecessorum nostrorum super hoc editas innovantes, volumus, ac universis, & singulis suffraganeis nostris in virtute sanctæ obedientiæ firmiter dicimus, & mandamus, quatenus observent constitutiones editas in sacro concilio Tarraconensi, super observatione festivitatis beatæ Teclæ virginis supradictæ\*, videlicet, ut festum beatæ Teclæ virginis, & martyris nono Kalend. Octobris per suas civitates, & dioceses in abstinentia cujuslibet servilis operis faciant celebrari.

## CAPUT III.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

*De feriis, & jejniis.*

Quia propter frequentiam dierum festorum ac jejuniorum in multis locis hujus provinciæ, atque alibi ea minus recte observantur; placuit, sacro approbante concilio, eos dies hic enumerare, quos volumus ab omnibus districte custodiri, & in singulis parochiis sapius publicari. Dies itaque festi, præter dominicos dies, quos oportet omnes Christianos colere, & in eis, cessante legitima causa, Missam audire, & ab opere servili abstinere, hi sunt: Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, Purificationis beatæ Mariæ, Mathiæ Apostoli, Annuntiationis beatæ Mariæ, duorum dierum octavarum Paschæ, sancti Marci Evangelistæ, Philippi, & Jacobi, Inventionis sanctæ Crucis, Ascensionis Domini, feriæ secundæ octavarum Pentecostes, Joannis Baptistæ, Petri, & Pauli, & sanctæ Mariæ Magdalenæ, Jacobi Apostoli, & sancti Laurentii, Assumptionis beatæ Mariæ, sancti Bartholomæi, Nativitatis virginis Mariæ\*, Matthæi Apostoli, sancti Michaelis, Lucæ Evangelistæ, Simonis, & Judæ, Omnium sanctorum, sancti Martini, sancti Andreæ, sancti Nicolai, sancti Thomæ, Nativitatis Domini, sancti Stephani, sancti Joannis Apostoli, & Evangelistæ. Et quælibet parochia observet festivitatem illius sancti, in cujus honore constituta est major ejus ecclesia\*. Officia vero harum sollempnitatum, & omnium aliarum sive sint novem, sive trium lectionum, prout hætenus consuevit\* fieri a clericis, & in ecclesiis, & in portionibus observentur: & ad audiendum officia laici nihilominus moneantur.

Gre-

\* præscriptione declinandæ jurisdictionis aliquatenus permisione.

\* evocaverit

\* quoque

\* aliqua

sententialiter condemnatos satisfacere, fori exceptione declinatoria proposita\*, non admittenda. Unde cum prædicta in præjudicium vergant (non modicum) ecclesiasticæ libertatis, idcirco nos Rodericus miseratione\* divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, approbante sacro concilio, statuimus, & sancimus, ut clericus, aut laicus, qui in criminalibus, aut civilibus, temporalibus, aut spiritualibus clericum vocaverit\* coram iudice sæculari, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat. Ac nihilominus clericus actionem sic temere intentatam amittat. Sententias vero\* prædictas tamquam a non (suo) competenti iudice latas decernimus viribus penitus vacuatas: consuetudine quavis\*, quæ corruptela debet veracius nuncupari, in contrarium non obstante.

## TITULUS III.

## DE FERIIIS.

## CAPUT I.

PETRUS primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Qui per anni circulum festi dies habendi.*

Item cum otium, & desidiosa fomentum pariant vitiorum, festivitatum multitudinem ducimus\* temperandam: cum in illis (in) eo, quod non laborant pauperes, aggraventur; & otiosi, & desidiosi ad illicita provocentur. Quare festivitates colendas necessario subnotavimus\*: quas, qui contempserint\* colere, per suum presbyterum compellantur\*: festum scilicet Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, sancti Vincentii, Purificationis sanctæ Mariæ, Mathiæ Apostoli, Annuntiationis beatæ Mariæ, duorum dierum octavarum Paschæ, sancti Marci Evangelistæ, Philippi, & Jacobi, Inventionis sanctæ Crucis, Ascensionis Domini, feriæ secundæ octavarum Pentecostes, Joannis Baptistæ, Petri, & Pauli, & sanctæ Mariæ Magdalenæ, Jacobi Apostoli, & sancti Laurentii, Assumptionis beatæ Mariæ, sancti Bartholomæi, Nativitatis virginis Mariæ\*, Matthæi Apostoli, sancti Michaelis, Lucæ Evangelistæ, Simonis, & Judæ, Omnium sanctorum, sancti Martini, sancti Andreæ, sancti Nicolai, sancti Thomæ, Nativitatis Domini, sancti Stephani, sancti Joannis Apostoli, & Evangelistæ. Et quælibet parochia observet festivitatem illius sancti, in cujus honore constituta est major ejus ecclesia\*. Officia vero harum sollempnitatum, & omnium aliarum sive sint novem, sive trium lectionum, prout hætenus consuevit\* fieri a clericis, & in ecclesiis, & in portionibus observentur: & ad audiendum officia laici nihilominus moneantur.

\* subiciamus  
\* contempserit  
\* compellatur

\* beatæ virginis, al. beatæ Mariæ virginis

\* est constructa ejus major ecclesia, al. constructa est major ecclesia.  
\* consueverit.

\* virginis sanctæ Teclæ  
\* sit

\* virginis, & martyris



Gregorii Papæ, Benedicti Abbatis, Ambrosii Episcopi, Georgii martyris, Barnabæ Apostoli, Mariæ Magdalenæ, Visitationis beatæ Mariæ, Annæ matris ejusdem Mariæ virginis, Domini confessoris, Augustini Episcopi, Hieronymi presbyteri, Francisci confessoris, Catharinæ virginis, sanctorum Innocentium. Eos quoque dies celebrari in singulis parochiis convenit, quibus festivitas ejus sancti incidit, cui ecclesia parochialis dedicata est. Ab omnibus autem coli mandamus ejus sancti diem festum, sub cujus nomine cathedralis ecclesia est consecrata; necnon Patroni singularum ecclesiarum cathedralium, vel oppidorum. Jejuniorum vero dies hi sunt: A feria quarta cinerum, usque ad sabbatum sanctum, quod diem sacrum Paschatis præcedit, exceptis dominicis diebus. Quatuor anni temporum terni dies; hoc est feriæ quartæ, feriæ sextæ, & sabbata. Vigiliæ sanctorum Apostolorum, Matthiæ, Petri, & Pauli, Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Judæ, Andree, & Thomæ, Omnium sanctorum, Joannis Baptistæ, & Laurentii martyris, Vigilia Assumptionis beatæ Mariæ, Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes. Nec non illi dies, quibus in singulis diocesis Episcopi ex aliqua rationabili causa jejunia indixerint. Cumque scriptum sit: *vovete, & reddite domino Deo vestro*: vota quæcumque jejuniorum, aut dierum festorum a populo, aut a singularibus personis emissa, ab eisdem observari jubemus; melius est enim non vovete, quam post votum non reddere promissa.

Hanc igitur tam festorum dierum, quam jejuniorum enumerationem ab omnibus observari, dicti concilii approbatione præcipimus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, & consuetudinibus quibuscumque non obstantibus. In transgressores autem hujus nostræ constitutionis, tam omnes ecclesiastici judices, quam parochialium ecclesiarum Rectores, eorumque vicarii, atque alii superiores severe procedant; ne sanguinem ovium Christi ipse Dominus ab eisdem requirat.

## CAPUT IV.

IDEM in eodem.

*De litanis, & processibus.*

Multis antiquorum patrum constitutionibus prohibitum est clericos arma portare aut comam, vel barbam nutrire, aut etiam sæcularibus vestibus indui; ut qui in formam Domini, ut pars ejus hereditatis vocati sunt, ab aliis vita, & moribus separatos se esse ostendant: audent tamen aliqui, se sub prætextu, & clypeo sacrarum litaniarum, sive processionum in celebratione sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi, aut aliis temporibus publice sanctos Reges, aut Prophetas, aut sacros milites Christi, non modestia, & continentia religiosa imitari, sed profane Reges, aut Vates, aut superbos milites æmulari. Pueros quo-

que, vel puellas nuditate corporis, aut fucata facie, sive in angelorum, sive in sanctarum virginum, aut virtutum representationem, aut viros, qui beatum Sebastianum, vel Laurentium, aut alios sacros martyres agunt, nuditate, aut alia turpi, aut indecora corporis, vel habitus gestulatione prodire in publicum illis, aut aliis diebus nefas esse nemo negabit. Multo etiam magis, si equus, aut bos, aut alia quæcumque bruta animalia templa sacra ingredi, aut inter clericorum canentium choros versari in processibus permittantur. Hæc igitur omnia, sacro approbante concilio, sub excommunicationis pœna, monitione præmissa infligenda, fieri omnino prohibemus, sancta enim sanctos decet; & per quæ placare Deum cupimus, gravius offendere non debemus.

## TITULUS IV.

## DE TESTIBUS.

## CAPUT I.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*A procuratore fiscali testes inquisitionis recipi non debere, sed ab Officiali.*

Testimonia, quæ recipi debent, antequam contra delatum offerantur capitula, vel alias molestetur, nisi timeatur de fuga, vel flagrante crimine capiatur, non per Procuratores fiscales, sed per Officiales, sub excommunicationis pœna recipi præcipimus: cum officium sit judicis, & non partis.

## TITULUS V.

## DE FIDE INSTRUMENTORUM.

## CAPUT I.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio Tarraconensi.

*A notariis, qui obtinent scribanias ecclesiasticas, non esse in tabellis, quas scribunt, contractionibus, aut abbreviationibus dictionum, aut formularum utendum; veluti cum scribunt &c. aut aliquid simile: sed plene, ac diserte, ut continent litteræ, ita scribendum.*

Desidia, quæ hætenus in notariis, seu tabellionibus ecclesiarum, civitatum, diocesium \*, & provinciæ Tarraconensis inolevit, necnon litigiis, & damnis, quæ interdum contrahentibus ad invicem inferuntur propter abbreviaturas, quas Rectores, Vicarii [perpetui] & aliæ personæ ecclesiasticæ, & sæculares provinciæ supradictæ habentes, seu tenentes, & regentes scribanias, seu notarias ecclesiæ ponunt in instrumentis, quæ recipiunt ad instantiam contrahentium prædictorum, per verbum &c. vel simile, occurrere cupientes, sacro approbante concilio statuimus, quod quicumque

\* civitatis,  
& diocesis.



\* vel  
 Rector, Vicarius perpetuus, seu quævis alia persona ecclesiastica, vel sæcularis, aut quicumque alius notarius, seu \* scriptor habens (seu) tenens, aut regens scribaniam, seu notariam ecclesiæ, seu ecclesiasticæ personæ intra provinciam Tarraconensem, qui formam alicujus instrumenti recipiet, scribat, seu scribi faciat in suis capibreviis, vel libris notularum, notam dicti instrumenti largo modo, & per continentiam \* litterarum dictatam, sic quod in ipsa nota \* non sit aliqua abbreviatura [quæ] per verbum *Ec.* vel simile, prout hætenus consuevit fieri: quam quidem notam scribere, seu scribi facere teneatur infra duos menses, post firmas \* omnium contrahentium, & aliorum, qui ipsum instrumentum firmare habent, interpositas \*, computandos: ipsis tamen contrahentibus dictis notariis exsolventibus medietatem ipsius salarii, de, & pro ipso instrumento eis pertinentis. Si vero dictum instrumentum, aut contractus, super quo (ipsum) instrumentum recipietur, ad cognitionem sapientis, vel alterius personæ dictari habeat, eo casu, tempus (dictorum) duorum mensium, postquam ipsa cognitio interposita fuerit, incipiet \* currere, & non ante; & illud idem in testamentis volumus observari. Terminus tamen duorum mensium post publicationem testamentorum, quæ post mortem testantium coram suis amicis solet fieri, vel post mortem testatoris in locis, ubi dicta publicatio non est solita fieri coram amicis, ut præfertur, incipiat currere, & non ante. Et, si forsitan \* testator in vita sua requirat testamentum suum in notulam, aut capibrevium \* notularum redigi, seu scribi, illud notarius infra duos menses a tempore ipsius requisitionis immediate sequentes, facere teneatur: ipso tamen testatore medietatem salarii ipsius testamenti eidem notario persolvente. In locis tamen, ubi jam ordinatum existit, quod notarii habeant \* testamenta in notas \* capibreviorum redigere, servetur id, quod jam in ipsis locis existit ordinatum. Et si prædicta, aut prædictorum aliquod Rector, Vicarius, aut Notarius, aut scriptor aliquis habens, regens, seu tenens notariam, seu scribaniam ecclesiæ in civitate, diocesi, & provincia prædictis \*, repertus fuerit non servare, pœnam viginti solidorum pro quolibet instrumento, vel testamento, quod repertum fuerit, breviter notatum, seu in quo dicta abbreviatura per verbum *Ec.* vel simile facta fuerit, incurrere volumus ipso facto, in ornamenta, vel alias necessitates \* ecclesiæ, in cujus scribania hoc repertum fuerit, per Ordinarium convertendam. Et nihilominus teneatur restituere omnia damna, & interesse, quæ ratione ipsius \* abbreviaturæ secuta fuerint, contrahentibus, vel alteri eorundem: quæ damna, & interesse solvere teneantur \*, facta prius taxatione de ipsis damnis, & interesse per Archiepiscopum, Episcopum, vel Vicarium, aut Officialem, seu Rectorem, vel Vicarium \* prædictorum.

\* in ornamentis, vel aliis necessitatibus  
 \* dictæ  
 \* teneatur  
 \* suum Rectorem, vel Vicarii

IDEM Petrus Archiepiscopus in concilio secundo.

*Rectores, Vicarii, ac notarii, quique notariorum vices gerunt, prohibentur extra fines Rectoriæ, aut loci, cujus scribanias tenent, quamcumque scripturam publicam exportare; idque si fecerint, excommunicationis pœna puniuntur: qua nequeant liberari, nisi prius parochiæ, & passis injuriam, Archiepiscopi, aut Episcoporum, Vicariorum, aut Officialium arbitrio satisfecerint, & suæ temeritatis pœnas dederint.*

**S**acro approbante concilio statuimus, ut nullus Rector, seu Vicarius, seu quivis alius notarius, seu locum tenens Rectoris, Vicarii, seu notarii cujuscumque ecclesiæ, loci, seu parochiæ nostræ diocesis, & provinciæ Tarraconensis, aut alia quæcumque persona ecclesiastica, vel etiam sæcularis notulam, seu notulas, aut protocollum, seu protocolla notularum ipsius ecclesiæ, loci, seu parochiæ instrumentum, seu instrumenta, aut quamcumque aliam scripturam publicam, quam idem \* notarius, vel locum tenens notarii tenere debet, extra fines, aut terminos loci, seu parochiæ, aut notariæ ipsius extrahat, seu extrahi faciat quovis modo absque nostra, vel venerabilium fratrum nostrorum, aut Vicariorum, seu Officialium nostrorum \*, vel eorum aut aliorum (dominorum) Prælatorum dominorum scribaniarum, speciali licentia, & permisso. Quicumque autem hujusmodi prohibitionis, seu statuti temerarius extiterit violator excommunicationis sententiam ipso facto incurrat: a qua absolvi nequeat, nisi prius ecclesiæ loci, seu parochiæ ipsi, ac passis inde injuriam sive damna integre satisfecerit arbitrio nostro, vel dictorum suffraganeorum [nostrorum] aut Vicariorum, seu Officialium nostrorum, vel eorum \*, de transgressione hujusmodi nihilominus puniendus.

\* quod, vel quæ idem

\* Officialis nostri

\* Officialis, vel eorundem

## CAPUT III.

IDEM in eodem.

*Domini temporales invadere prohibentur in scripturas, contractus, atque instrumenta, quæ a personis ecclesiarum scribi jus est. Quod si fecerint, excommunicantur; monenturque excommunicatione liberari non posse, nisi prius satisfecerint de damnis datis ad arbitrium judicis ecclesiastici. Quin etiam de damnis, si quæ ante hoc tempus illata sint, teneri commonentur.*

**I**tem quia nonnulli domini temporales, Bajuli, seu officiales suis \* in locis, in quibus scribania sunt, & fuerunt hætenus ecclesiarum, ab aliquibus citra temporibus, postquam jurisdictionem dictorum locorum, civilem, vel criminalem idem domini temporales emerunt,

\* seu officiales eorum



jura ad dictas ecclesias, scribanias, vel Rectores ipsarum, vel [ ad ] alias personas ecclesiasticas ratione instrumentorum, & aliarum scripturarum pertinentia, in fraudem & detrimentum prædictorum Rectorum, & ecclesiarum, vel aliarum personarum ecclesiasticarum ( usurpari ) permittunt, seu usurpantur; faciendo in registris suis, vel suorum officialium scribi inventaria, contractus, & alia, de quibus erant per dictos Rectores, seu eorum Vicarios, seu alias personas ecclesiasticas instrumenta publica facienda: propter quod evidenter deminuti fuerunt, & deminuntur redditus, proventus, & emolumenta ad dictos Rectores, & ecclesias, ac ecclesiasticas personas alias pertinentes: talia deinceps sub excommunicationis anathemate, quam contrarium facientes ipso facto incurrant \*, fieri prohibemus: a qua absolvi nequeant \*, donec de damnis, ecclesiis, & Rectoribus eisdem ad arbitrium diœcesani, hujusmodi usurpantis Vicarii generalis, vel Officialis principalis ipsius, fuerit plenarie satisfactum. Sciantque præfati domini temporales, Bajuli, vel officiales prædicti, se ad restitutionem damnorum per eos jam illatorum, eisdem ecclesiis, & Rectoribus teneri, si divinam cupiunt evitare ultionem.

## CAPUT IV.

IDEM in eodem.

Notarii, qui facultate minime impetrata, instrumenta acceperint in iis locis, in quibus scribania ad Prælatos, Ecclesias, ac Rectores pertinent, excommunicantur: auctus ab his recepti nullius esse roboris demittantur. Notariis autem Archiepiscopi, Episcoporum, Capitulorum, & ecclesiarum cathedralium a consuetudine recedendum non esse dicitur.

CUM nullus in alienam \* segetem ponere debeat falcem suam, approbatione hujus sacri concilii, quoscumque notarios, vel scribas publicos, qui in locis, in quibus notaria, seu scribania ad Prælatos, Abbates, ecclesias, vel Rectores earundem, aut alias personas ecclesiasticas pertinent, instrumenta, vel [ documenta, ac ] testamenta, vel quoscumque alios contractus acceperint \* deinceps excommunicationis vinculo innodamus: nisi ea fecerint de expresse licentia, de qua apparuerit, eorundem instrumentaque, & alia sic confecta careant roboris firmitate. Nostræ tamen intentionis existit, quod notarii nostri Archiepiscopi, & venerabilium suffraganeorum nostrorum, & Capitulorum ecclesiarum, etiam cathedralium in locis prædictis utantur, prout hæcenus est fieri assuetum \*.

## CAPUT V.

IDEM in eodem.

Contrahentes, qui notarium induxerint, ut in alia parochia actus recipiat, quam in qua recipi jus fuerit, excommunicantur: jubenturque Rectori, seu passo injuriam satisfacere prius, quam absolvantur.

QUIA fraus, & dolus nemini \* debent patrocinium impertiri, statuimus, quod contrahentes alicujus parochiæ, seu Abbatum, seu aliarum personarum ecclesiasticarum, quibus \* competit publica conficere instrumenta, vel alios quoscumque contractus, seu obligationes recipere, ad conficiendum instrumenta per Rectorem, vel alium quemcumque notarium, ut in alia parochia prædicta instrumenta recipiat, ne \* inducant, excommunicationis sententiam ipso facto, si secus actum fuerit \*, incursum: a qua nullatenus absolvantur, nisi ecclesiæ, Rectori, aut damnum passo de salario, quod erat eidem debitum, si instrumenta, vel contractus hujusmodi recepisset, fuerit plenarie satisfactum.

## CAPUT VI.

IDEM in eodem.

Æstimatio mercedis notariorum, quæ vulgo Taxa dicitur, Ordinariorum relinquatur arbitrio.

Denique quia in concilio per nos celebrato anno [a Nativitate] Domini MCCCCLXIV. in constitutione, quæ incipit, DESIDIA &c. fuerat ordinatum, quod Rectores, & alii notarii, ad quos pertinet, in protocollis, seu schedis contractus scribere largo modo teneantur sine &c. & quod eis instrumentorum salaria taxentur \*, taxationem præfata remittimus ad Ordinarios in suis diœcesibus per se, vel Vicarios, vel Officiales suos debite faciendam.

## CAPUT VII.

HIERONYMUS de Aurea in concilio Tarracone celebrato.

Cum neutra pars litigantium restituendis litis expensis damnata fuerit, tantum ab unaquaque exigendum, quantum instruenda liti expenderit, nec eo quicquam amplius.

CUM nil magis æquitati, & rationi conveniat, quam in collitigantium controversiis negotium æqua libra pertractari; & hæcenus in aliquibus hujus provinciæ curiis compertum sit, inter litigantes per notarios, & curiæ scribas abusive salaria processum æqualiter exigere, nulla habita consideratione expensarum eorum, quæ pro qualibet parte fuerunt producta, deducta, & exhibita: ideo sacro approbante concilio statuimus de cetero, pro eo solum a quocumque litigante ante sententiam, vel

\* faciens ipso facto insurrat \* nequeat

\* nulli

\* ad quas seu quam

\* recipiant, non \* extiterit

\* taxationem

\* aliam

\* receperint

\* consuetum.



vel ea lata, & neutra parte in expensis condemnata, exigendum esse, quod pro sua parte judicialiter in processu productum, deductum, ac exhibitum fuerit: & quod notarii, & curiarum scribæ in quolibet intermedio debitum ex dicto processu a litigantibus exigere valeant.

## CAPUT VIII.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

**C**UM maxime interfit reipublicæ, ut instrumenta, & aliæ scripturæ authenticæ conserventur, ut ab iis, quorum interest, absque difficultate haberi possint: proinde per bonæ memoriæ Petrum de Clafquerino Patriarcham Antiochenum in archiepiscopatu Tarraconensi prædecessorem nostrum in secundo provinciali concilio per eum celebrato statutum fuit, ut nullus Rector, seu Vicarius, vel quivis alius notarius; vel locumtenentes Rectoris, Vicarii, sive notarii cujuscumque ecclesiæ loci, seu parochiæ nostræ provinciæ Tarracon. aut alia quæcumque persona ecclesiastica, vel etiam sæcularis notulam, seu notulas, aut protocollum, seu protocolla notularum ipsius ecclesiæ loci, seu parochiæ instrumentum, seu instrumenta, aut quæcumque aliam scripturam publicam, quam idem notarius, vel locumtenens notarii tenere debeat extra fines, aut terminos loci seu parochiæ, aut notariæ ipsius extrahat, seu extrahi faciat quovis modo sine metropolitani, aut comprovincialium Episcoporum, vel Vicariorum, seu Officialium eorundem, aut aliorum Prælatorum dominorum scribaniarum speciali licentia, & permisso sub excommunicationis sententia iplo facto per contrafacientes incurrenda; a qua absolvi nequeant, nisi prius ecclesiæ loci, seu parochiæ ipsi, ac passis inde injuriam, sive damna satisfecerint, ut in dicta provinciali constitutione latius continetur. Verum quia plures parum Deum, & censuras ecclesiasticas timentes, contra constitutionem prædictam, dum ab aliqua parochia, in qua tamquam Rectores, Vicarii, aut notarii fecerunt residentiam, recedunt; protocolla seu librum manuale nuncupatum, aut alias scripturas publicas secum asportant, in grave partium præjudicium, & jacturam; alii vero dicta instrumenta, seu illorum apriſias in papyro volanti scribunt, nec illas in libro aliquo, sicut convenit, redigere curant, sicque de facili amittuntur. Nos volentes hujusmodi abusus, & partium indemnitati providere, dictam constitutionem innovando, & ei addendo, sacro approbante concilio, statuimus, ac singulis Rectoribus, vicariis, seu eorum locatentibus, notariis hujus nostræ Tarraconens. provinciæ præcipimus, & mandamus, ut quilibet eorum habeat, & habere debeat librum, in quo per singulos annos omnes apriſiæ, sive protocolla instrumentorum, tam ultimarum voluntatum, quam aliarum dispositionum inter vivos, & aliarum scripturarum cujuscumque generis sint, & quovis nomine nuncupentur, de

quibus eos rogari contigerit, scribere, & continuare teneantur: ipsamque apriſiam, sive matricem scripturam infra duos menses in instrumentis, quibus id commode fieri poterit, extendere, & in alio libro notularum notam dicti instrumenti largo modo, & per continentiam litterarum dictatam, sic, quod in ipsa nota non sit aliqua abbreviatura per verbum Qc. scribere teneantur, ut per eundem Petrum de Clafquerino in alia constitutione provinciali, quæ incipit, DESIDIA, quæ hætenus in notariis; statutum fuit: & ut fraudibus, quæ dictis constitutionibus fieri possent, obvietur; præcipimus, & mandamus, quod in qualibet parochiali ecclesia, seu illius sacristia, aut sacratio, aut alio loco ad custodiam dictarum scripturarum convenienti, fiat expensis Rectoris, seu Vicarii perpetui, seu alterius, ad quem scribania dictæ parochiæ pertinet, unum armarium, in quo recondantur omnes libri dictarum apriſiarum, ac notularum: & si contigerit Rectorem, seu Vicarium mutari ad alium locum, seu alio modo regimen scribania dimittere, teneatur suo successor per inventarium omnes libros, & scripturas prædictas dimittere: & quilibet novus successor in suo novo ingressu teneatur etiam dictos libros, & scripturas in inventario ponere; in cujus confectioe Bajulus, aut duo Jurati illius loci, seu parochiæ assistere debeant: exhortantes omnes, & singulos Episcopos comprovinciales nostros, & alios Ordinarios, ad quos visitatio pertinet, ut in visitatione dictarum ecclesiarum, etiam dictum armarium instrumentorum, & aliarum scripturarum visitent, & dictos libros recognoscant, & ipsos Rectores, aut Vicarios de eorum culpis severe castigent.

## TITULUS VI.

## DE JURE JURANDO.

## CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*De perjurio confessus, aut certe convictus viginti morabatinis multatur: qui Ordinario addicuntur. Si solvendo non fuerit, in eum graviter animadverti jubetur: nihilque hac constitutione derogatur pœnis contra perjuros constitutis.*

**I**tem quamvis pia sit consideratione statutum, quod non merentur ecclesias regere, qui sunt perjuri crimine irretiti; nec vivere (debent) de patrimonio crucifixi \*, quem sic irreverenter, & enormiter contempserint \*: attendentes, quod nonnulli, antiqui hostis invidia procurante, in contumeliam redemptoris, & non modi cum animarum suarum dispendium temere violant præstita a se \* juramenta; nos huic morbo damnabili, & pestifero, quantum possumus, competentibus remediis obviare volentes, hac edictali constitutione sancimus; ut si quis clericus famæ suæ prodigus & pro-

\* Jesu  
Christi  
\* contem-  
pserunt

\* per eos  
præstita



& proprii persecutor honoris, juramenti religionem spreverit, nulla cogente necessitate, sed libero arbitrio, & voluntate, contra jurandum a se prælitum putaverit esse veniendum, & de hoc coram suo iudice sit confessus, vel legitima probatione convictus, vel alias de præmissis constiterit evidenter, poenam viginti morabatorum ipso facto se noverit incurrisse; ejus Ordinario, absque remissione aliqua, confiscandam. Dignum est enim, ut quos Dei timor a malo non revocat, temporalis saltem coerceat severitas disciplinæ. Quod si solvendo non fuerint, sic alias reatus talium castigentur\*, quod poena ipsorum ceteris auferat audaciam\* similia præsumendi: salvis tamen omnibus aliis poenis canonicis contra tales editis, quibus per constitutionem præsentem non intendimus in aliquo derogari.

## TITULUS VII.

## DE APPELLATIONIBUS.

## CAPUT I.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Triginta dies, qui provocanti dantur, incipere declaratur a die appellationis emissæ; & ab Archiepiscopo, aut Episcopis, aut horum Vicariis iudicibus præscribi certum diem debere appellanti, infra quem is apostolos recipiat.*

INsuper, quia ab aliquibus citra temporibus quidam inolevit abusus per iudices, & Officiales ecclesiasticos, a quibus in vocem appellationis prorumpitur introductus, quem diversorum doctorum, seu glossatorum opinio antea præparavit, disceptantium an triginta dies qui dantur a iudicibus, a quibus vox appellationis, seu provocationis emittitur ad tradendum\* apostolos appellanti, currant a die latæ sententiæ, vel illati gravaminis, cum extra iudicium provocatur, vel appellationis emissæ: nonnullis asserentibus, quod a die latæ sententiæ, aliis quod a die appellationis emissæ de-

bent currere; propter quod est in iudicis optione, utram maluerit\* prædictarum opinionum eligere, & certum juris terminum præfigere appellanti, ex quibus appellantes laboribus, ac sumptibus fatigantur; cum sæpe habeant coram appellato, seu provocato iudice comparere: quinimmo interdum jus appellantium posset ex causis præmissis facile deperire, cum appellationes ex hoc reperiantur desertæ; affectantes disceptationem prædictam de Tarraconensi provincia radicitus extirpare, & sub tuto, & certo ponere appellantes, (&) ideo sacri approbatione concilii, præsentis irrefragabili constitutione duximus ordinandum, quod dicti triginta dies currant a die appellationis emissæ: five a sententia definitiva, five interlocutoria; vel extra iudicium ab illato, vel inferendo gravamine appelletur. Adicientes, quod cum a nobis, & suffraganeis nostris, vel quibusvis iudicibus ecclesiasticis nostræ provinciæ fuerit appellatum, nos, & ipsi nostri suffraganei, & (nostri, & eorum) iudices certum diem dictorum triginta (dierum) & certum calendarium continentem teneamur, & teneantur præfigere appellanti ad recipiendum apostolos; & eadem die, & non ulterius appellans coram appellato habeat, seu provocato iudice comparere apostolos recepturus.

## CAPUT II.

PETRUS secundus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Apostolos, five litteras dimissorias nimis prolixas esse non debere.*

ABusum, qui in aliquibus locis Tarraconensis provinciæ inolevit, per quem fuerat introductum, quod ecclesiastici iudices in appellationibus ab eis emissis nimis prolixos apostolos, seu litteras dimissorias in gravamen, & detrimentum appellantium concedebant, penitus detestantes, talia de cetero fieri per Prælatos, Officiales, vel iudices ad quos præmissa concedere pertinet, sub obtestatione divini iudicii, & in virtute sanctæ obedientiæ fieri prohibemus.

## Liber Tertius.

## TITULUS I.

## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in conc. Ilerdensi.

*Instruuntur vita, habitus, & mores clericorum.*

CRapula, & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant; officia, vel com-

mercia (sæcularia) non exercent, maxime inhonestæ: jocularibus, mimis, & histrionibus non intendant; tabernas prorsus evitent, nisi forte necessitatis causa in itinere constituti: aleis, vel taxillis\* non ludant; nec hujusmodi ludis interfint: coronam, & tonsuram competentem habeant; clausa desuper deferant indumenta, nimia brevitate, vel longitudine non notanda: pannis rubeis, vel fendatis\*, seu viridibus; seu virgatis tunicis, vel supertunicis sic apertis, ut ostendant latera; sed astrictis, ut femoralia non demonstrent\*: nec (non) man-

\* iudicium optione, quam maluerint

\* castigantur  
\* auferantur audacia

\* concedendum

\* ad aleas, vel taxillos, al. & taxillos  
\* fendatis, al. cendatis  
\* sic strictis quod femoralia demonstrent

nics,



\* vel  
\* aurifri-  
gis, al. auri-  
frisis  
\* pileis  
\* subor-  
natis  
nicis, nec \* sotularibus consutiis, vel rostra-  
tis, aurifricis \*, pietis palliis \*, serico super-  
ornatis \*, fibulis, aut corrigiis auri, vel ar-  
genti ornatum habentibus, cincturis fericis,  
fellis quoque deauratis, vel deargentatis, vel  
coloris varii, frænis, pectoralibus, calcaribus  
deauratis, vel aliam superfluitatem gerentibus  
non utantur. Nullus in sacerdotio, vel perso-  
nato constitutus capam manicatam gerat, nisi  
iusti timoris causa exegerit habitum transfor-  
mari. Ad divinum officium intra ecclesiam ca-  
pam manicatam nullus deferat, & infra \*. In  
ecclesiis, civitatibus, villis, vel \* aldeis cle-  
rici cultellos acutos, vel arma portare non præ-  
sumant; nisi forte ad \* defensionem proprii  
corporis, iusti causa timoris. Si quis autem  
contra (nostram) hanc constitutionem venire  
præsumperit, si beneficiatus sit \*, suspendatur  
ab omnibus beneficiis; & cum ad emendationem  
venerit, tanto tempore postmodum eorum  
\* perceptione beneficiorum careat, quan-  
to in sua contumacia permanere præsumperit.  
Si vero beneficiatus non fuerit, ab introitu ec-  
clesiæ suspendatur.

## CAPUT II.

BENEDICTUS Archiepiscopus in tertio concilio  
Tarracone celebrato.

*Prælati monentur curare, dum cibum capiunt,  
aliquid sacri ut legatur.*

**I**tem ne solum fauces sumant cibum, sed &  
laures audiant, & percipiant verbum Dei,  
& cessent vaniloquia, & tumultus, statuimus,  
quod singuli Episcopi in palatiis suis dum co-  
medunt, ad mensam faciant legi sibi. Idem vo-  
lumus, & statuimus de \* Abbatibus, Prioribus  
& præpositis in suis conventibus, dum in re-  
fectorio comedunt, observari.

## CAPUT III.

ARNALDUS Archiepiscopus in secundo concilio  
Tarracone celebrato.

*Vestitus clericorum præscribitur; & quo in  
templo, & quo extra templum utantur:  
præfigiturque comparandis vestibus pre-  
tium, ut luxus omnis absit.*

**N**ullus clericus vestes rubeas aut virides  
publice deferat, quovis abusu contrario  
non obstante. Nec aliquis clericus seipsum, nec  
nos etiam Archiepiscopus, aut alii Prælati, &  
personæ ecclesiasticæ socios nostros induamus  
de panno, cujus commune pretium \* ultra vi-  
ginti quinque libras; nec alios clericos, vel  
scutiferos, [ & officiales inferiores, vel schola-  
res ] de panno, cujus commune pretium ultra  
duodecim libras: (al. communis pecia ultra  
XVIII. libras: nec alios officiales inferiores,  
vel scholares de panno, cujus communis pe-  
cia ultra duodecim: ) nec alios servitores pe-  
dites de panno, cujus commune pretium \* ul-  
tra octo libras monetæ Barcinonensis constet.  
Nec aliquis clericus in sacris ordinibus consti-  
tutus portet pelles varias in mantello. Canonici  
insuper, & clerici de Capitulo cathedralis,

vel collegiatarum ecclesiarum, & alii in sacris  
ordinibus constituti manicas supertunicatum  
rotundas, & largas habeant competenter, nec  
in circumferentia manicarum, vel gramasiarum  
& aliarum vestium portent circumferentias pel-  
lium additarum: nec portent sotulares albos,  
vel cum chorda patenti: nec in galero forratu-  
ram alicujus coloris, de quo eos indui non li-  
ceret, nec Canonici, nec \* alii clerici de Ca-  
pitulo cathedralis ecclesiæ portent in caputiis  
caparum de choro, quæ nigræ esse solent, (&  
debent) forraturam nisi de variis grisibus, vel de  
pellibus nigris, vel de aliquo panno nigro; nec  
eadem capas faciant ita longas, quod ultra  
palmum trahant per terram: pretium vero \*  
dictarum caparum, quæ causa honestatis, &  
humilitatis fiunt, & portantur, sic temperent,  
quod non possit in eis aliquis denotari exces-  
sus. Alii vero clerici in caputiis dictarum ca-  
parum non portent aliquam forraturam; nec  
eas ita longas, quod trahant per terram, sed  
sufficiat, quod cooperiant pedes suos. Nec ali-  
quis clericus in sacris ordinibus constitutus in-  
duat se de nigro, seu de vestibus lugubribus  
per mortem alicujus, nisi fuerit pater, vel ma-  
ter, frater [ aut soror ] aut dominus: quas etiam  
ultra duos menses portare non possit. Sella  
vero cujuscumque clerici sit honesta; nec  
cum fræno, & \* pectorali ultra tres libras constare  
possit. Quicumque in prædictis, seu ali-  
quo prædictorum exceßerit, vestes, seu fellas, in  
quibus exceßerit, teneatur dare pauperibus in-  
fra mensem. Alioquin (ad hoc) per suum E-  
piscopum compellatur: vestibus tamen & fel-  
lis jam factis, quæ alias sunt honestæ, qui-  
libet uti possit.

## CAPUT IV.

IDEM in eodem.

*Prælatorum mensis non nisi duo fercula ap-  
poni debere; quorum in uno duo sint ge-  
nera carniū, in altero unum, falsis ex-  
ceptis: die jejunii tria.*

**S**tatuimus, quod nos, vel aliquis Episco-  
pus, seu Prælati, aut quicumque alius  
clericus non donet in uno prandio, seu come-  
stione nisi duo fercula: in quorum altero pos-  
sint esse duo genera carniū, in altero de  
una dumtaxat; in quibus tamen carnes falsæ  
minime computentur. In diebus vero jejunii  
possint dari tria fercula, & non ultra.

## CAPUT V.

PETRUS secundus Archiepiscopus in tertio con-  
cilio.

*Clericis beneficiatis, vel in sacris ordinibus  
constitutis lancea, scuto, ballista interdicitur,  
etiam tumultu, & clamore excita-  
to, qui excitari consuevit contra vim in-  
ferentes, aut delinquentes: qui quoties in  
hujusmodi armis deprehensi fuerint, vigin-  
ti solidis multandi sunt.*

**C**UM usus armorum clericis sit prohibitus,  
& maxime qui gestum, & habitum cle-  
rica.

\* nullus  
clericus gerat  
Sententiam  
sanguinis  
&c.

\* &  
\* ob  
\* fuerit

\* eorum-  
dem

\* ab

\* commu-  
nis pecia

\* commu-  
nis pecia

\* vel

\* autem

\* nec



ricalem deturpat; propterea sacro approbante concilio statuimus, quod nullus beneficiatus, seu clericus in sacris ordinibus constitutus, a modo absque iusta, & rationabili causa equitando, vel peditando portet lanceam, [ & ] scutum, vel ballistam cum sagittis; nec ad sonum de viasos \*, seu rixam, quæ aliquando in civitatibus, villis, seu castellis \*, seu locis fieri contingunt, exeant cum armaturis prædictis: cum non sit licitum clericis aliquem offendere, nec inter offendentes existere, nisi causa defensionis sui, vel rerum suarum. Qui vero contrarium fecerit, nisi ex iusta, vel rationabili causa, ut præfertur, & \* nisi de licentia sui superioris hoc fecerit, pœnam viginti solidorum incurrat pro qualibet vice, qua culpabilis (inventus) fuerit in præmissis \*, applicandam suo Prælato \*.

\* viasors  
\* vel castris

\* vel  
\* prædictis  
\* Prælato ecclesie

CAPUT VI.

PETRUS tertius Archiepiscopus in concilio.

*Clericis beneficiatis, vel in sacris ordinibus constitutis vestium, vel retro, vel ad latus scissarum usu interdicitur: multanturque amissione vestium, qui non paruerint.*

SACRORUM canonum imitantes statuta, sacro concilio approbante statuimus, quod nullus Canonicus, religiosus, vel sæcularis in quacunque dignitate, vel officio constitutus, aut clericus beneficiatus, vel in sacris ordinibus constitutus audeat portare vestes superiores retro, aut in lateribus fissas. Contrarium vero facientes perdant vestes, fabricæ ecclesiarum, in quibus refederint, vel pauperum usibus ipso facto per Ordinarium applicandas.

CAPUT VII.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

*Ad superiores constitutiones, quibus vestitus, atque habitus clericorum reformabatur, hac constitutione adiiciuntur, quæ post eas latus agnitum est ad honestatem clericorum, præter ea, quæ illis vetita fuerant, etiam pertinere.*

OMPPOSITIS, & variis ornatibus vestium ecclesiasticæ vitæ & honestati contrariis, quibus nonnulli clerici nostræ provinciæ magis ad fastum, & etiam ostentationem, quam necessitatis, & \* utilitatis gratia, a paucis citra temporibus assuescunt, satagentes se in his laicis conformare, obviare, quantum cum Deo possumus, cupientes; quamquam circa hæc per bonæ memoriæ domini Sabinensis Episcopi, Apostolicæ sedis Legati constitutionem incipientem *A Crapula*, & aliam domini Arnaldi Archiepiscopi prædecessoris nostri incipientem *Nullus Clericus*, ultimo per decretum Constantiense incipiens *Inter ceteros Prælatorum excessus*, aliquo modo sit provisum; tamen quia in forraturis, & aliis subscriptis etiam inolevit abusus, & novis morbis nova sint antidota præparanda, ut dictorum clericorum mores, & a-

\* vel

Tom. III.

ctus in melius reformatur, sacro approbante concilio eisdem constitutionibus infra scripta addimus, & hac novella constitutione sancimus, quod de cetero nulli Canonici, vel clerici regulares, vel sæculares, in sacris constituti ordinibus, seu beneficiati \* nostræ provinciæ Tarraconensis, cujuscumque præminentia, status, gradus, vel condicionis existant \*, vestes rubeas, vel virides, nec forraturas pellium de martis, de faginis \*, neque de vebres, aut vulpium in vestibus, neque rivetos duplices in collaribus, in fimbriis, nec (in) manicis, nec etiam vestes fissas retro, nisi in itinere constituti: neque in lateribus quoquomodo, vel etiam ante ultra tres palmos, neque etiam longas retro ultra quatuor digitos ex transverso, ne caudati more incedant muliebri, manicasque cum forraturis duplicatas, neque etiam diploides, sive jubons de serico; neque etiam in capitiis cucullas longas ultra duos palmos, nisi in itinere constituti [ quoad ipsas cucullas ] neque etiam cooperturas \* sellarum in equitaturis longas ultra unum palmum prope *lo strep*, deferre aliquatenus \*, seu portare præsumant: sed se omnes honestos Deo, & hominibus exhibeant vita, moribus, & exemplis, ac in omni decencia habitus, & incessus. Nam (&) habitus clericorum ab habitu laicali penitus debet esse distinctus. Qui vero contrarium egerit, vestes illas ipso facto amittat, fabricæ ecclesiæ civitatis, villæ, vel loci, ubi transgressor hujus statuti repertus fuerit, ipso jure irremissibiliter acquirendas. Adiicimus \*, quod si deferens ab inde vestes rubeas, vel virides aut forraturas pellium de martis, de faginis, de vebres, aut vulpium, vestesque fissas retro, nisi ut supra præmittitur, vel in lateribus; diploidesque \* de serico: vestes, & diploides illas requisitus realiter, & de facto intra tres dies tradere fabricæ jam dictæ recusaverit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat. Statuimus nihilominus dicti approbatione concilii, quod Episcopus, in cujus diocesi proxime dictorum transgressor fuerit adinventus, aut ipso extra locum agente, ejus Vicarii, vel Officiales infra tres dies, postquam eis prædicta per summariam informationem, in qua non oporteat partem vocare, innotuerint, illum requirere faciant: & si requisitus parere noluerit, excommunicatum publicent, seu publicari faciant sine mora. Quod si in his Episcopus remissus fuerit, ab ingressu ecclesiæ, donec illum publicaverit, sentiat se suspensum. Vicarii autem, & Officiales in his modo prædicto remissi, excommunicationis sententia sint ligati. Illi vero, qui rivetos duplices in collaribus, in fimbriis, vel manicis; aut vestes ante fissas ultra tres palmos, vel longas retro ultra quatuor digitos, manicasque duplicatas, cum forraturis, aut cucullas in capitiis ultra duos palmos, sive cooperturas \* sellarum longas ultra unum palmum portaverint, ut prætangitur, quæ omnia perdere debent, juxta præsentis constitutionis tenorem, ad illas tra-

\* nullus canonicus, vel clericus regularis, vel sæcularis in sacris ordinibus constitutus, seu beneficiatus  
\* dignitatis, ordinis, status, vel condicionis existat  
\* fugiens

\* cooperturas  
\* aequalitatem

\* Adiciuntur

\* vel diploides

\* cooperturas



## 410 Constitutionum Provincialium

dendas per Episcopos, vel eorum Vicarios, seu Officiales æqualiter, & sine personarum acceptione ( seu exceptione ) per illa juris remedia, quæ elegerint, omnimode compellantur. Constitutionem autem hujusmodi post quatuor menses a tempore publicationis in præfenti concilio faciendæ ligare volumus, & non ante.

### CAPUT VIII.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertulensi.

*Hac quoque constitutione ad superiores de habitu, & vestitu clericorum pleraque adjunguntur, quæ eodem pertinent; ut honestati clericalis ordinis consulatur.*

**D**Ecet vitæ ecclesiasticæ professores tantum præ ceteris honestate pollere, quantum a vulgari populo segregati, Dei sunt in sortem assumpti: ut in domo Domini familiaribus obsequiis insistentes morum compositionis, & honestatis ceteris de se præbeant speculum, & exemplum. Hinc est, quod circa clericorum vitam moribus adornandam, & honestatem gestu, [ & ] actu, & habitu exhibendam, & ab indecentibus sæcularium rerum negotiis clericos sequestrandos, tam a jure communi, quam per constitutiones Legatorum Apostolicæ sedis, quamque per \* provinciales, & synodales plura fuerunt laudabiliter instituta, quorum multa præsumptuosa transgressorum audacia sauciavit. Universos igitur ecclesiarum Prælatos propensius exhortamur, ut circa prædicta per actuales executiones rigidas, & districtas constitutiones, & jura prædicta sollerter studeant instaurare; & clericos beneficiatos, aut in sacris ordinibus constitutos a procurandis, & administrandis bonis, vel negotiis laicarum personarum penitus arceant. Huic insuper addimus sanctioni \*, quod nullus in sacro ordine constitutus, aut religiosus, vel clericus, ecclesiasticum beneficium obtinens, cujuscumque dignitatis, status, aut condicionis existat, publice vestiri audeat vestibus alterius panni, quam de lana, vel stameno; nec \* rubei, vel viridis coloris, & brevitate, ac \* longitudine nimia [ non ] notandis: & ( ad ultimum ) ultra tres digitos vestium inferiorum longitudo non superet vestimentum superius; neque forraturas \* deferat pelliam de martis, de faginis \*, de vebres, de ludries, de squirols, aut vulpium: neque vestes filias in lateribus ullo modo, neque etiam retro, præterquam in itinere, itinerandi causa constitutus: neque diploides, aut collaria, neque \* manicas de panno serico. Et quod Prælati, doctoribus ( & ) magistris, licentiatis, & nobilibus, & cathedralium ecclesiarum Canonicis, dignitatemque, vel personatum obtinentibus dumtaxat exceptis, nullus audeat in vestibus, seu capitiis forraturam portare de vais albis, vel de gris, usu rivetorum quarumcumque pelliam in manicis, &

collaribus \* ab omnibus, & singulis supradictis penitus rejecto. Qui vero contra aliquod superius expressorum præsumpserit facere, vel venire; vestem, quam contra nostram prohibitionem hujusmodi ausu temerario publice portare præsumpserit, fabricæ, vel ornamentis cathedralis, vel collegiatae, aut parochialis ecclesiæ, vel monasterii, ubi talis fuerit transgressio attentata, erogare, & tradere teneatur. Ad hæc insuper adjungimus \*, quod si quisquam præfentis constitutionis transgressor fuerit, & ad sui Prælati mandatum vestem contra hanc constitutionem delatam, infra sex dies fabricæ vel ornamentis, ut prædicitur, recusaverit erogare, per tres annos ipso jure, a beneficiis, quæ obtinet, sit suspensus. Et non beneficiatus per idem tempus efficiatur inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum: locorum Ordinarios sub obtestatione divini judicii commones, quatenus circa hujusmodi observantiam statuti sic se vigiles exhibeant, & sollertes, ne in districto judicio Dei sanguis subditorum de Prælatorum negligentium manibus requiratur. Quod si negligentes extiterint in præmissis, ad valorem vestis propter eorum negligentiam non tradita ipsi fabricæ, vel ornamentis, in foro conscientia teneantur: aliis juris communis, Legatorum [ & ] provincialibus, & \* synodalibus statutis circa ea, quæ præfens non complectitur constitutio, in suo robore permanentibus, & valore. Per hoc tamen non intendimus præjudicare illis, qui super præmissis Apostolicæ sedis privilegiis, de quibus legitime constare poterit, fuerint muniti.

### CAPUT IX.

PETRUS de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

*Vestitus, atque habitus clericorum honestatiparum congruens hac constitutione tollitur. Est pars constitutionis incip. Statuimus.*

**P**rohibemus etiam, ne clerici in sacris ordinibus constituti, neve \* beneficiati cujuscumque dignitatis, gradus, seu condicionis existant, deferant camisas vulgo dictas, *Ab Uerugueta* \*, neque fronsitas in pugno, nec in eis deferant aliquem colorem, præter album: nec manicas diploidum, nisi strictas in pugno: neque caligas crocei, rubei, viridisque \* colorum, seu albas: neque braguetas \* ex aliquo serico, vel panno, nec cum [ diversis ] rivetis seu fissuris \*, neque sayones scotatos \*, neque manicas fractas, nec sotulares, sive coturnos coloris a jure, vel constitutione prohibiti; neque sotulares apertos, sive scotatos, nec cum scissuris: nec vestes superiores coloris a jure, vel consuetudine prohibiti, nec nimia longitudo, vel brevitate notandas, sed talaris ante, & retro clausas: neque botonos \* ex auro, sive [ ex ] argento, vel smalto. Prohibemus etiam, quod exceptis Canonicis cathedralium ecclesiarum, & dignitates obtinentibus, nobilibus, & do-

\* vel collaris

\* adigentes

\* vel

\* quam

\* constitutioni

\* non aut

\* forraturas  
\* de martis, de faginis

\* vel

\* nec

\* de letu-  
gueta

\* viridis  
\* bracatas

\* scissuris  
\* sayones  
scotatas

\* botonos



& doctoribus nullus clericus in sacris ordinibus constitutus, vel beneficiatus deferat fericum cuiuscumque qualitatis neque vestes superiores de camelloto \*, neque xias de tafatano. Contrarium vero facientes \*, ut supra. Per hoc autem non intendimus derogare juri, constitutionibus provincialibus, vel Legatorum super his editis, præmissis non contrariis: sed eas (esse) volumus in suo robore permanuras.

## CAPUT X.

IDEM in eodem.

Clericis in sacris ordinibus constitutis, vel beneficiatis ballistam, vel scloperam ferentibus multa decem ducatorum infligitur; lanceam autem, aut alia arma offensiva præter enses gestantibus quinque ducatorum, reliquæ pœnæ arbitrio Ordinariorum relinquuntur.

Approbando \* constitutiones provinciales mandantes clericis, ne arma deferant, statuimus; quod quicumque clericus in sacris ordinibus constitutus, vel beneficiatus repertus fuerit cum ballista, vel sclopeto, puniatur pœna decem ducatorum: si autem cum ense, gladio, sive punyal, seu daga, pœna duorum ducatorum: si vero cum lancea, vel aliis armis offensivis, præter enses, & gladium, puniatur pœna quinque ducatorum, & aliis pœnis arbitrio suorum (superiorum) Ordinariorum: super quibus eorum conscientias oneramus. Et nihilominus arma amittat \*, nisi licentiam habuerit \* a suis Ordinariis, quam ex justa causa possunt \* concedere: hortamur tamen eos, ut caute in dando dictam licentiam se habeant. Permittimus tamen clericis itinerantibus deferre enses.

## CAPUT XI.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

Nemo militans Deo, ut ait beatus Apostolus, implicat se negotiis secularibus. Quamobrem multis, ac variis sacrorum conciliorum, & Romanorum Pontificum, ac nostrorum prædecessorum constitutionibus statutum est, ut clerici, vel monachi secularibus negotiis non se immisceant. Ministros itaque, & famulos laicarum personarum esse clericos in sacris ordinibus constitutos, aut mensæ laicorum ministrare, sacri approbatione concilii prohibemus; nec non foeminas quascumque eisdem clericis inniti, & manibus, vel brachiis eorum adherere; aut eadem mula, equo, vel jumento vehi sub excommunicationis pœna prohibemus.

## TITULUS II.

## DE COHABITATIONE CLERICORUM ET MULIERUM.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

Episcopi in primis synodis monentur publice denunciare omnes sacerdotes, diaconos, subdiaconos, beneficiatos, qui vel domi suæ, vel in aliena concubinas habuerint, sacerdotali munere suspensos: ipsas autem excommunicationi obnoxias; ac, si mori contigerit, sepultura ecclesiastica carituras. Si quis hac de causa suspensus, munus sacerdotale tamen obierit, non beneficiis solum spoliari iubetur, sed etiam perpetuo deponi. Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris in concubenarios ut inquirent, & re comperta, denuntient suspensos, & ad Episcopos deferant, negotium datur.

Ad extirpandam clericorum incontinentiam statuimus; ut quilibet Episcopus in prima synodo, quam ipsum celebrare contigerit, suspensos denuntiet omnes sacerdotes, diaconos, subdiaconos \*, & omnes beneficiatos, qui ex tunc \* in suis, vel alienis domibus detinere præsumperint publice concubinas: & illas, quæ de cetero talium fuerint concubina, denuntient excommunicationi subjectas \*, & sepeliendas, si decesserint, asinorum sepultura. Et has sententias Episcopi, & alii \* sacerdotes in publicis prædicationibus denuntient. Si quis vero hac de causa suspensus, præsumperit celebrare divina; non solum ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum (etiam) pro hac duplici culpa perpetuo deponatur. Et ut statutum hoc melius executioni mandetur, præcipimus, ut Decani ecclesiarum in suis Capitulis, Archidiaconi, & Archipresbyteri, ubi fuerint, in suis officiis, diligenter inquirent, si quos invenerint post dictam denuntiationem in (prædicta) synodo factam, incontinentiæ \* vitio laborantes \*: & eosdem statim ab officio, & beneficio nominatim suspensos denuntient; & eorum incontinentiam Episcopo significant: & Episcopus percepta veritate, a beneficiis ipsos perpetuo spoliare non omittat, sicut cautum est in concilio generali.

## CAPUT II.

INNOCENTIUS PAPA IV.

Archiepiscopo Tarraconensi, & ejus suffraganeis permittitur, ut eos, qui superiore constitutione Cardinalis Sabinensis censuris irretiti fuerant, queant absolvere. Conceditur etiam, ut cum iis dispensent, qui vel juris ignoratione, vel oblivione concubinitus tempore sacros ordines, vel acceperint, vel ministrarint. Qui nequibunt ignorationem excusare, absit modo contemptus, jubentur biennio sacris ordinibus suspendi, & pœnitentia salutari expiari: qua peracta cum eis ut dispensetur, permittitur. Archiepiscopus cum Episcopis, qui in has irregularitatis sententias incurrerint, dispensare potest.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarra-

\* xamel-  
loto  
\* &c.

\* Appro-  
bantes

\* amittant  
\* habue-  
rint  
\* possint

\* diaconos,  
& subdiaconos  
\* ex nunc

\* excom-  
munioni sub-  
jacere  
\* vel ipse

\* in præ-  
dicto incon-  
tinentiæ  
\* commo-  
vantes



\* *ejus* conensi, & Suffraganeis ejusdem \* salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum nonnulli clerici vestrarum civitatum, & dicecesium pro manifesta concubinarum cohabitatione; quidam vero pro detentione illicita plurium dignitatum, vel beneficiorum curam habentium animarum annexam, contra inhibitionem bonæ memoriæ Sabinensis Episcopi in Hispaniæ partibus Apostolicæ sedis Legati, suspensionis & excommunicationis sententias incurrerint, & tam illorum, quam istorum aliqui sacros susceperunt \* ordines, & divina celebrarunt \* officia sic ligati: saluti eorum consulere cum difficile sit, eis pro absolutionis obtinendo beneficio ad sedem Apostolicam personaliter laborare, paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati facientes personis vestris specialem gratiam; fraternitati vestræ præsentium auctoritate concedimus ut tam prædictos clericos, quam alios etiam, qui deinceps sententias easdem incurrerint \*, absolvere valeatis juxta formam Ecclesiæ, vice nostra: proviso, quod concubinarij, concubinis a se procul abjectis, sufficientem cautionem exhibeant, quod illas, vel alias non resumant; & contra hujusmodi detentores procedatis, prout de jure fuerit procedendum. Dispensandi præterea cum illis, qui facti immemores, vel juris ignari sacros susceperunt ordines, vel ministrarunt in ipsis, aut suscipient, vel ministrabunt in posterum, post injunctam eis pœnitentiam competentem, prout eorum saluti expedire videritis \*, tribuimus vobis liberam facultatem. Si qui vero scienter talia, non tamen in contemptum clavium præsumperunt, vel præsumperint (etiam) in futurum, eos per biennium ab executione ordinum suspendatis, injuncta eis pœnitentia salutari. Qua peracta, si fuerint bonæ conversationis, & vitæ, liceat vobis dispensare cum eis, sicut videritis expedire. Adhæc si aliquis \* suffraganeorum tuorum, frater Archiepiscopo, sententias, & irregularitates hujusmodi incurrerit \*, cum ipsis beneficio eisdem absolutionis impenso juxta formam ecclesiæ, [ & ] sicut tibi videbitur, auctoritate nostra dispensare \*. Datum Lugduni XIII. Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

## CAPUT III.

ÆGIDIUS Cardinalis Legatus.

*Prælati Hispaniæ committitur pœnæ concubinariis a Cardinali Sabinensi inflictæ in aliam commutatio.*

\* *patien-* **V**enerabilibus in Christo patribus Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Prælati ecclesiarum per Hispaniam (constitutis) Ægidius divina providentia \* sanctorum Cosmæ, & Damiani diaconus Cardinalis salutem in vero salutari. Ad regimen animarum, & curam sedes Apostolica instituta, pericula, per quæ commissæ sibi animæ cadunt graviter in commissa, cura debet sollicita remove, salubrem animabus ipsis adiiciendo medelam. Sane cum recolendæ me-

moræ venerabilis in Christo pater dominus Joannes Sabinensis Episcopus in partibus Hispaniæ legationis officio fungeretur pro reformandis moribus, & præcipue clericorum, qui pro vitæ munditia, & conversatione laudabilem formam in moribus dare debent ceteris pura conscientia, fecit, & statuit omnes sacerdotes, diaconos, & subdiaconos, & omnes beneficiatos, qui in domibus suis, vel alienis detinere publice præsumerent concubinas, denunciari suspensos, & concubinas talium excommunicationis sententiæ subjacere. Verum quia sæpe, quod providetur ad bonum, antiqui hostis procurante invidia, tendit ad noxam, prædictæ sententiæ, quæ pro animarum procurandam salutem fuerant promulgatæ, tamen propter \* irregularitates, quas clerici sententiis eisdem ligati multoties contrahebant, cum propter \* contagiosæ pœnæ contagium, qua excommunicati per excommunicationem [ affecti ] sibi communicantes inficiunt excommunicationis labe, animabus ipsis laqueos æternæ mortis parabant; & quamplurimi \* sæpissime unius laqueo ligabantur. Huic autem morbo dominus Papa salutiferam intendens adhibere medelam, nobis viva voce mandavit, ut contra morbum eundem tam pestiferum, tam damnosum [ tam ] in clerum Hispaniæ infamiam inducentem conveniens adhibere remedium curaremus; ut animarum vitaretur periculum, & nihilominus delinquentes canonicam non effugerent ultionem. Nos igitur cum Prælati, & aliis viris Hispaniæ discretis apud sedem apostolicam constitutis, super his deliberatione præhabita, & diu de commutatione pœnæ prædictæ tractatu habito, cum eisdem prospeximus, quod cum per varietatem \* personarum, & etiam regionum pœnæ sint proinde variandæ, ne ad instar imperiti medici omnium curare oculos uno collyrio videremur; vobis, qui condicionem personarum, & locorum vestræ provinciæ melius scire potestis, eadem auctoritate committimus districtè præcipiendo mandantes, quatenus habentes præ oculis solum Deum, cui de animabus vobis commissis reddituri estis in die iudicii rationem, pœnas clericis, & concubinis prædictis per sententias memoratas impositas, in pœnas alias, quas personarum, locorum, & temporum circumstantiis provida circumspeditione pensatis earundem animarum saluti magis expedire videritis, commutetis, eis \* Legati sententias auctoritate Apostolica postmodum relaxantes. Singuli autem vestrum nihilominus circa suos subditos, qui ex dictis sententiis in excommunicationis, vel irregularitatis laqueos hæcenus inciderunt, per absolutionis, & dispensationis gratiam, prout merita personarum exegerint, eadem auctoritate, discretionè prævia, providere curetis: proviso, ut quod pro correctione morum duxeritis ordinandum, ad iniquum compendium nullatenus convertatis. Datum Genuæ Calendis \* Junii, pontificatus domini Innocentii Papæ quarti anno octavo, (anno) Domini MCCLI. \*

\* tum per

\* tum per

\* plures

\* pro univertate

\* ejusdem

\* Januæ Kalend.

\* LII.

CA-



## CAPUT IV.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Prælati in concubenarios publicos, & Rectores in suis ecclesiis non residentes in visitationibus annuis jubentur procedere.*

**Q**Uoniam, teste Scriptura, mundos, & sedulos esse convenit, qui Domini vasa ferunt; ideo sacro approbante concilio ordinamus, ut contra clericos concubenarios, præsertim publicos, eorumque concubinas; & Rectores ecclesiarum in suis non residentes ecclesiis, Episcopi in visitationibus, quas semel in anno fieri præcipimus, seu alias, sic procedant juxta canonica, seu synodalia statuta\*, ne peccatum eorum proprium facere videantur.

\* instituta

## CAPUT V.

ARNALDVS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Concubenarios, qui ad vomitum redierint, hæc constitutio jubet retrudi quopiam, non pecunia multari. Est pars capit. incip. Fuit in præsentibus: infra de celebr. Missar.*

**E**T clericos concubenarios publicos beneficiatos, vel in sacris ordinibus constitutos, qui post primam, & secundam correctionem reperti fuerint dicto vitio laborare, ad peragendam pœnitentiam ad tempus, prout eis videbitur expedire, in aliquem locum detrudant, pecuniam ab eis in casu præmissio, nullatenus recepturi.

## CAPUT VI.

PETRUS secundus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Vetantur Episcopi, in concubinato manifestis deprehensos pecuniarie punire; sed vel corporis pœna, vel privatione beneficiorum vel cente eorundem, aut ordinum suspensione a peccato detertere. Suspensorum fructus beneficiorum applicantur. Conferri beneficium concubinario vetatur; eique facta collatio ipso jure nulla declaratur. Concubinarium si Prælatum, vel Canonicum fuerit ad negotia Capituli, generales curias, & concilia admitti, aut ullum Episcopi, aut Prælati honorem gerere prohibetur.*

**Q**Uamvis ad decorem domus Dei circa vitam, (&) honestatem, & continentiam clericorum in Dei conspectu divina ministrantium sacramenta per sanctiones canonicas, & [per] provinciales constitutiones alias sit provisum; quia tamen nonnulli pœnitentias pecuniarias ipsarum\* non formidantes, correctiones ipsorum criminum\* deducunt penitus in contemptum, nosque debitum nostri officii exolvere cupientes, sacro approbante concilio statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus; ne aliquis Episcopus per se,

\* Episcoporum  
\* correctionem Episcoporum

vel [per] alium clericos concubenarios beneficiatos, vel in sacris ordinibus constitutos, qui in domo propria, vel aliena teneant publice concubinam, quorum concubinatus non possit per aliquam tergiversationem\* celari, ex quibus eos, vel eorum alterum in concubinato invenerit, & puniverit, ne possit in pecunia\*, vel (in) bonis aliquo modo punire: sed tales concubenarios, & eorum quemlibet teneatur in persona, seu eorum beneficiorum privatione, seu ad tempus suspensione, aut ab eorum ordinum executione punire; ejus conscientiam onerantes\*: proviso tamen, quod fructus beneficiorum, advenientes durante tempore (dictæ) suspensionis, si forte fieri contingat\* occasione prædicta, convertantur in utilitatem ipsorum beneficiorum. Ceterum cum ex ingenio calliditatis humanæ naturæ protervitas criminum proteletur, convenit super hoc de speciali remedio providere. Idcirco eodem approbante concilio providemus, ne de cetero alicui clerico in crimine concubinatus publice, ut prædicitur, constituto, cujuscumque status, seu conditionis existat, beneficium ecclesiasticum quocumque nomine censeatur, conferri possit ullo modo: & si collatum fuerit, collatio hujusmodi sit nulla ipso jure. Et si talis clericus concubinarium Prælatum, seu Canonicum ecclesiæ cathedralis, vel collegiatae fuerit, ad communes tractatus Capituli, vel ad curias generales, vel concilia minime admittatur: nec possit tenere officium aliquod honoris alicujus Episcopi, seu Prælati.

\* aliqua tergiversatione  
\* pecuniam

\* onerando

\* contigerit

## CAPUT VII.

PETRUS de Luna sedis Apostolicæ Legatus in concilio Gerundæ celebrato.

*Concubinarij, quamdiu in concubinato vixerint, & post duos menses, quam a concubinato se abstinerint, inhabiles jubentur esse ad quodvis beneficium obtinendum, & ordines recipiendos, & exequendos; donec fuerit sufficienter cum eis dispensatum. Tunc facta eis collatio ipso jure nulla declaratur; jubenturque collatores in collationis litteris clausulam addere, se nullam velle eam collationem, si is, cui fiet, concubinarium sit, aut nondum elapsi duo menses fuerint. Statuitur etiam, ut qui post duos menses a denuntiatione faciendâ a concubinato non se abstinerint, tertia parte fructuum beneficiorum priventur. Quod si duos alteros menses ultra superiores duos in luto hæserint, altera parte; si alios duos ultra quattuor, reliqua fructuum parte. Si privati partem aliquam fructuum attigerint, a Prælatibus restituere cogantur. Si ultra sex superiores menses in eodem hæserint luto, alios continuos quattuor beneficiis, donec ad bonam frugem redierint, jubentur privari, denuntiarique inhabiles ad duos menses, ut quævis beneficia obtineant, aut sacros ordines recipiant. Qui privati, a fructibus manus non abstinerint, ita excom-*

com-



communicantur, ut absolvi nequeant, nisi restituti, quæ rapuerint. Fructuum, quibus privati fuerint, partes duæ eorum addicuntur beneficiis: exequenti hanc constitutionem tertia. Qui tempore obitus, aut nondum lapsis duobus mensibus, ex quo se removerint a concubinato, vita sancti fuerint, jure testandi privantur: bonis confiscatis, & partim fabricis ecclesiarum, partim Ordinario, partim redemptioni captivorum applicatis. Ipsi, & concubinæ sine sepultura ecclesiastica abiici jubentur, qui sepelierint excommunicantur: locus autem interdictus erit, quoad cadavera fuerint amota. Hoc autem ita statuitur, ut sine fraude cujusquam fiat, ad quem bona decedentis pertineant. Episcopis etiam præcipitur, ut diligentiam adhibeant in pœnitentia exigendis, tum colligendis per viros duos ad id destinatos: vestesque synodales legant, qui quæ repererint, quotannis in synodis Episcopis denuntient, aut eorum Vicariis, ne ignoratione se queant excusare.

**S**peciosus forma præ filiis hominum, & plenus gratia, fons virtutum, gloriosus sponfus Ecclesiæ Jesus Christus inter alia sanctitatis insignia, quibus sponsam suam \* in clytam insignivit, gloriosam constituit castitatem; ut in illa, sine qua nullum bonum opus existit, sponsæ \* ipsius, & ministri ejus eidem sponso virgini, nato de virgine, vitæ puritate fulgentes, devotione supplici deservirent. Sed nonnulli clericorum, & religiosorum famæ suæ, & salutis immemores, cum concubinis publice vitam ducunt enormiter dissolutam. Super quo bonæ memoriæ Joannes Episcopus Sabinensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, in partibus Hispaniæ Apostolicæ sedis Legatus, cupiens salubriter providere, quandam constitutionem provide edidit, quæ antiqui hostis procurante versutia, usquequaque non extitit observata. Propter quod nos adversus hujusmodi vitium providere \* de salubri remedio cupientes, monemus omnes, & singulos presbyteros, diaconos, subdiaconos, & clericos beneficiatos, ac etiam religiosos cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis, atque ordinis existant, ne concubinas in domo propria, aut aliena publice audeant detinere. Contrarium facientes sint inhabiles, dum sic, ut præmittitur, tenuerint publice concubinas, & per duos menses sequentes, postquam etiam easdem dimiserint realiter, & cum effectu, ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum; etiam si beneficium patrimoniale (existat) vel capellania fuerit temporalis. Sit etiam eis per idem tempus ad recipiendum sacros ordines aditus interdictus; ut sic ab executione ordinum infra idem tempus receptorum suspensi maneant donec cum eisdem fuerit dispensatum sufficienter: & collatio beneficiorum eis facta infra ipsum tempus vacua, irrita sit, & nulla \* ipso jure; si ipsas concubinas tempore receptionis

dictorum ordinum, aut collationis beneficii, seu beneficiorum eis factæ, vel infra terminum duorum mensium ante \* publice tenuerint, ut præfertur. Et ut de prædictis certius constet, & nullum dubium in posterum oriatur, volumus, quod beneficiorum collatores in litteris per eos concedendis super collationibus hujusmodi beneficiorum, apponi faciant clausulam sequentem \*: „Nostræ tamen intentionis existit, quod si tempore collationis per nos de hujusmodi beneficio tibi factæ, aut a duobus mensibus proxime lapsis citra, publicus concubinarius fueris, præfens nostra collatio nullius sit roboris, vel momenti“. Adiciunt etiam, & insuper statuentes, prout Joannes Episcopus Sabinensis præfatus statuit, quod quicumque clerici, aut religiosi, qui post duos menses a publicatione constitutionis, & monitionis in ecclesia cathedrali cujusque diocesis \* facienda numerandos, concubinam, seu concubinas modo prædicto retinuerint \*, vel dimissam, seu dimissas, aut aliam, seu alias admiserint, si beneficiati existunt \*, tertiam partem fructuum omnium beneficiorum, quæ pro illo tempore obtineant \*, sint privati ipso facto. Si vero per alios duos menses, prædictos, duos immediate sequentes in eodem crimine continuaverint vitam fœdam, alia tertia parte. Et, si forsitan Dei timore contempto, per alios duos menses, prædictos, quattuor immediate sequentes in peccato permanerint memorato, reliqua tertia parte dictorum beneficiorum fructuum omnino privati existant: præcipientes eisdem, quod ad aliquam partem fructuum prædictorum, postquam ipsa, vel ipsis, ut prædicitur, privati fuerint, manus temerarias aliquatenus non extendant. Et, si forsitan contrarium attentaverint, sub obtestatione extremi judicii Prælati eorum, sive sint diocesani, sive alii, districte præcipimus; quod ad restituendum quidquid de prædictis tertiis fructuum, seu ipsarum aliqua (parte) postquam modo prædicto privati existant, occupaverint, seu detinuerint, vel consumpserint, per censuram ecclesiasticam & alia juris remedia ipsos compellere non omitterent. Quod si forte prædicti clerici, vel religiosi concubinarii adhuc ad cor non redierint, sed nostrum contemnentem mandatum se ostenderint tam execranda turpitudinis amatores, Prælati suis prædictis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub animarum suarum periculo districte præcipimus, & mandamus; quatenus si infra quattuor menses post prædictos sex menses continue numerandos transgressores prædicti concubinas præfatas \* omnino non dimiserint; easdem, vel alias ulterius admiserint \*, eos privent beneficiis suis; ipsosque in limo peccatorum tam fixos, donec se correxerint, & postea per duos menses inhabiles esse denuntient ad quæcumque beneficia ecclesiastica obtinenda; eisque decernant per idem tempus ad suscipiendum sacros ordines aditum interdictum. Volumus etiam, quod si quis de prædictis, postquam beneficio, seu be-

\* antea

\* subsequenter

\* de cujus diocesi existunt  
\* detinuerint  
\* existant

\* obtinent

\* ejus

\* sponsa

\* provideri

\* sit nulla, vacua, &amp; irrita

\* prædictus

\* non admittuntur



neficiis privatus fuerit modo prædicto, manus rapaces extenderit ad dictorum beneficiorum fructus, seu ad aliquam eorum partem, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto: a qua non possit absolvi, nisi de sic occupatis restitutionem integram \*, & beneficii, seu beneficiorum, quibus privatus fuerit, ut prædicatur, dimissionem plenariam \* prius fecerit \*. De fructibus vero beneficiorum, quibus concubinarii huiusmodi privati decernuntur, ut præmittitur (dimissione plenaria) duæ partes assignentur pro servitio beneficii, vel ecclesiæ, cui concubinarius ipse deserviebat, faciendo: tertia vero pars Ordinario diocesis \*, vel alteri ipsius concubinarii Prælato huiusmodi nostram constitutionem exequenti; alias pro dicto servitio remaneat applicata. Et ut tanto major in eisdem concubinarios exercentur poena, quanto gravior in ipsis fuerit culpa reperta, præfatæ ordinationi adicimus, statuentes, quod præfati presbyteri, diaconi, subdiaconi, & clerici beneficiati ac religiosi, qui tempore sui obitus, vel infra duos menses tunc immediate lapsos in crimine concubinationis huiusmodi reperti fuerint publice permansisse, sit intestabiles: & bona ipsorum tam mobilia, quam immobilia locis, (&) personis, ac negotiis infra scriptis remaneant confiscata. Et nihilominus tam ipsi concubinarii, quam eorum concubinæ ecclesiastica careant sepultura; nisi per duos menses ante suum obitum, fraude cessante, ab invicem fuerint separati. Qui vero ipsorum aliquem in cimiterio sepelire, aut eorum sepulturæ interesse præsumperint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto; & cimiterium, ubi hoc factum fuerit, seu præsumptum, interdictum remaneat, donec corpora concubinariorum, seu concubinarum huiusmodi sic sepulta ab inde projecta fuerint in signum damnationis eorum. Bona vero dictorum concubinariorum sic decedentium, tam mobilia, quam immobilia in tres partes dividantur: quarum una pars fabricis ecclesiarum, ubi beneficiati fuerint, reliqua ipsius concubinarii Prælato, sive diocesano, seu alteri huiusmodi nostram constitutionem quo ad hoc exequenti; tertia vero pars redemptioni captivorum remaneat, & sit \* applicata. Quam tertiam partem redemptioni captivorum deputatam Prælati diocesis \* concubinarii ipsius per fratres de Mercede, vel de Trinitate ordinum, quos ad hoc magis promptos, & utiles noverit, exigi faciat & levare; & per ipsos in dictam redemptionem \* captivorum fideliter dispensari. De quibus diocesanis ipsis, de his, quæ in eorum diocesis prædicta de causa receperint, teneantur reddere rationem: in quo si culpabiles reperti fuerint, vel remissi, per diocesanos ipsos subtrahatur eis portio, quam illi \* de similibus, petere, seu levare debuerint. Per hanc autem \* ordinationem ecclesiis, vel personis, aut locis quibus jus aliquod in dictis bonis concubinariorum decedentium pertinet, præjudicare non intendimus; neque volumus quoquo

modo. Dictis autem Prælati districtæ præcipiendo mandamus, quatenus in exigendis poenis prædictis diligentiam adhibeant, & per duos viros idoneos per eos infra limites diocesium, seu jurisdictionum suarum deputandos recolligi faciant, distribuendas juxta formam superius ordinatam. Volumus insuper, & mandamus, quod Prælati in civitatibus, & diocesis suis testes deputent synodales, qui per eorum dioceses veritatem perquirant \* super omnibus super prædictis: & ea, quæ repererint, quam citissime potuerint \* suis Prælati in synodis, quas annuatim propterea celebrari jubemus, vel ipsis in remotis agentibus, eorum Vicariis semel anno quolibet teneantur nuntiari; ne idem Prælati excusationem prætereant, seu ignorantiam aliquam valeant allegare.

## CAPUT VIII.

PETRUS Sagarriga Archiepiscopus in concilio.

*Declaratur constitutionem, cujus initium est:*

*Quamvis ad decorem, ad quoscumque Prælatos etiam inferiores pertinere; pecuniarie nimirum bis in concubinato deprehensos punire non posse. Si punierint, restituere quod acceperint debere. Cetera autem ejusdem constitutionis in suo robore permanere. Inferiores Prælatos, qui contrarium fecerint, excommunicari.*

Constitutionem per bonæ memoriæ domini Petrum prædecessorem nostrum editam super modo correctionis concubinariorum incipientem: *Quamvis ad decorem*, quia nonnulli causam editionis ejusdem non quærentes, Episcopos suffraganeos nostros dumtaxat, & non alios Prælatos, & eorum inferiores [ligari curiose interpretantur, ad quoscumque Prælatos, Vicarios,] & Officiales principales, & quoscumque alios inferiores (comprehendi intelligunt), præsentis irrefragabili statuto approbante sacro concilio [ad eos omnes] duximus \* extendendam: præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, de cetero debere illam ab omnibus observari. Si qui vero [ex prædictis] contra formam dicti statuti concubinarios ultra secundam vicem duxerit pecuniarie \* puniendos, punitionis illius debitores effecti, ad restitutionem tamquam de re penitus aliena se noverint obligatos; aliis etiam poenis super his appositis in suo robore (permanfuris, &) duraturis. Adicimus \* etiam, quod Vicarii, & Officiales, Procuratores, & alii inferiores Episcopi, scienter contrarium facientes excommunicationis sententiam ipso facto incurrant.

## CAPUT IX.

PETRUS de Fluxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusensi.

*Prælati, religiosi, secularis, vel regularis vitæ, vel etiam ordinis militaris moneantur in extirpanda incontinentiæ macula e-vigilare: in concubinato deprehensos officio, & be-*

\* restitu-tione integra

\* dimissio-ne plenaria

\* factis

\* diæce-sano

\* inqui-rant

\* quam ci-tius poterunt

\* rema-neant, &amp; sint

\* diæce-sanus

\* in dicta redemptione

\* alias

\* tamen

\* ducimus

\* duxerint pecuniariter

\* Adiciemus



Et beneficio suspensos, Et ad quodcumque obtinendum inhabiles denunciare; eosque restituere vetantur, nisi se a concubina per duos menses saltem segregaverint, pœnitentiamque egerint per superiorem indicendam. In idem vitium relapsos similiter punitos restituere prius vetantur, quam quatuor mensium spatio continenter vixerint, pœnitentiamque egerint superioris arbitratu decernendam: tertio relapsos beneficiis omnibus privare, Et carceribus affligere. Ordinarius, aut Officialis, qui exequi hæc neglexerit, a superiori iubetur multari, prohibeturque a concubinariis munus accipere; si acceperit, non modo id restituere, sed etiam duplum pœnæ nomine in pios usus erogare. Superioribus constitutionibus, excommunicatione excepta, suum robur servatur.

AD extirpandam incontinentiæ maculam, quæ inter cetera vitia, [ & ] divinam provocat majestatem, & ecclesiastici status honorem deducit in vilipendium, & contemptum, plura tam a sacris canonibus, quam a constitutionibus Legatorum Apostolicæ sedis, provincialiumque, & synodaliū medicaminum sunt præparata fomenta. Attamen, pro dolor, penitus eliminari nequivit: propter quod est jugiter insistendum, ne multiplicata invalescat, & Christi militiam valeat devastare. Hinc cogimur vetera pariter, & nova commemorare remedia, & sollicita meditatione pensare, quomodo pestem hanc exterminare radicitus valeamus. His omnibus sedula cogitatione digestis, tandem duximus [ ut sequitur ] providendum. Universos, & singulos Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Magistros, Ministros, & alios Ordinarios cujuscumque status, ordinis, vel conditionis existant, sive sæcularis vitæ, sive regularis; vel etiam ordinis militaris, eorumque Vicarios, & Officiales, testes synodales, procuratores fiscales sub obtestatione divini iudicii strictissime \* commonemus, ut circa extirpandum a clero, ecclesiasticisque personis incontinentiæ vitium, prout inferius continetur, sollicitè, ac vigilanter intendant, quatenus omni libidinis fœditate repulsa puritas fulgeat pulcherrimæ honestatis: quodque si quisquam clericus ecclesiasticæ persona reperta fuerit in concubinato notorio permanere, ab officio, [ & beneficio ] denuntietur suspensus, & inhabilis ad obtinendum beneficium ecclesiasticum, gradus, vel honoris ascensum; & pro tali in ecclesia, in qua est beneficiatus, & in ecclesia, sub qua degit, nec non in cathedrali publicetur: nec ad ea, a quibus sic suspensus, & inhabilis fuerit nuntiatus, unquam restituatur, quousque abjecta, & separata a se penitus concubina, saltem per duos menses in castitate permanserit, & pœnitentiam egerit sui corporis superioris arbitrio indicendam. Et si postea repertus fuerit eandem \* admittere, vel aliam concubinam, & notorie in

concubinatus crimen relabatur, iterum pro suspensus, & inhabili consimiliter publicetur; nec tunc restitui valeat a quocumque, nisi abjecta penitus concubina, saltem per quattuor menses vitam in castitate perduxerit \*, acta gravi pœnitentia: quam in corpore suo iudicis sui arbitrio decernimus indicendam. Et si deinceps tertio relapsus fuerit in concubinatum notorium \*, privetur omnibus beneficiis, & ( alias ) carceribus affligatur; ut sic ferro exusta vulnera, & fecata sanentur, quæ fomentis nequiverunt medicinæ sanari: taliumque gravis castigatio exemplo mentes terreat, & incensiva comprimatur aliorum. Sane si quisquam Ordinarius, vel Officialium prædictorum circa hæc corrigenda notabili negligentia fuerit culpabilis repertus, per superiorem ipsius negligentia suppleatur, & digna punitione multetur. Prohibemus insuper, ne ab aliquo fornicario notorio in suo \* damnato concubinato permanente aliquam pecuniam in munus, vel donum quisquam Ordinarius, vel Officialium prædictorum publice, vel occulte recipiat. Quod si secus a quocumque fuerit attentatum, ad erogandum in pios usus id, quod receperit, & duplum valoris ejusdem ipso facto, etiam sine superioris mandato, pœnæ nomine teneatur: constitutionibus omnibus super hac materia editis, & illa domini Sabinensis, nisi in eo quod excommunicationis sententiam adiicit, remanentibus illibatis.

## CAPUT X.

IDEM in eodem.

Religiosos ordinis militaris concubinarios excommunicationis pœnam incurrere declaratur: excommunicatos tamdiu denunciari publice debere, quoad meruerint absolvi. Absolvi autem non licere, nisi concubinam abjecerint, Et totos quattuor menses caste Et continenter vixerint. Si ad vomitum redierint, sine spe veniæ dignitate, officio, ac beneficiis privari, Et ad ea obtinenda inhabiles fieri. His injungitur, ut eo habitu, vestituque incedant, qui cujusque ordinis statutis descriptus est.

INter sollicitudines nostræ legationis officio incumbentes illa præcipua est, virtutes inferere, & vitia eradicare. Licet enim sacris canonibus strictissime sit injunctum, religiosos castitatem servare, concubinas vitare, ut debitum altissimo valeant reddere famulatum; quorundam tamen relatione fidelium nostris auribus est intimatum, quod aliqui militarium ordinum religiosi non solum Creatoris sui offensores, verum etiam famæ suæ prodigi, & proprii persecutores honoris, mulieres ita in suas domos \* passim admittunt, cum eisque cohabitant, & morantur; quod nisi celeriter adhibeatur remedium, præceptoriam, ecclesiæ, [ & ] conventus, ac eorum membra, & bona ipsorum ad irreparabilis desolationis opprobrium deducen-

\* produxerit

\* in concubinato notorio.

\* ejus

\* altissime

\* eadem

\* in eorum domibus



centur, prout jam docente experientia grandem patiuntur ruinam. Attendentes autem pervulgatam \* infamiam, grave scandalum, & vehementem suspicionem contra ipsos exortam esse \*, cum inter alia substantialia regulæ, offibus religiosorum annexa sit custodia castitatis, porta, & principium aliarum virtutum, sitque jam nostro salubri statuto provisum super continentia personarum ecclesiasticarum, quod præcipimus tenaciter observari: peculiarius tamen, prout decet, circa religiosos in foeditate luxuriæ involutos rigorem dulcedine misericordiæ temperantes \*, irrefragabili constitutione sancimus, ut quisque religiosus ita studiose votum castitatis observet, & concubinatum \* evitet, ut Deo animam cum fiducia valeat præsentare. Si vero religiosus militaris exemptus, vel non exemptus cujuscumque dignitatis, ordinis, militiæ, vel status existat, de præsentis, vel in posterum concubinarius notorie fuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto: districtè præcipientes Ordinariis locorum, quod religiosum ordinis militaris sic excommunicatum tamdiu faciant publice nuntiari, donec ab hujusmodi sententia meruerit absolutio- nis beneficium obtinere: a qua absolvi non possit \*, nisi prius sine fraude penitus abjecerit concubinam; & per menses quattuor in castitate vixerit, ut tenetur. Quod si ad vomitum redierit ipsius, vel alterius concubinæ, absque spe veniæ dignitate, officio, & beneficiis ecclesiasticis quibuscumque perpetuo sit privatus, & effectus inhabilis ad dignitatem, officium, vel beneficium ecclesiasticum \* obtinendum: in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena eisdem religiosis militaribus \* injungentes, quod honestis vestibus in panno, colore, forma, & habitu utantur; prout in fundatione ipsorum ordinum, & secundum statuta regulæ portare, & incedere tenentur, & obligati existunt.

## CAPUT XL

PETRUS quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

*Mandatur Prælati, ut circa animadversionem concubinariorum diligenter, & severe se gerant ex præscripto superiorum constitutionum: nisi fecerint, archiepiscopus futurum monet, ut contra utrosque procedat.*

Quamvis tam a jure, quam per plurimas constitutiones Legatorum Apostolicæ sedis, & provinciales sit rigide, ac salubriter provisum contra clericos concubinarios; tamen Prælati, quod dolentes, & cum gravi cordis dolore referimus, in eis exequendis adeo negligentes sunt, ac si sanguis delinquentium de eorum manibus non esset requirendus: nec cernunt gravia scandala, & alia (quam) plurima perniciofa mala, quæ inde sequuntur. Quare cupientes, quantum in nobis est, huic tam pernicio-

Tom. III.

so morbo providere, exhortamur enixe \* Ordinarios, & sacro approbante concilio, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus unusquisque in suos subditos summam adhibeat diligentiam, & rigidam executionem juxta formam, & tenorem constitutionum super hoc editarum: certificantes eos, quod si in præmissis negligentes fuerint, nos tam contra eos, quam etiam contra eorum subditos concubinarios districtius procedemus; ne in die judicii de eorum negligentis, maxime statum ecclesiasticum tam enormiter diffamantibus, rationem reddere teneamur.

## TITULUS III.

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

*Priores subtractione beneficiorum ad sacerdotalem ordinem ascendere cogendi, ut ecclesiis deserviant. Qui plures curas obtinent, residentie tempora jubentur dividere pro numero. Portionarii portiones, vel præstimoniam percipere, nisi ecclesiis deservierint, vetantur. Est pars capituli incip. Cum in plerisque locis.*

Adiicimus quoque, ut Priores per subtractionem beneficiorum ad ordinem sacerdotalem ascendere, & in suis ecclesiis deservire cogantur: hoc adhibito \* moderamine, ut qui ex dispensatione sedis Apostolicæ plures curas retinere noscuntur, in eisdem vicissim resideant, secundum numerum curarum residentie tempora dividendo \*. Clerici quoque, qui in ecclesiis parochialibus portionarii existunt, nec portiones quotidianas, nec præstimoniam de eisdem ecclesiis percipiant, nisi in ipsis ecclesiis curaverint personaliter deservire.

## CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Qui ob irregularitatem non possunt suis muneribus fungi, fructibus tamdiu privantur, quamdiu exequi munera sua nequibunt: nisi cum eis dispensatum a sede Apostolica fuerit.*

Quoniam ecclesiasticis personis propter servitia divini cultus assignata sunt beneficia, & propter multorum irregularitates multæ ecclesiæ divinarum officiorum patiuntur detrimentum; statuimus, ut qui propter irregularitatem, quam (non sine) culpa sua incurserunt, in ecclesiis propriis sua explere non possunt officia, a perceptione beneficiorum suorum priventur, quamdiu tali impedimento durante, suis ecclesiis non poterunt deservire, nisi super hoc cum ipsis a sede Apostolica fuerit dispensatum.

G g g

CA-

\* vulgata

\* exorta

\* rigorem  
dulcioris  
misericordiam  
verparantes  
\* concu-  
binam

\* non va-  
leat

\* benefi-  
cia ecclesia-  
stica  
\* ordinis  
militaris

\* obnixè

\* addito

\* dividen-  
tes



# 418 Constitutionum Provincialium

## CAPUT III.

IDEM in eodem.

*Canonica portione privantur per tres dies, qui in templo, vel claustris processionis tempore inambulavit habitu seculari.*

**C**UM Canonicos, & alios clericos conventualium ecclesiarum servitiis deputatos omnino non deceat \*, (quod) aliis divinis inservientibus officiis, ipsi per ecclesias \*, vel claustra \*, processionis tempore deambulent \* in habitu seculari: ne id fiat, de cetero districtius inhibemus statuentes poenam transgressoribus, ut per tres dies canonica portione priventur.

\* decet  
\* alii per  
ipsas ecclesias  
\* claustrum  
\* deambulare

## CAPUT IV.

RODERICUS Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Quisvis ecclesiasticus in sacris ordinibus constitutus, vel beneficium obtinens, vel religiosus curiam secularem continue sequi prohibetur, sic ut de eius sit familia, victumque, & stipendium inde recipiat; nisi Prælati sui, & Capituli licentia. Qui secus fecerit, excommunicatur. Sed Episcopus huic sententiæ non est obnoxius.*

**E**T ut malitiis obvietur, & ecclesiæ debitis servitiis non fraudentur, ac vagandi, & dissolutionis materia subtrahatur, statuimus, ne aliqua prædictarum personarum ecclesiasticarum, quæ in sacris ordinibus sit, vel fuerit constituta \*, vel beneficium ecclesiasticum obtinens, vel religiosa, præsumat sequi continue vel quasi continue aliquam curiam secularem; sic quod sit de familia sua, vel victum, seu stipendium recipiat ab eadem: nisi sui Prælati vel superioris consilio, & assensu sui Capituli seu conventus, vel majoris partis ejusdem licentia prius habita, & obtenta. Si quis vero horum temerarius violator extiterit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Episcopum \* vero propter prærogativam pontificalis officii ligari nolumus hac sententia lata. Sed nihilominus a nobis Archiepiscopo, vel successoribus nostris super his petere licentiam teneantur.

\* sint vel fuerint constituta

\* Episcopos

## CAPUT V.

ARNALDUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Cogendi beneficiati, ut in suis ecclesiis resident, quantumvis facultatem habeant abscedendi; nisi abscesserint studiorum causa.*

**E**T ut prædicta de divino officio in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis per Canonicos, & alios quoscumque beneficiatos in dictis ecclesiis horis debitis, sine murmure, & aliis confabulationibus solemniter, & devote fiant, compellant Episcopi Rectores ecclesiarum, & alios beneficiatos, præsertim habentes beneficia

requiritia ex speciali statuto, vel ordinatione residentiam personalem, in suis ecclesiis, & beneficiis residere: non obstantibus licentiis per eos de non residendo quibuscumque, nisi studiorum causa personis docibilibus, vel alia rationabili causa concessis.

## CAPUT VI.

IDEM in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Canonicum ab Episcopo, vel Capitulo missum canonicam portionem debere recipere.*

**C**ANONICUS, seu clericus de Capitulo ecclesiæ cathedralis quancumque \* per Episcopum, & Capitulum, seu per ipsum Capitulum pro negotiis ipsius ecclesiæ missus fuerit, recipiat, ac si præfens esset, canonicam portionem.

\* quicumque

## CAPUT VII.

PETRUS secundus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Extenditur superior constitutio ad Canonicos & presbyteros de Capitulo cathedralium, vel collegiatarum ecclesiarum a dictis ecclesiis missos, eosque, qui a pluribus ecclesiis missi fuerint ad communia negotia.*

**I**NSUPER quia per dominum Arnaldum bonæ memoriæ Archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Tarracon. prædecessorem nostrum fuit provide institutum \* in constitutione, quæ incipit, *Canonicus, seu clericus &c.* quod Canonicus, qui ab ecclesia cathedrali pro ipsius ecclesiæ negotiis missus esset, reciperet in absentia portionem; præfatam constitutionem ad Canonicos, & presbyteros de Capitulo cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum, qui a dictis ecclesiis, pro earundem ecclesiarum cathedralium, vel collegiatarum negotiis missi fuerint, ducimus extendendam. Et quod præbendatus, (qui) in pluribus ecclesiis cathedralibus vel collegiatis missus (fuerit) per alteram ex ipsis ad tractandum negotia, quæ communiter tangunt ipsas ecclesias, ut sunt negotia concilii provincialis, vel curiarum domini Regis generalium, habeat portionem suam, quam reciperet, si personaliter adesset in ipsis ecclesiis \*: quam etiam extendi volumus ad illos, qui ad præfens concilium convenerunt.

\* constitutum

\* in ipsis ecclesiis resident

## CAPUT VIII.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

*Declaratur superior constitutio, doceturque de omnibus, qui missi fuerint, intelligi debere, sive conjunctim, sive divisim ab Episcopo, aut Capitulo missi fuerint.*

**L**ICET per constitutiones prædecessorum nostrorum, scilicet dominorum Arnaldi, incipientem, *Canonicus, & Petri memoriæ celebris incipientem Insuper quia &c.* sufficienter, ut congruit, sit provisum, quod Canonici seu presbyteri de Capitulo per Episcopum, & Ca-



Capitulum ad concilium provinciale missi, seu ad curias, vel (ad) alia parlamenta fructus suarum præbendarum, & beneficiorum recipiant integre, ac complete, ac si in dictis eorum beneficiis existerent residentes: aliqui tamen curiosi nituntur in dubium deducere, an hoc solum de syndicis per Episcopum, & Capitulum, vel per Capitulum tantum missis intelligi deberet. Nos itaque hujusmodi dubij materiam, quantum possumus, amputare volentes, facro approbante concilio ducimus declarandum, quod constitutiones superius expressæ non solum syndicos, vel procuratores Episcopi, & Capituli, vel Capituli tantum, sed etiam procuratores ipsius Episcopi merito amplectuntur, & ad omnes conjunctim, & divisim indubie extenduntur: volentes quod præsentis constitutione, seu declaratione non solum futuri, sed etiam qui in præsentis sunt \* concilio, gaudere valeant cum effectu.

\* fuerunt

## TITULUS IV.

## DE PRÆBENDIS, ET DIGNITATIBUS.

## CAPUT I.

JOANNES Sabinensis Episcopus, Legatus Apostolicus in concilio Ilerdensi.

*Procedendum in eos, qui post generale concilium plura receperint beneficia, quæ simul nequeunt obtineri, ac nisi sponte cesserint, ubi hæc constitutio illis innotuerit, excommunicantur. Et qui non deserviunt parochiali ecclesie, cui præsent, ea privantur.*

Quoniam propter hominum malitiam sacræ constitutiones steriles sunt penitus, & inanes, nisi eas executionis diligentia fecerit fructuosas, districte præcipimus, ut contra illos, qui sine dispensatione domini Papæ post generale concilium plura receperunt \* beneficia habentia curam animarum, vel unum simile ei, quod ante concilium haberent: & contra illos, qui sine Apostolica dispensatione plures dignitates, vel personatus post concilium (generale) receperunt \*, vel unum, cum ante concilium alium personatum, vel dignitatem fuissent adepti: nec non contra illos, qui in conferendo primo beneficio, personatu, vel dignitate, recepto secundo negligentes extiterint \*, secundum statuta generalis concilii procedatur. Et quoniam qui taliter adeptus est beneficia, quibus cura animarum est annexa, seu personatus, vel dignitates, ipso jure privatus est primo; & non sine culpa sacrilegii, quod suum non est spirituale beneficium, de facto retinere præsumit, si postquam monitus fuerit, vel ad ipsum hujus constitutionis notitia pervenerit, spontaneus eidem non cesserit sine mora, & eandem cessionem non declaraverit, excommunicationis vinculo sit astrictus. Adiciamus quoque, ut juxta statutum \* generalis concilii, si quis parochialem habet ecclesiam, in ipsa personaliter deserviat in officio, quod

\* receperint

\* receperint

\* fuerint

\* statuta

requirit ipsa ecclesia: aut eadem sit ipso jure privatus secundum constitutionem generalis concilii: & [ præcipimus, quod ] alii conferatur, nisi fuerit præbendæ, vel dignitati annexa: & tunc (præcipimus, quod) in ea perpetuus Vicarius statuatur. Et qui \* constituti sunt in personatibus, vel dignitatibus ad ordinem, quem ipsa requirit dignitas, per ipsarum \* subtractionem ascendere compellantur.

\* qui autem  
\* ipsius

## CAPUT II.

## IDEM in eodem.

*Qui non habuerint beneficium, aut patrimonium sufficiens, ad ordines sacros non promovendi: aut his sumptus ab eo, qui promoverit, vel suppeditandi, vel certe providendi. Indigni juxta constitutiones, neque ad ordines, neque ad beneficia promovendi. Illegitimi dignitates adepti, eis privantur.*

Præcipimus, ne quis promoveatur in subdiaconum, diaconum, vel presbyterum, nisi habeat (sufficiens) beneficium ecclesiasticum vel saltem sufficiens patrimonium, ad cujus quasi titulum ordinetur. Et qui aliter ordinauerit, sufficienter provideat in necessariis ordinato, vel a præsentatore ipsius ordinato faciat provideri, donec ei competens beneficium fuerit assignatum. Constitutiones quoque de indignis nequaquam promovendis ad ordines, si ve ad beneficia sub interminatione damnationis æternæ præcipimus a modo districtius observari, per pœnam super hoc in generali concilio constitutam: adiciendum, ut (ii) qui illegitimi personatus, aut dignitates hætenus receperunt, vel recipere \* præsumserint in futurum, dispensatione canonica non obtenta, eisdem sint ipso jure privati.

\* recipere  
præsumpserunt, vel

## CAPUT III.

## IDEM in eodem.

*Præcipitur, ut cuique parochiali ecclesie suus Rector præsit, non unus duabus, pluribusve: si tamen tenues fuerint, pluribus; modo ne supra quam necesse fuerit ad moderatam sustentationem Prælati.*

Quoniam quælibet ecclesia parochialis proprium, & perpetuum debet habere Prælatum, ut oves gregis dominici non mercenario \* subiaceant, sed a pastore regantur; districte præcipimus, ut quælibet ecclesia parochialis proprium Prælatum habeat, qui ad curam animarum jure perpetuo sit canonicè institutus: & nullus in duabus ecclesiis parochialibus obtineat prælaturam. Hanc autem constitutionem non referimus ad illas ecclesias, quæ ita sunt tenues, quod nulla earum competenter sufficiat \* sustentare proprium sacerdotem. In quo casu præcipimus, ut \* tot, & non plures habeat \*, quam quæ sufficere debeant, cum moderamine debito, ad sustentationem Prælati.

\* mercenariis

\* possit  
\* permitimus, quod  
\* habeant



# 420 Constitutionum Provincialium

## CAPUT IV.

IDEM in eodem.

*Statuitur, ut unus sacerdos ex deservientibus ecclesie parochiali, velut caput præficiatur; cui oblationes attribuuntur: reliqui subserviant.*

**Q**UONIAM scortum videtur ecclesia, & quasi pluribus viris exposita, in qua plures clerici pro indiviso curam sibi vindicant animarum; & hoc vitium non sine gravi periculo in partibus Hispaniæ plurimum inolevit, præsentis approbatione concilii statuimus, ut in illis ecclesiis, in quibus sunt plures clerici, unus principaliter curam habeat animarum, & alii ipsi in divinis servitiis, & (in) aliis necessariis coadiutores existant. Et qui curam habuerint \*, oblationes confessionum suas habeant; quatenus \* majora stipendia percipiant \*, qui plus noscuntur \* laborare.

\* habuerit  
\* habeat  
\* percipiat  
\* aliis noscitur

## CAPUT V.

IDEM in eodem.

*Episcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri prohibentur ab ordinandis quidquam accipere, aut curare sibi ab iis caveri beneficium ecclesiasticum minime petituros.*

**N**ULLUS Episcopus [ vel ] Archidiaconus, vel Archipresbyter, vel quæcumque persona clericum ad ordinem repræsentet \*, ut per se, vel per alium ab ordinandis aliquid exigat, vel recipiat cautionem, vel quamcumque (aliam) promissionem, quod ab ordinatore, vel repræsentatore non petet ordinatus, & repræsentatus \* sibi de ecclesiastico beneficio provideri.

\* repræsentans

\* non petant, sive non petat

## CAPUT VI.

PETRUS Archiepiscopus in primo concilio Tarraconensi.

*Cavetur, ne ab uno duo oblineantur canonicatus, qui singuli residentiam personalem postulent.*

**I**TEM statuimus, & mandamus, quod aliquis in eodem episcopatu, vel in diversis duas canonicas non (obtineat, aut) habeat; quæ (ex speciali statuto) residentiam personalem requirant, sed altera tantum debeat esse contentus.

## CAPUT VII.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in secundo concilio.

*Archiepiscopus, & Episcopi obligantur vestes sacras in ecclesia, cui præerunt, ex pannis prædivitibus conficere, aut certe centum florenos in eam rem conferre. Si in vita non fecerint, mortuorum bona obligantur.*

\* ob **C**UM ad \* honorem Dei, & cultus divini ecclesie, maxime cathedrales, pulchris pollere debeant ornamentis; idcirco sacro ap-

probante concilio statuimus, quod semper Tarraconensis Archiepiscopus, & quilibet Episcopus provinciæ Tarraconensis in morte sua unam capellam integram de pulchris pannis, & nobilibus \* ecclesie, cui præfuerit, vel centum florenos auri pro ea \* emenda relinquere teneatur: & ad hoc sint ejus bona, quæcumque habuerit \* dicto tempore obligata.

\* notabilibus  
\* eadem  
\* habuerint

## CAPUT VIII.

PETRUS secundus Archiepiscopus in tertio concilio.

*Archiepiscopus, & Episcopi, ut vestes sacras faciant, obligantur ex serico, vel auro trecentis florenis valenti in ea ecclesia, cui præerunt; idque infra triennium, ex quo erunt assumpti, etiam si vel mortui, vel translati fuerint. Nisi fecerint, ornamentis ecclesie extra eam uti prohibentur, privanturque canonica portione, si ejus recipiendæ jus habuerint, quoad consecerint: si fecerint, obligatione constitutionis incipientis: Cum ad honorem, liberantur.*

**C**UM ex officio caritatis illis teneamur obnoxii, a quibus nos recognoscimus \* beneficia suscepisse \*, hoc eodem approbante concilio ordinamus, quod quicumque de cetero præficietur in Episcopum alicujus cathedralis ecclesie provinciæ Tarraconensis, teneatur facere, & assignare ecclesie cathedrali, in qua assumptus fuerit, intra triennium capellam integram de panno serico, vel de auro cum necessariis frisaturis, valentem ad minus trecentos florenos auri: alias ex tunc quod non sit ausus recipere ornamenta ecclesie pro servitio ejusdem extra ipsam; nec teneantur præpositi, seu alii, qui ad hoc tenentur, eidem \* dare canonicam portionem, si forsan \* ex consuetudine, statuto, vel alio jure recipiat in eadem; donec dictam capellam fecerit, & assignaverit dictæ ecclesie, ut prædicitur, cum effectu. Et si prædicti Prælati infra dictum tempus dictam capellam fecerint, prout tenebantur per constitutionem Tarraconensem, quæ incipit, *Cum ad honorem Dei*, ad aliam capellam faciendam non teneantur post obitum suum, nec eorum bona remaneant obligata. Sed si forte \* infra prædictum tempus non fecerint, postea, vel post obitum suum dictam capellam de dicto valore florenorum trecentorum facere teneantur; & eorum bona ad hoc remaneant obligata. Verum si infra dictum triennium mortui fuerint, vel translati antequam dictam capellam fecerint, ad illam nihilominus teneantur faciendam, & eorum bona remaneant obligata.

\* cognoscimus  
\* recepisse

\* ei  
\* forte

\* forsan

## CAPUT IX.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Ad superiorem constitutionem additur, ut Archiepiscopus, & Episcopi capellam trecentos florenos valentem conficiant; neque his a Ca-*



a Capitulis, quo minus capellam conficiant, remitti possit; nisi vel trecentos florenos deposuerint, vel ejusdem pretii jocale ecclesie necessarium. Alioqui ecclesie ingressu interduntur: ac si mensem id facere distulerint, excommunicantur, privanturque portione canonica, si ejus recipienda jus habuerint; & ad observationem hujus constitutionis obligantur.

**D**ecet nos, & nostros suffraganeos, & infra. Injungimus suffraganeis nostris (Episcopis) quatenus infra sequens triennium a die hujusmodi in antea computandum, & eorum successoribus infra triennium, ex quo in Episcopos sint assumpti, eorum quilibet capellam prædictam de panno serico, vel de auro saltem valentem trecentos florenos in cathedrali ecclesia facere teneatur\*, vel trecentos florenos deponat: nec per capitulum ei\*, nisi pro jocali æquivalenti, & oblato, plus ecclesie necessario, remitti valeat quoquo modo. Si quis vero in his negligens fuerit, seu remissus, ex quo per Capitulum ecclesie, cui capellam facere est astrictus, verbo, vel scriptis per mensem antea fuerit requisitus, & capellam, saltem dicti pretii, ecclesie infra dictum triennium, vel trecentos florenos non assignaverit, vel modo quo supra jocale æquivalens cum effectu non tradiderit; sit ei ingressus ecclesie interdictus. Qui si per mensem sustinuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Præpositis, vel administratoribus bonorum mentæ (ecclesie) Capituli nihilominus injungentes, quod de præbendis, vel aliis juribus sibi ex consuetudine ecclesie debitis non respondeant; donec capellam fieri fecerint, seu jocale, vel dictos trecentos florenos deposuerint, & assignaverint cum effectu. Alioquin excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. Et ad observationem constitutionis hujusmodi nos, & successores nostros, ordinante sacro concilio, volumus obligari.

CAPUT X.

HIERONYMUS de Aurea Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Archiepiscopus, & Episcopi statim a possessione adepti jubentur capellam, & ornamenta conficere; aut pignus ejusdem pretii apud Capitulum deponere, idque minime restitui, nisi præstitis his, quæ facere tenentur. Ac nisi infra annum præstiterint, Capitulo pignus vendere licere, & ornamenta emere statuitur. Superioribus constitutionibus suum robur servatur.*

**L**icet per alias constitutiones, & ecclesiastica decreta sit sancte dispositum, per Prælatos, & alias ecclesiasticas personas in cathedralibus, & aliis ecclesiis habere fieri capellam, capas, aliaque ornamenta ecclesie, concessa eisdem facultate trium annorum ad illa faciendum: & cum docente experientia intra illud

tempus morte, vel alio legitimo impedimento præventi Prælati dictum onus non adimpleverint, & consequenter ecclesie dictis ornamentis privata sint, attenta difficili exactioe in bonis eorum, ideo de congruo super his, ac salubri remedio providere cupientes, statuimus de cetero, quod dicti Prælati, ac ecclesiasticæ personæ in continenti in adeptionibus possessionum dictarum dignitatum dictas capellas, capas, & ornamenta, ad quæ tenentur, persolvant, atque pro traditione earum in posse Capituli ecclesie pignora aurea, vel argentea quantitatem ornamentorum valentia realiter, & cum effectu deponant; eaque, antequam illa, quæ facere tenentur, adimpleverint, minime restituantur: facultate dicto Capitulo concessa, quod si intra annum non fuerit adimpletum, vendito pignore per dictum Capitulum adimpleatur: dictis constitutionibus alias in suo robore permanentibus.

TITULUS V.

DE INSTITUTIONIBUS.

CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Laicis attribui non debere ecclesias parochiales.*

**I**tem cum ecclesie parochiales per laicos administrari non debeant, statuimus, quod laicis nullo modo de cetero attribuantur\*, sed per clericos, & viros ecclesiasticos ecclesie gubernentur secundum canonicas sanctiones.

CAPUT II.

BERNARDUS \* Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Canonici capellanas Episcopi beneficio adepti, si aliis contulerint, eam collationem irritam esse.*

**I**ntelleximus in quibusdam aliis partibus dictæ provinciæ [Tarracon.] abusum pravæ consuetudinis subintrasse, quod cum Canonici ex collationibus suorum Episcoporum capellanas canonicæ sunt adepti, ipsi Canonici easdem capellanas aliis pro voluntate sua conferunt, & assignant. Cum autem hoc impossibile sit de jure; statuimus, ut prædictarum capellaniarum collationes per dictos Canonicos, qui eas a suis Episcopis canonicæ habuerint, nullatenus [de cetero] attententur. Quod si contra factum fuerit, id decernimus irritum, & inane.

CAPUT III.

PETRUS de Fluxo Cardinalis, apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusensi.

*Sine auctoritate Ordinarii, ad quem pertinet, nullum beneficium ecclesiasticum ordinandum; & ordinationi non interponendam esse ab Ordinario auctoritatem, nisi prius dos*

\* faciat, ut tenetur \* eis

\* attribuentur

\* Benedictus



*dos ad sustentationem vitæ presbyteri assignata fuerit in loco idoneo, & securo; salvis tamen canonicis statutis, & auctoritate providæ dispensationis.*

\* quodque  
pertinet  
\* quod  
\* poterit,  
previdere  
\* horum

\* institutis

**Q**UÆ magna sunt, & veneratione condigna, si passim pro quorumlibet voluntatibus exercentur, sua numerositate vilescunt absorbetque regendi ordinem incomposita multitudo. Hæc sedula meditatione pensantes, quod quæ pertinent \* ad decus ecclesiæ, & \* vituperari vel infirmari possent, providere \*, sicque ecclesiastica beneficia constitui super stabili fundamento, ne in opprobrium ecclesiæ facile deferantur, & ruant; harum \* serie duximus statuendum, quod nullum de cetero beneficium ecclesiasticum, sine auctoritate ordinarii, ad quem pertinet, in aliqua ecclesia, seu capella quomodolibet ordinetur: qui quidem Ordinarius non aliter foundationi, vel ordinationi talis beneficii auctoritatem præbeat, aut consensum; nisi prius dos sufficiens ad sustentationem vitæ presbyteri assignata fuerit in loco idoneo, & securo; quodque in sua auctorisatione clausulam adiciat subsequentem. „ Salvis canonicis statutis \*, & auctoritate providæ dispensationis “. Quam clausulam, etiam si omissa fuerit, haberi volumus pro inserta; & contra faciendi potestatem Prælati omnibus abdicamus.

#### CAPUT IV.

**HIERONYMUS** Cardinalis, & Archiepiscopus in concilio quinto Tarracone celebrato.

*Legenda beneficiorum onera, quibus ea fuerint conferenda. Præsentandi facultatem habentibus, instituendi, ac conferendi observandæ fundationes, & eorum, quibus beneficia conferre voluerint, perspiciendæ qualitates.*

**Q**uia valde periculosum est tam conferentibus beneficia, quam ipsa acceptantibus juramentum de adimplendis oneribus beneficiatis junctis præstare, vel recipere; si talia onera non manifestentur, ut sciatur, si talia sint, quæ adimpleri possunt per beneficiandum; & si non possint adimpleri, collationes, & institutiones denegentur, providemus, quod ante collationem, & seu institutionem faciendam, si id commode fieri possit, legantur onera juncta per fundatores, vel quæ a jure injunguntur, explicentur ipsis beneficiandis, ut ipsis visis, & intellectis, sciant, ad quæ tenentur, & ignorantiam prætere non possint; ne sub generalitate de observandis, & adimplendis oneribus, ipsorum animæ illaqueentur. Et ut fundatorum beneficiorum voluntates adimpleantur, mandamus quibuscumque facultatem præsentandi, conferendi, seu instituendi habentibus, ut antequam ad prædicta, seu aliquod ipsorum deveniant, curent fundationes, & institutiones beneficiorum videre; & qualitates præficiendorum advertere.

#### CAPUT V.

**FERDINANDUS** in concilio Barcinonensi.

**S**Æpe contingit, ut paucorum hominum, vel negligentia, vel cupiditas multis perpetuum afferat detrimentum. Quo circa, ne nocere possit ecclesiis, aut eis, qui in eisdem beneficia obtinent, aliave emolumenta ecclesiastica percipiunt, quod fieri accepimus in aliquibus locis hujus provinciæ, ut pecuniæ inter præsentem dividantur, & successores oneribus graventur; hac constitutione, sacro approbante concilio, vetamus; ne perpetua onera utpote Missarum, vel anniversariorum, tam in ecclesiis cathedralibus, quam in aliis collegiatis, vel parochialibus, aut aliis quibuscumque, aut etiam a quibusvis ecclesiasticis collegiis, confraternitatibus, sive personis imponi patiantur, ut se, & successores suos perpetuo obligent, nisi dote sufficienti recepta, quæ perpetuo utilis futura sit. Idque si factum fuerit, ab omnibus Ordinariis, & aliis superioribus, tam in visitatione, quam extra eam severe coerceatur. Quæ vero a viginti annis citra imposita fuisse constiterit sine dote sufficienti, aut si dos inter præsentem, & consentientes consumpta fuerit; non obligare successores declaramus, nisi ex ea pecunia redditus perpetui æqui polentes oneri comparari possint: quod quam primum fieri jubemus, eisdem male perceptis pecuniis restitutis per ecclesiasticam distinctionem. Qua in re Ordinarii, & superiores prædicti visitando, aut alias debitam moderationem adhibebunt.

#### CAPUT VI.

**IDEM** in eodem.

**B**ONÆ memoriæ Petri de Fluxo Cardinalis sedis Apostolicæ Legati constitutioni, quæ incipit, *Quæ magna sunt*, fraudem fieri a multis accepimus. Cum enim in ea statuatur, neminem beneficium ecclesiasticum sine auctoritate Ordinarii, ad quem pertinet, in aliqua ecclesia, seu capella quomodolibet ordinare debere; neque ipsum Ordinarium aliter foundationi, vel ordinationi ejus beneficii auctoritatem aut consensum præbere, nisi prius dos ad sustentationem vitæ presbyteri in loco idoneo, & securo fuerit assignata: multi capellanas, personatus, vel alia officia, aut servitia, tam in vita quam in ultima voluntate instituunt, quæ nolunt beneficia appellari, neque auctoritatem alicujus Ordinarii interponi, neque collationem, institutionem, aut confirmationem fieri; neque quemquam Episcopum, aut ejus Vicarium generalem, aut Officialem, aut visitatorem, neque sedis Apostolicæ Legatum, aut aliam ecclesiasticam personam in eorum dispositione, sive contractu, aut pia voluntate, aut circa personam illius capellani, aut servientis, aut circa dotem, vel bona ei relicta, vel applicata quoquo modo sese immiscere. Cum jure quoque civili statutum sit, neminem posse efficere, quin leges in sua dispositione locum habeant.



beant. Sunt etiam ex his aliqui, qui non dotem certam relinquunt; & alii, qui eam dotem non clerico fervienti assignari permittant, sed omnia fidei heredum, aut aliarum personarum committant. Quæ omnia corrigere cupientes, sacro approbante concilio statuimus, decernimus, & declaramus, ut Episcopi, qui juxta sacri concilii Tridentini decreta omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos sunt executores, omnium prædictarum dispositionum, non obstantibus quibuscumque verbis dictorum contrahentium, vel disponentium, sint moderatores, & executores; ita ut, quæ juxta canonicas sanctiones in laudem Dei, & utilitatem ecclesiarum relicta, vel disposita fuisse constiterit, habitis pro non scriptis vel cancellatis, & abolitis condicionibus illis, vel pactis minus rationi consentaneis, cetera confirmant; & si opus fuerit, beneficia erigant, aut pia ipsa relicta, vel disposita in tutioribus locis collocent, super quibus eorum conscientias oneramus. Quod si non talia fuisse repererint, aut modicæ, vel nullius utilitatis, aut si eis videatur, ea in alia pia opera commutent, aut nulla, & irrita esse declarent. Nec deinceps tales contractus, vel dispositiones cum eisdem, vel similibus clausulis fieri sub excommunicationis pœna in notarium, & testes, & ipsos contrahentes, vel disponentes ferenda ullo unquam tempore permittimus. Nec Rectores, aut alii clerici quemquam ad Missarum, vel divinarum officiorum celebrationem admittant, sine Episcopi, vel ejus Vicarii generalis licentia in scriptis obtenta. Quod si fecerint, arbitrio eorundem Ordinariorum puniantur.

## CAPUT VII.

IDEM in eodem.

*De personatibus.*

**L**icet personatus, sive personalia beneficia ideo nuncupata sint, quod non ut in perpetuum beneficia remanerent, sed ad vitam aliquarum personarum ecclesiasticarum dumtaxat instituerentur, & postea eorum redditus in alios pios usus applicarentur, & ab immemorabili tempore in hac nostra Tarraconensi provincia erigi, & institui consueverint; cum ea in divini cultus augmentum tendant; ac Christi fidelium pias voluntates ampliari, non autem restringi conveniat, institutiones eorundem adjuvari oportere censuimus. Verum cum nonnumquam in dictorum personatum, seu personalium beneficiorum fundatione plurimæ fraudes, & sæpe non sine simoniaca labe, quod vehementer dolemus, commissæ fuerint; ut hujusmodi fraudibus, quantum a nobis fieri possit, occurratur, sacri approbatione concilii statuimus, ut nullus personatus, seu personale beneficium sine auctoritate, & decreto Episcopi, seu ejus Vicarii generalis erigatur; qui decretum, & auctoritatem suam in fundatione interponere non possint, nisi dos assignata in censualibus, vel aliis redditibus perpetuis consistat. Ea vero dos, sive ii redditus non super bonis

dotantis, vel ejus, qui patronus efficitur ex censuali, vel alio novo contractu fundentur; sed sint alii veri redditus in locis tutis, & firmis consistentes ab eisdem Ordinariis antea approbandi; ita ut prius pecuniæ rectæ collocatæ sint quam decretum interponatur; nec dos in sola pecunia numerata consistat, aut in prædiis, vel domibus inutilibus, aliisque rebus mobilibus, vel immobilibus, aut animalibus, nisi ea perpetuo fructuosa esse verisimiliter possint. Quod si permittatur in fundatione, ut in alia opera pia redditus supradicti collocentur, post primæ vel secundæ, vel ulterioris personæ obitum, quæ beneficium obtinebit: nolumus enim, ut post earundem resignationem, aut aliam vacationem, id fieri permittatur: in ipsa erectione, seu fundatione declarentur species piorum operum; & cum casus evenerit, in ea pia opera illi redditus distribuantur. Et ut horum omnium, & singulorum nihil unquam possit cæleri, in libro speciali, tam personatum erectiones, & dotationes, quam collationes, & institutiones, nec non in libro piarum causarum, vel operum piorum, ea pia opera in dictos eventus instituta describantur. Maximam quoque curam prædicti Ordinarii adhibebant, ne quis dolus, vel fraus, aut aliqua simoniaca pactio in erectione, aut fundatione, vel in collatione, aut institutione, aut etiam in permutatione dictorum personatum, sive personalium beneficiorum interveniat: eaque prohibere, ac punire severitate canonica procurent, quod non solum in futura, sed etiam in præterita crimina jure communi prohibita locum habere declaramus.

## TITULUS VI.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR; ET QUALITER FRUCTUS ANNUI VALORIS DIVIDANTUR.

## CAPUT I.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Caverur, ne hi, ad quos archiepiscopalis, episcopalisve dignitatis administratio pertinet, ad aedes archiepiscopales, aut episcopales migrent morandi causa, nisi Capitulo consentiente: sed neque ullas scripturas ex archivo extrahant, nisi præsentibus duobus, aut tribus Canonicis ad id designatis: & quidem cum administrationis causa opus fuerit; ac ea lege, ut eas reponant, simul ac usi fuerint. Impensas nullas ferant, nisi quas consensu Capituli administrationis causa fecerint domo sua profecti ad Capituli negotia gerenda. Successori rationem administrationis reddant; quæ supersuerint restituant: nec bona modo, sed etiam instrumenta: quod si hæc infra duos menses non restituerint, excommunicantur.*

**U**T hi, quibus administratio bonorum archiepiscopalis, vel episcopalis dignitatis

com-



competit sede vacante ex consuetudine, vel statuto, vel qui ad hoc per Capitulum eliguntur, sciant se solam administrationem, & custodiam dictorum bonorum habere; statuimus ultra remedia jam provisa, quod ille, qui administrationem huiusmodi exercebit, ad palatium, seu hospitium dignitatis prædictæ, nisi de expresso consensu totius Capituli, se non conferat ad morandum: nec de chartulario, seu archivo, vel alio loco, ubi teneantur privilegia, instrumenta, seu registra, libros, seu alias scripturas abstrahat: nisi (ipsis) pro dicta administratione indigerit; & tunc de consensu Capituli, & præsentibus duobus, vel tribus Canonicis per ipsum Capitulum deputatis: & statim cum ipsis non indigerit, in loco, unde abstracta fuerint, restituat, seu reponat: nec pro suis \* expensis aliquid de dictis bonis recipiat, vel expendat; nisi ipsum pro negotiis ipsius dignitatis oporteat de consensu Capituli extra suum domicilium proficisci. In quo casu dumtaxat, quamdiu circa expeditionem dictorum negotiorum institerit, possit moderatas expensas recipere, & habere, & teneatur futuro ipsius ecclesiæ Prælato de tota dicta administratione, quam citius commodè poterit, fidelem reddere rationem. Et quidquid apud ipsum ratione reddita repertum fuerit superesse, nec non privilegia, instrumenta, registra, libros (&) scripturas alias, quæ, seu quas de chartulario, seu archivo, vel alio loco abstraxerit, vel penes se scienter retinet, aut nunc habet, infra duos menses (dicto) Prælato restituat. Alioquin nisi restitutionem huiusmodi fecerit de prædictis, excommunicationis sententiæ se noverit subjacere: statutis, & consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque.

## CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Fructus, quos a Prælati, vel Rectoribus, vel Vicariis perpetuis percipi jus est, inter heredes prædecessoris, & successorem pro rata parte administrationis dividi debent. Cujus autem anni fructus erunt numerandi, ejus initium a Cal. Maii ducendum. Quæ constitutio non extenditur ad cetera beneficia, quorum non sunt paria onera; sed neque ad Rectorias, aut Vicariatus perpetuos, ubi aliud, vel statuto, vel more sancitum est. Est pars superioris capituli.*

\* Sane  
\* semper  
\* anfractibus expenduntur

ET \* quia ut plurimum successor Prælati defuncti, qui condidit testamentum, petit de bonis defuncti provisionem usque ad novos fructus, ex quo sæpe \* sequuntur litigia, & dicta bona in litigiorum anfractus impenduntur \*, nos volentes hoc evitare, decernimus, quod si successor Archiepiscopi, vel Episcopi, aut cujuslibet Prælati collegiatæ ecclesiæ, vel Rectoris, seu Vicarii perpetui ecclesiæ parochialis, fructibus post mortem sui prædecessoris collectis, & postea colligendis contentus esse noluerit, sed provisionem de bonis

fui prædecessoris petierit, computentur fideliter omnes fructus, redditus, & proventus dictæ dignitatis, vel parochialis ecclesiæ totius anni, quo vacavit \*; qui annus incipiat a Calendis Maii: & dividantur inter defunctum, & successorem pro rata temporis illius anni, quo quilibet præfuit dictæ dignitati, vel ecclesiæ, & ipsius onera supportavit. Hoc \* autem extendi nolumus ad alia beneficia; cum eadem obtinentes non habeant tot onera supportare, sed servetur in eis, quod est de jure, statuto, vel consuetudine approbatum. Huiusmodi vero provisionem ad Rectores, vel Vicarios perpetuos ecclesiarum parochialium extendi non intendimus in diocesi \*, ubi aliud de statuto, vel rationabili consuetudine est obtentum.

\* vacant

\* Hæc

\* diocesisibus

## TITULUS VII.

DE HIS, QUÆ FIUNT A MAJORI PARTE CAPITULI.

## CAPUT I.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

CUM deceat Canonicos cathedralium, atque aliarum ecclesiarum primum querere regnum Dei, hoc est, sacro Missæ sacrificio, quam conventualem Missam vocant, peracto de aliis rebus, atque negotiis in Capitulis suis tractare, atque agere: ut sperare possint, quod apud Matthæum Dominus pollicetur, ut cetera eis adiciantur, sacri approbatione concilii statuimus, ut dum eadem Missa conventualis celebratur, Capitulum non habeatur; nec ea de causa alio, quam solito tempore Missa celebretur: contrarium facientes, præter irritationem actus, duorum dierum distributionibus quotidianis ipso jure privati sint, pauperibus eisdem statim erogandis. In omnibus vero Capituli actionibus conscribendis omnium Canonorum nomina scribantur, quamvis aliqui ex eis contradixerint iis, quæ majori parti placuerunt. Nec quod semel decretum fuerit, a minori numero Canonorum rescindatur; cum varietas, & illusio sit maxime in clericis detestanda; ne captata occasione absentia, vel occupationis aliquorum alii recte gesta rescindant. Quæ omnia tam in ordinariis, quam in extraordinariis Capitulis locum habeant.

## TITULUS VIII.

DE REBUS ECCLESIE ALIENANDIS, VEL NON.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

*Statuitur, ne sublato communi convictu, a Prælati, aut clericis ecclesiæ bona viritim dividantur, nisi diocesani consensu. Qui dividerint ab ecclesia amoveantur. Sin diocesanus consenserit, ut fiat partitio, ut convivant tamen sub Prælati sui obedientia,*

tia,



*tia, præcipitur. Sancitur quoque, ne vel Prior, vel clerici ecclesiæ bona, aut vendant, aut pignori ponant, sine diœcesani consensu.*

**C**UM in plerisque locis ecclesiarum Priores seu Prælati clericis suis communiter viventibus ministrare victualia teneantur; & circa eosdem, nec non & laicos parochiarum suarum in cura animarum debeant intendere diligenter: quidam Priores, seu Prælati, ut liberius evagari valeant, aut ut suæ satisfaciunt avaritiæ; quidam quoque clerici, ut ad divini cultus assiduitatem non compellantur a Prioribus\*, ut eorum effugiant\* disciplinam, possessiones, & bona ecclesiæ inter se divisione perpetua partiuntur\*. Quare præsentis auctoritate concilii duximus statuendum, ut nulla de cetero talis partitio fiat: & si qua facta est absque auctoritate, & consensu diœcesani, vel superioris, eam decernimus non tenere. Quod si forsitan alicujus ecclesiæ Prior, & clerici contra istam constitutionem venire præsumperint, per diœcesanum loci, vel ejus vices gerentem\* ipsos ab eisdem ecclesiis præcipimus in perpetuum amoveri. In illis autem ecclesiis, in quibus factæ sunt partitiones hujusmodi de assensu diœcesani, vel superioris, id\* præcipimus observandum, ut clerici sub obedientia, & correctione sui Prioris, seu Prælati consistant, & simul comedant in uno refectorio, sicut ante partitionem facere consueverunt; nec ecclesiæ proventus aliquo modo inter se dividant, sed magis in una mensa communicent: ut qui divinis officiis interesse neglexerint, subtractione eorum\* portionis secundum suam negligentiam puniantur a Priore. Provideat quoque Prior, ne clerici (sui), vel eorum dispensatores ecclesiæ bona dispensent\* taliter, aut expendant, quod cessantibus quotidianis distributionibus divini sequatur officii detrimentum: & hoc ita fieri nequaquam permittat. Inhibemus quoque, ne prior sine clericis, aut clerici sine Priore aliquam de possessionibus ecclesiæ impignorare valeant: nec sine diœcesani consensu aliquam possessionem vendere aut quomodocumque\* alienare præsumant. Clerici quoque inter se terras, & vineas ecclesiæ non dividant, sed communiter eas possideant, sicut communibus debent usibus deservire.

## CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Capitula generalia, ac regularia juxta præscriptum constitutionis, ut in monasteriis fiant præcipitur: prohibeturque bona monasteriorum ulla ratione alienari sine diœcesani consensu. Qui alienarint, ab administratione amovendi.*

**Q**UONIAM monasteria multiplici correctione, & reformatione indigent, præcipimus juxta\* formam generalis concilii, ut tam monachorum, quam Canonicorum regularium ge-

Tom. III.

neralia capitula fiant ipsius constitutionis tenore in omnibus observato: qui talis est, Adiacentes præsentis auctoritate concilii, ne viri religiosi sine consensu sui diœcesani Episcopi possessiones monasteriorum vendant, vel incharrent, seu\* concedant ad vitam hominis, aut permittent, aut infeudent, aut quocumque modo alienent. Quod qui facere præsumperint\*, ab administratione, qua funguntur\*, per suum Episcopum amoveantur\* in perpetuum: & qui sic obtinet, careat\* sic obtentis.

## CAPUT III.

EXIMINUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Excommunicatione plectuntur clerici, qui sub sigillo regio dignitates, vel beneficia obligarint.*

**V**OLENTES ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus, quod aliquis Prælatus, vel clericus cujuscumque status, vel conditionis existat, bona, dignitates, vel beneficia sua\* obligare sub sigillo regio non præsumat: & qui contra fecerit, eo ipso excommunicationis sententiæ ipsum decernimus subiacere.

## CAPUT IV.

PETRUS secundus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Jubentur Prælati, ceterique ecclesiastici tempore, quo possessionem adipiscuntur, omnium ad ecclesiam pertinentium, que ubivis repererint, inventaria, nova autem capibrevia infra sex menses a pacifica possessione adeptæ, conficere: confecta in loco ruto ab Episcopo designando reponere. Qui hæc facere neglexerit, superioris arbitrio puniendus est.*

**Q**UIA rei evidentia docuit, plura censuaria, & redditus beneficiorum ecclesiasticorum in toto, aut in parte fuisse perdita, & alienata, redditus diminutos, & jura alia defraudata propter præsentium in suis beneficiis incuriam, seu per mortem; ideo sacro approbante concilio statuimus, & ordinamus, quod omnes Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ tempore adipiscendæ possessionis suorum beneficiorum faciant inventarium de omnibus inventis, seu repertis in hospitibus, castris, seu aliis locis suarum dignitatum, officiorum, seu beneficiorum, sive sint instrumenta, libri, capibrevia, aut alia eorum dignitati, officio, seu beneficio pertinentia. Et etiam nova capibrevia facere teneantur infra sex menses a tempore pacificæ possessionis adeptæ. Ac obtinentes nunc ipsa beneficia infra annum a præfenti die in antea computandum habeant capibreviare: in quibus quidem capibreviis ponantur, seu designentur specificè eorum redditus, censuaria, & jura alia universa, nomina facientium censuaria, & confrontationes proprietatum, quæ sunt dictis dignitatibus, & be-

H h h

nesi-

\* non compellentibus Prioribus  
\* & eorum fugiant  
\* dividunt

\* agentem

\* illud, si-  
ve istud

\* suo

\* dissipant

\* quocum-  
que modo

\* aut.

\* vel in-  
cantent, si ve-\* præsum-  
perint  
\* fungitur  
\* amoveat-  
tur.\* obtinue-  
rint, caveant:  
si ve obtinue-  
rit, careat.\* bona di-  
gnitatis, vel  
beneficii sui



neficiis obligata. Et dicta inventaria, capibrevia, & alia scriptura publica ponantur, & conserventur infra alium mensem immediate sequentem in aliquo certo loco, & securo per eorum dicecesanum Episcopum deputando. Quod si contra prædicta, & \* eorum aliquod actum fuerit per aliquem, seu omissum, ad sui superioris arbitrium puniatur.

\* præmissa, seu

## CAPUT V.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*In quavis ecclesia librum conscribi debere, in quo non instrumenta modo jurium omnium tam dignitatis principalis, quam beneficiorum authentice contineantur, sed etiam onera, & expensæ: & infra quinquennium in sacrario reponi debere. Constitutioni incipienti: Quia rei, suum robur servatur.*

Cupientes ecclesiarum statui prospero providere, sacro approbante concilio ordinamus, quod fiat in qualibet ecclesia cathedrali, collegiata, parochiali, vel simplici nostræ provinciæ unus liber, in quo instrumenta jurium tam dignitatis principalis, quam aliorum beneficiorum ipsarum ecclesiarum, & eorum onera in forma authentica ad expensas cujuslibet beneficiati, & ampla ferie \* conscribantur; qui infra quinquennium in sacristia, vel sacrario cujuslibet ecclesiæ, ad quam pertineat, reponatur: constitutione de capibreviis faciendis per quemlibet beneficiatum, incipiente: *Quia rei, evidentiâ docuit, in suo robore permanfura.*

\* seriosus

## CAPUT VI.

IDEM in eodem.

*Quoties feudatarii innovantur, recognoscenda feuda: & potestates de quinquennio in quinquennium requirendæ.*

FEUDA, vel potestates habentes in castris, locis, seu proprietatibus quibuscumque, ut feudatariis contradicendi materia auferatur, præcipimus [per] Prælatos, & beneficiatos quoscumque ratione dignitatum, vel beneficiorum, ut ea \* recognosci faciant: quatenus \* feudatarii innoventur, & de quinquennio in quinquennium potestates requirere teneantur.

\* talia feuda habentes, & ea facere, quotiens

## CAPUT VII.

IDEM in eodem.

*Scribania, bajulia, sagionia, carcellaria, castellaniam, alcaidia dignitatibus, & beneficiis, ad quæ ea pertinent, annectuntur: prohibenturque a dignitatibus, vel beneficiis separari.*

EDIT quidem in magnum Ecclesiæ detrimentum, quod scribania, vicaria, bajulia, sagionia, carcellaria, castellaniam, alcaidia, & earum fructus, [ & ] emolumenta, & officia quocumque nuncupentur nomine, consueta etiam per laicos gubernari, quasi a mensis digni-

tatum, & a beneficiis, a quibus dependent, separata concedantur in perpetuum alicui, vel ad vitam: cum ex concessionibus hujusmodi sequatur, quod a pluribus impetrantur invitis Prælati, & aliis beneficiatis, ad quos talium officiorum dispositio pertinet, & spectat: & per ingratos, & damnolos ecclesiæ multoties talia officia gubernantur. Nos indemnitati ecclesiæ providentes, ut via ambitioni improba præcludatur, & ne concessionibus hujusmodi in perpetuum fiant a modo, vel ad vitam, ipsas scribanias (&) vicarias, bajulias, carcellarias, sagionias, castellanias, alcaidias, & hujusmodi officia, quovis vocentur nomine, quas esse damnosas ecclesiæ multoties comperimus, cum per tales talia officia gubernantur, prohibemus ea, & emolumenta illorum ab eis separari dignitatibus, vel beneficiis, quibus talium officiorum dispositio noscitur pertinere: [ quinimmo ] sacro approbante concilio [ eisdem ] annectimus, & unimus.

## CAPUT VIII.

IDEM in eodem.

*Cavetur, ne cuiquam, etiam ad compensandos labores pro ecclesia insumptos, aut si utile fore videatur ecclesiis, scribania emolumenta, redditus, proprietates, ac proventus ultra triennium attribuuntur, nedum in perpetuum, vel ad vitam: sed neque vicaria bajulia, alcaidia, carcellaria, sagionia. Si secus factum sit vel imprudentia, vel juris ignoratione, donationes, aut attributiones ejusmodi irritæ censentur.*

HOC consultissimo prohibemus edicto, ne scribania emolumenta, redditus, proventus, proprietates, seu jura quovis nomine nuncupentur, ad mensas dignitatum, monasteriorum, Capitula, collegia \*, conventus, vel (ad) beneficia quæcumque annexa, vel pertinentia quoquo modo, a nobis Archiepiscopis, suffraganeis nostris, inferioribus Prælati, Capitulis, conventibus, vel dignitates, & beneficia habentibus \* infra provinciam Tarraconensem, etiam intervenientibus nostris, seu suffraganeorum Capitulum, & inferiorum Prælatorum, conventuum consilio, & assensu, etiam jure compensationis \* servitiorum ecclesiæ impensorum, vel ubi utilitatem ecclesiæ concernere videantur, alicui concedantur \* in perpetuum (vel) ad vitam, sive etiam ad beneplacitum, vel ultra triennium dari, vel concedi valeant ullo modo. Neque etiam vicarias, bajulias, alcaidias, castellanias, carcellarias, sagionias, vel alia officia, quocumque nomine censeantur, nos, seu nostri suffraganei, aliique inferiores Prælati \*, seu habentes dignitates [ officia ] vel beneficia, capitula, collegia, vel conventus, ad quas, seu quæ [ dare ] pertineat \* officia ante dicta, alicui, vel aliquibus, etiam consilio, & assensu intervenientibus supradictis in perpetuum, vel ad vitam, nec ultra triennium assignare, vel committere valeamus: nec sic

\* Capitulum, collegiorum

\* nos Archiepiscopus, suffraganei nostri, inferiores Prælati, Capitula, conventus, dignitates, vel beneficia habentes  
\* in re compensationem concedant

\* per nos, seu nostros suffraganeos, aliosque inferiores Prælatos  
\* pertineant

fic



\* committentium

fic commissa volumus post committentis \* obitum perdurare. Et, si forsan per ignorantiam [per] inadvertentiam, vel alias per nos, aut successores nostros, suffraganeos, vel alios inferiores Prælatos, seu habentes dignitates, vel beneficia de facto contrarium fuerit attentatum, sacro approbante concilio tales concessiones, donationes, vel assignationes irritas decernimus & inanes, nulliusque efficaciam, roboris, vel momenti.

## CAPUT IX.

PETRUS de Luna Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Gerundensi.

*Commendæ possessionum, reddituum, & rerum ecclesiasticarum, quæ in regnis Aragonum, & Navarra fieri secularibus solent, tolluntur.*

\* qua, si-  
ve que

Execrandæ alienationis abufum, quo \* Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ maxime in regnis, & terris ditioni Regum Aragonum, & Navarra subiectis existentes, administrationem ecclesiarum, & rerum ecclesiasticarum habentes, loca, vassallos, & grangias, & alias possessiones, decimas, primitias, redditus, proventus, & jura & bona alia ad ecclesias, ordines [&] monasteria, seu alia pia loca, quibus præfunt, spectantia, personis secularibus sub colore, & titulo commendæ, ut per eosdem ab aliorum oppressionibus defendantur, & \* aliis confectis causis, propria auctoritate subiiciuntur, & tributaria reddunt in perpetuum, vel ad tempus, cum sit ad \* Dei offensam, & ecclesiarum, ordinum, monasteriorum, (&) locorum prædictorum grave damnum introductus \*, ac sacris canonibus [prohibitum, & interdictum] abhorrentes merito, & reprobantes, universos Archiepiscopos, Episcopos, Electos, Abbates, Priores, Magistros ordinum militarium, Præceptores, Commendatarios \*, & quoscumque ecclesiarum, & rerum ecclesiasticarum administratores, maxime in terris, & regnis prædictis existentes, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, sub excommunicationis pœna monemus, & hortamur, ut constitutiones in Lugdunensi, & Viennensi conciliis super hoc editas, in commendis jam factis de rebus supra dictis, prospicue attendant, & diligenter observent: quas commendas sub interminatione anathematis de cetero fieri prohibemus. Nos enim, si secus actum seu attentatum fuerit, id decernimus irritum, & inane.

## CAPUT X.

ENNECUS Archiepiscopus in tertio concilio.

*Excommunicantur, qui de bonis, juribus conjunctim, & indivisim ad ordinationem Tarraconensis provincie pertinentibus quicquam ecclesiis, aut ecclesiasticis personis particulariter, vel extra regias curias concedent, aut pollicebuntur. Si Capitula, col-*

*legia, aut conventus, id fecerint, a divinis suspenduntur; & relaxatio Archiepiscopo in concilio provinciali reservatur.*

EXactiones calliditate quadam conceptas, quæ interdum subtili ingenio ecclesiis, & ecclesiasticis personis, & earum statui damnum afferunt, & reipublicæ tribuunt nocumentum, quantum possumus amputare volentes; nos Ennecus miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, provinciale concilium celebrantes, omnes, & singulas personas ecclesiasticas nostræ provincie, etiam pontificali dignitate præditas quicquam de bonis, vel juribus ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, aut earum hominibus conjunctim, & in simul pertinentibus ordinationi totius provincie, dantes (&) concedentes, promittentes, vel assignantes, aut spem concedendi, vel assignandi promittentes, vel dantes alicui, vel aliquibus ullo modo, casu, vel etiam \* ratione quantumcumque ardua, particulariter tamen, videlicet extra curias, & concilia generalia, excommunicationis sententiæ, approbante sacro concilio, ipso facto decernimus subjacere. Capitula vero, collegia, & conventus cathedralium, & aliarum ecclesiarum, & monasteriorum, quibus præfunt, si in præmissis culpabiles fuerint, suspendimus a divinis; quorum absolutionem, & suspensionis relaxationem nobis, vel successoribus nostris in provinciali concilio, & non alias faciendam reservamus.

\* ullo casu  
vel aliqua

## CAPUT XI.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

*Monentur Prælati Tarraconensis provincie, ut curent observari superiores constitutiones a Petro, & Enneco Archiepiscopis ad id editas, ut bona ecclesiastica conserventur: quarum una incipit: Quia rei; altera: Feuda; tertia: Cupientes.*

RErum experientia-edocente, plura censuaria, ac redditus ecclesiasticorum beneficiorum in toto, vel in parte fuerunt deperdita, & alienata; redditus deminuti, & jura alia defraudata propter præfidentium suis beneficiis incuriam, seu per mortem: multaque incommoda, lites, & contentiones accidunt frequenter inter dominos, & feudatarios; cum ipsorum feudorum recognitiones, potestates, five potestatis \*, & alia servitia, & onera, quibus feuda subjacent, per longa tempora non petuntur. Pereunt similiter de facili jura dignitatum, & beneficiorum, si instrumenta, & capitula illorum conservari negligantur. Hæc animadvertentes primo bonæ memoriæ dominus Petrus prædecessor noster in secundo concilio per eum celebrato, in constitutione incipienti: *Quia rei evidentia*, statuit, & ordinavit, quod omnes Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ tempore adipiscendæ possessionis suorum beneficiorum facerent inventarium de omnibus inven-

\* potestates,  
five potestas



inventis, seu repertis in hospitiiis, castris, seu aliis locis suarum dignitatum, officiorum, seu [ suorum ] beneficiorum; siue essent instrumenta, libri, capibrevia, aut alia eorum dignitati, officio, seu beneficio pertinentia; & etiam nova capibrevia infra sex menses a die pacificæ possessionis adeptæ facere tenerentur. Consequenter etiam dominus Ennecus bonæ memoriæ prædecessor noster in primo concilio per eum celebrato duas edidit constitutiones, quarum una incipit: *Feuda, vel potestates* \*, per quam providet \*, quod Prælati, & beneficiati quicumque ratione [ suarum ] dignitatum, vel beneficiorum feuda habentes, ea recognosci facerent, quotiens feudatarii innovarentur, & de quinquennio in quinquennium recipi potestates \*: altera incipit \*: *Cupientes ecclesiarum*, per quam salubriter ordinavit, quod fieret in ecclesia qualibet cathedrali, collegiata, parochiali, aut simplici hujus provinciæ [ unus ] liber, in quo instrumenta jurium tam dignitatis principalis, quam aliorum beneficiorum, & eorum onera conscriberentur: quæ quidem constitutiones ita laudabiles, utiles, & accommodæ \* ecclesiis, personis, & beneficiis omnium executione, & practica usque nunc vacuæ, quod dolentes \* referimus, remanserunt, non sine illas exequi omittentium culpa gravi; qui utilitatem ecclesiarum, & beneficiorum suorum indagare, & procurare multifarie sunt astricti. Quamobrem desiderantes tantæ culpæ, & desidia providere, hujus statuti vigore sacro approbante concilio monemus, & hortamur venerabiles fratres nostros Episcopos, & Prælatos nostræ provinciæ, eisdem districtius injungentes, quatenus dictas constitutiones studeant totis viribus, quam citissime \* poterint exequi, observare, & observari facere inconcussè; ut de talento eis tradito fidelem, cum requisiti fuerint, in omnibus reddere valeant rationem.

## CAPUT XII.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

QUOD frequenter evenit, ut dotes atque alii redditus quorumcumque beneficiorum in censualibus constituti, vel ad minorem summam redigantur, vel in totum pereant, aut etiam redimantur, collusione nonnumquam, vel fraude beneficia obtrinentium, aut aliarum rerum ecclesiasticarum administratorum, aut parronum, sacri approbatione concilii decernimus, & declaramus, ut quotienscumque redimantur censuales, siue alii redditus cujuscumque beneficii ecclesiastici, etiam si personatus vel personale beneficium, vel officium, aut servitium, aut capellania sit, aut alio quocumque nomine appelletur, & ad tempus, vel in perpetuum fuerit institutum, non alibi, quam in sacratio, vel ærario ecclesiæ cathedralis, vel in locis ab Episcopis designandis in unoquoque officialatu, intra quem ecclesia illa consistit, in qua beneficia hujusmodi sunt instituta; aut

in civitate Barcinonensi in tabula cambii, siue depositorum ejusdem civitatis pro iis, qui in eadem civitate beneficia prædicta obtinent, depositum illarum pecuniarum coram publicis, & authenticis personis consignetur, & in libro ejusdem sacarii, vel ærarii, vel aliorum locorum, omnia conscribantur. Ea vero pecunia inde non amoveatur, nisi ad emendos alios redditus censuales, vel alios perpetuos dictorum beneficiorum, & cum decreto Episcopi, si intra provinciam fuerit; aut si aberit, ejus Vicarii, siue Officialis generalis. Ejus vero decreti interpositio in dicto libro conscribatur. Illud præcipue animadvertendum est, ut si ipse, qui beneficium obtinet, aut ejus consanguineus, vel affinis intra secundum gradum, aut etiam patronus, vel patroni consanguineus, vel affinis intra eundem gradum petierint eam pecuniam sibi consignari; ut ipsi deinceps, vel aliquis prædictorum redditus prædictos solvere se obligent per se, vel interpositam personam; id fieri Episcopi, siue Vicarii, vel Officialis non patiantur. Qui vero contra hujus constitutionis tenorem aliquid agere tentaverint: & quod egerint, irritum habeatur, & de suo damnum quarumcumque personarum læsarum, vel ecclesiarum, siue beneficiorum resarcire teneantur.

Per hanc autem constitutionem nihil detrahimus aliis constitutionibus provincialibus, vel synodalibus, quæ majorem diligentiam adhibent, vel alienationibus rerum ecclesiasticarum vel depositis faciendis, aut aliis solemnitatibus in supradictis requirendis de jure, vel consuetudine. In regularibus vero beneficiis, aut in secularibus, regularibus tantum personis subjectis, eorum superiores depositorum loca designabunt, & decreta, siue auctoritatem suam interponent.

## TITULUS IX.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

## CAPUT I.

NICOLAUS PAPA V.

*Declaratio Apostolica, qua statuitur venditione censualium juxta morem patriæ licere.*

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sollicitudo pastoralis officii fores nostræ providentiæ pulsare non desinit, ut indemnitati, ac statui prospero fidelis populi curæ nostræ cælitus commissi, juris moderando rigorem, per opportuna provisionis remedia, quantum ex alto nobis permittitur, salubriter consulamus. Sane, sicut fide dignorum relatione didicimus, in regno Siciliae, ac ceteris aliis dominiis, & terris carissimi in Christo filii nostri Alfonsi Aragonum & utriusque Siciliae Regis illustris, avaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas quorundam oculos adeo excæcavit, usurariaque pravitas illis in partibus in tantum excrevit, quod



quod incolæ, & habitatores partium illarum pecuniis indigentes, eas vix aliter, quam feneratorum opera quasi inauditum fenus exercentium consequi possint: & cum eas acceperint, si in tempore perceptas non restituant, brevi eorum bona in insatiabili usurarum voragine miserabiliter consumuntur: & quod in dominiis, & terris ipsius Regis ultra montes constitutis, videlicet regnis Aragonum, Valentia, Majoricarum, & principatu Cathalonie, & Comitatus Rossilonis, & Ceritanie universitates, & singulares personæ tam ecclesiasticæ quam sæculares huiusmodi pecuniis indigentes, ut cum minori incommodo eas habere possint, per venditiones annualium censuum, quæ mortua nuncupantur, super domibus, possessionibus, & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, juribus, & rebus eorum, mediante tamen instrumento gratiæ redimendi onera eorum, sibi ut plurimum prospicere, & consulere consueverunt. Quod in prædictis ejusdem Regis partibus, & regnis ultra montes constitutis non solum in longam consuetudinem, de cujus contrario hominum memoria non existit, more utentium deductum est, sed etiam per municipalia huiusmodi regnorum, & partium jura, per Regem ipsum, seu ejus prædecessores cum consensu trium brachiorum, ecclesiastici videlicet, militaris, & regalis promulgata simpliciter confirmatum. Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium, & dominiorum ejusdem Regis citra montes constitutorum indigentibus per huiusmodi censuum venditiones subveniri, ipsique a feneratorum usuris eximi possent: sed quia in hoc pecuniis abundantes dubitant usurariam pravitate committere, & sic eidem indigentibus more præmissio succurrere formidant, in indigentium detrimentum, & feneratorum eorundem evidens incrementum, pro parte ejusdem Regis afferentis ex subditis serenitatis suæ quamplures gravium usurarum voraginibus magnis hæcenus penuriis exhaustos existere; alios quoque in dies pecuniis egentes fenore magis, ac magis opprimi, & vexari; nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis paterno compatientes affectu, in præmissis de opportuna provisionis ope succurrere præfatasque censuum venditiones cum clausulis, & cautionibus ad earum validitatem inter venditores, & emptores mutuo consensu ineundis absque læsione conscientia in regnis Sicilia, citra, & ultra Pharum fieri posse debere decernere, & declarare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pro debito ministerii pastoralis nobis divinitus injuncti super his salubriter providere, ac statui, & indemnitatibus incolarum, & habitatorum regnorum, & terrarum dicti Regis citra montes constitutorum præsentium, & futurorum, quantum cum Deo possumus, subvenire cupientes, & attendentes, quod clero terrarum, & dominiorum ipsius Regis ultra montes constitutorum,

in suis olim indigentibus per venditiones prædictorum censuum auctoritate Apostolica pluries consultum, & provisum fuerit, præfati Regis in hac parte supplicationibus inclinati tam eidem Regi, quam huiusmodi regnorum Sicilia citra, & ultra Pharum, cum omnibus, & singulis incolis, & habitatoribus, ac locorum, civitatum, & terrarum universitatibus præsentibus, & futuris huiusmodi censuum super rebus & proprietatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis earundem, instrumento gratiæ pro consimili pretio illas redimendi mediante, dummodo annualis census huiusmodi censuum decimam partem principalis receptæ, seu pretii eorundem non excedat, inter se contrahendi, vendendi, & emendi, cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate, ac cum potestate vendentes personas, eorumque proprietates, redditus, jura, jurisdictiones, census, & omnia, & singula mobilia, & immobilia bona obligandi, & obligari faciendi: ac etiam quascumque alias obligationes, & submissiones cuicumque foro; necnon renuntiationes, promissiones, & stipulationes, pœnis, juramentis, & aliis cautionibus vallatas, & alia quæcumque, de quibus inter ementes, & vendentes huiusmodi censuum, conventum, & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem: decernentes, & declarantes, eosdem incolas, & habitatores, ac locorum, civitatum, & terrarum universitates censuum huiusmodi modo præmissio in regnis ipsis Sicilia citra, & ultra Pharum inter se libere, & licite contrahere, ac vendere, & emere posse; neque propterea usurariam pravitate committere: dummodo ne alias, quam ut præmittitur, quodlibet annum censuale decimam partem principalis receptæ, seu pretii venditionis ipsius non excedat; & pensionibus seu annualitatibus illorum in fortem non computatis pro totali redemptione præter principalem summam nihil ultra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur a venditore: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, privilegiis Apostolicis, nec non statutis, etiam municipalibus, vel regalibus, & consuetudinibus civitatum, & terrarum regnorum prædictorum Sicilia citra, & ultra Pharum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis; etiam si de eis facienda esset mentio specialis, quæ haberi volumus, & habemus pro sufficienter expressis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ MCCCCLII. pridie Cal. Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.



# 430 Constitutionum Provincialium

## TITULUS X.

### DE LOCATO, ET CONDUCTO.

#### CAPUT I.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in concilio quarto Tarracone celebrato.

*Statuitur, ecclesiasticorum familiaribus mercedem petere non licere post mortem dominorum, nisi probaverint promissam; vel in jus viventes dominos vocaverint.*

**S**Tatuimus, quod ii, qui cum Prælati, vel personis ecclesiasticis pro domesticis, & familiaribus morantur, vel morabuntur, post mortem dominorum [suorum] non possint petere salarium, seu solidatam, nisi probaverint, quod eis promissum fuerit \* salarium, vel solidata, seu super remuneratione habenda pro servitio dominos viventes convenerint in iudicio, saltem citatione secuta.

\* fuit

#### CAPUT II.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Qui contra immunitates ecclesiasticas domos ecclesiasticorum hospites per vim intromiserint; vel qui intromissi, postquam moniti fuerint, non abscesserint, excommunicantur, & publicari jubentur: veranturque prius absolvi, quam passo injuriam satisfecerint.*

**P**ræsumpta temeritas nonnullorum abstineret nesciens a vetitis, nec debito modo gaudere permittis, digne compellit officium præsentis, ut ea, quæ frequenter a pluribus officialibus temporalibus in personarum ecclesiasticarum præjudicium attentantur, censura ecclesiastica compefcantur. Sane licet privilegiis principum, & aliis \*, hospitia Prælatorum, Canonicorum, & aliorum beneficiarum a servitutibus hospitium sæcularium dominorum immunita existant; tamen nonnulli regii Officiales, seu aliorum dominorum temporalium Potestatis per vim, & violentiam compellunt personas ecclesiasticas ad recolligendum curiales, vel alios venientes ad curiam, seu loca, ubi tales officiales jurisdictionem exercent, ad instar sæcularium personarum pro libito voluntatis. Nos volentes huic morbo decenti remedio providere, sacro fuadente concilio ordinamus, tales Officiales, vel eorum vices gerentes, & hospites invitatis dictis personis domos prædictas intrantes, si moniti verbo, vel scriptis, protinus dicta hospitia non exiverint, per loci Ordinarium excommunicationis sententia innodari, & excommunicatos in ecclesiis diebus continuis publicari, processus competentibus terminis aggravando, donec dicta hospitia indemnata ab immixtis hospitibus absque redeundi animo fuerint relaxata; vel satisfecerint illi, cujus est hospi-

\* alias

tium, vel moram traxerint \* in eodem, ad ordinationem sui superioris de damno, interesse, & injuria, ut decebit.

\* traxerit

## TITULUS XI.

### DE PIGNORIBUS, ET ALIIS CAUTIONIBUS.

#### CAPUT I.

JOANNES Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdensi.

*Non tenere censetur obligatio, qua quis dignitatem, quam obtinet, obligavit; & qui obligavit, omni officio, & beneficio suspenditur, donec a Sede Apostolica impetravit veniam.*

**I**N ecclesiis cathedralibus, & regularibus strictius inhibemus, ne aliquis personatum, seu dignitatem suam, sicut de jure non potest, ita nec de facto pro aliqua summa pecuniæ præsumat aliquatenus obligare: decernentes ipsam obligationem (penitus) non tenere: hanc [etiam] pœnam transgressoribus infligentes \*, ut quicumque contra hanc constitutionem venire præsumperit, ipso facto (ab) omni officio, & beneficio, donec ab Apostolica sede veniam impetraverit, sit suspensus.

\* impo-  
nentes

#### CAPUT II.

ARNALDUS Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Ecclesiastica ornamenta Judæo neque vendenda, neque pignori tradenda, neque ut reficiantur, credenda. Est pars cap. incip. Presbyter.*

**N**EC ipse presbyter, vel alius calices, vestimenta, vel apparamenta alia divino cultui deputata Judæo vendere, vel impignorare, vel aptanda, seu reficienda tradere quicumque ratione \* præsumat.

\* ex causa

## TITULUS XII.

### DE FIDEJUSSORIBUS.

#### CAPUT I.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Obligaciones principales, aut fidejussorias pro dominis temporalibus factas admitti non debere, nisi consentiente domino ecclesiastico.*

**C**ompellunt domini temporales homines ecclesiæ in suorum territorium limitibus populatos, pro violariis, & censuralibus obligare: ex quo ecclesiis damna plurima subsequuntur. Mandamus tales obligationes, sive principales, sive fidejussorias per Officiales ecclesiasticos amodo non admitti: nisi prius suorum consensus interveniat \* dominorum.

\* interveniant



## TITULUS XIII.

## DE TESTAMENTIS.

## CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus in quarto concilio.

*Declaratur, ex mero, & puro officio, absque libelli oblatione, litis contestatione, & absque strepitu, & figura iudicii, simpliciter, & de plano, facti veritate cognita, super executionibus testamentorum, & relictis ad causas pias Archiepiscopus, vel Episcopus visitationis officium exercentes, vel alias, posse inquirere, & procedere: idemque in restitutionibus usurarum fieri debere. Hæc constitutio ad negotia præterita, & adhuc pendentia refertur.*

**P**ericulosæ negligentia, perversæque malitiæ heredum defunctorum, & eorundem ultimarum voluntatum executorum occurrere cupientes, & ut piæ voluntates defunctorum effectum debitum fortiantur; nos Rodericus divina miseratione sanctæ Tarraconensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacro approbante concilio, statuimus, ut tam nos, & successores nostri, quam venerabiles fratres nostri Episcopi provinciæ Tarraconensis, & eorum successores visitationis officium \* exercentes, & alias, quodcumque nobis, & \* eis videbitur expedire, possimus maxime super executionibus testamentorum, potissimum \* circa relictæ ad pias causas inquirere, & procedere ex mero, & puro officio, absque libelli oblatione, & litis contestatione, & absque strepitu, & figura iudicii simpliciter, & de plano; ipsaque negotia, veritate cognita, decedentes, voluntates ultimas defunctorum executioni debitæ demandare: cum nihil tam hominibus debeatur, quam ut extremæ voluntatis liber sit stylus, & liberum, quod postea non redit, arbitrium: eademque forma possit servari super usurarum restitutionibus faciendis. Et cum hæc fuissent jam a jure permessa, volumus, quod præsens statutum non tantum futura negotia, sed & præterita, & adhuc pendentia amplectatur.

## CAPUT II.

GUILLELMUS in concilio Tarracone celebrato.

*Curandum Episcopis, ut quæ fratribus Minoribus legata sunt, quæ ipsi ex regula sui ordinis prohibentur accipere, in anniversaria, missasque celebrandas conferantur, & quidem heredum consilio eorum, qui legaverunt.*

**C**UM in omnibus piis voluntatibus defunctorum sit per Episcopos providendum, præcipimus universis Episcopis provinciæ Tarraconensis, quod quilibet in suis civitatibus, & diocesis \* donata [ quoque ], & assignata, seu legata fratribus Minoribus, seu eorum ordini pro Anniversariis faciendis, seu Missis celebrandis, vel alias, quæ ipsis fratribus se-

cundum eorum \* ordinem, regulam, & professionem non licebit percipere, vel \* habere, & quæ ipsi fratres ex superioris præcepto extramanum suam posuerunt \*, vel ponere debuerunt \*, a quibuscumque, & per quoscumque detineantur, convertere studeant, cum heredum defunctorum, qui prædicta dederunt, assignaverunt, vel legaverunt, consilio, in anniversariis in aliis locis faciendis, vel Missis celebrandis, vel aliis operibus \* pietatis, voluntates ipsorum defunctorum, in quibus observari commode poterunt, observando.

## CAPUT III.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, administrator ecclesiæ Tarraconensis in primo concilio Tarracone celebrato.

*Declaratur, nulli Prælato, Canonico, aut clerico de rebus, aut bonis ecclesiasticis, aut ecclesiarum, beneficiorumve intuitu acquisitis heredem qualemcumque instituere licere: eamque institutionem testamenti irritam: cetera testamenti rata, & firma. Bona, quæ per ejusmodi institutionem relinquuntur, pauperibus Jesu Christi acquiri.*

**S**tatuta, per quæ in Tarraconensi, & aliis diocesis nostræ provinciæ conceditur clericis, ut de bonis suis ecclesiasticis, seu intuitu ecclesiæ acquisitis possint condere testamentum qualitercumque \*, & sub quibuscumque verbis ipsa statuta fuerint, declarantes, districtius inhibemus, ne alicui Prælato, Canonico, vel alii clerico de rebus, vel bonis ecclesiasticis, aut ecclesiarum, vel beneficiorum suorum intuitu acquisitis liceat de cetero heredem facere aliquem clericum, vel laicum extraneum, vel conjunctum. Si vero secus per quemquam præsumptum fuerit, ejus testamentum, quoad heredis institutionem, eo ipso sit irritum, & inane. Cetera vero relictæ, disposita, vel legata per hujusmodi clericos sæculares firma permanent: dum tamen relictæ non fuerint personis alias prohibitis, vel indignis. Bona autem, quæ ad institutum heredem potuissent ex hereditate hujusmodi, si non esset reprobata institutio, pervenire, ipso facto applicata, & acquisita esse volumus pauperibus Jesu Christi.

## CAPUT IV.

IDEM in concilio secundo Tarracone celebrato.

*Administratori sedis vacantis, vel Capitulo non impedienda executio testamenti Archiepiscopi, vel Episcoporum, si testandi eo modo facultatem a sede Apostolica obtinuerint. Occupata jubentur restitui. Qui restituere recusarint, sunt excommunicati. Est pars cap. incip. Ut hi, qui.*

**S**ane quia frequenter Archiepiscopus, & Episcopi ex privilegio sedis Apostolicæ testantur etiam de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, vel aliter \*, quantum eis a jure permittitur, de bonis suis ordinant, vel disponunt;

\* eundem  
\* recipere,  
seu  
\* posuerint  
\* debuerint  
☉

\* in anniversaria in aliis locis facienda, vel missas celebrandas, vel alia opera

\* qualiacumque

\* alias

ca-

\* effectum

\* vel

\* ☉ potissime

sime

\* civitate, & diocesi quondam



\* caveat  
dictus  
\* & et-  
iam capitu-  
lum diligen-  
ter

caveant \* administrator, & Capitulum sede vacante \*, quod executionem testamenti, vel ordinationem, seu dispositionem factam canonicè non impediunt, vel perturbent; nec aliquid scienter, malitiose, vel dolose occupent; vel occupari faciant de bonis defuncti Prælati, sed ea libere permittant executoribus testamenti Prælati defuncti: alioquin \* si qua de bonis ipsius Prælati defuncti, ut prædicitur, præsumperint occupare, vel hætenus præsumperunt, & infra mentem, ex quo fuerunt \* requisiti (etiam) plenarie non restituerint executoribus supradictis, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.

## CAPUT V.

PETRUS secundus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Excommunicatione interdicatur, ne Vicarii generales, Officiales principales, Decani, vel Officiales foranei Episcoporum, vel aliorum Prælatorum bona defunctorum in pios usus expendenda, in usus proprios convertant. Qui ob id in excommunicationem incurrerint, non ante absolvi posse, quam satisfecerint, & juxta defunctorum voluntatem, eam pecuniam in pios usus contulerint. Absolutio Ordinarii defertur.*

CUM nil sit tam naturale, quam voluntates ultimas defunctorum exequi juxta votum eorundem, & nonnulli Vicarii generales, Officiales principales, & Decani, vel Officiales foranei Episcoporum, vel aliorum Prælatorum, seu Priorum, & commissariorum eorundem, ad quos competit præfata executio de jure, vel approbata consuetudine, aut alias aliquotiens in proprios usus convertere non expaveant; cum converti, aut inter pauperes dividi deberent juxta ordinationem testatorum: [al. bona defunctorum, quæ in pios usus converti, aut inter pauperes dividi deberent, juxta ordinationem testatorum, convertere non expavent] nosque huic abufui volentes occurrere præfato, approbante concilio ordinamus, ne aliquis prædictorum pecunias, seu bona defunctorum, quæ in pios usus existunt convertenda, aut inter pauperes dividenda, in proprios usus ipsorum convertant; sed ea, deductis expensis, & salariis moderatis, distribuant, & distribui faciant secundum voluntates ultimas defunctorum. Alioquin Vicarios, & alios prænominos sententiam excommunicationis volumus incurrere ipso facto: a qua non possint absolvi, quousque plenariam satisfactionem fecerint de prædictis, convertendam in pios usus juxta voluntatem, ut prædicitur, defunctorum. Quam absolutionem possint facere Ordinarii eorum, satisfactione tamen præmissa.

## CAPUT VI.

PETRUS de Fluxo Cardinalis, sedis Apostolicæ Legatus in concilio Dertusæ celebrato.  
*Religiosorum bona decedentium, quibus a ju-*

*re permittitur de bonis testari, a Prælati occupanda non esse, modo ut legitime testari fuerint, & quæ Prælati jure debentur, reliquerint. Hæc constitutio etiam ad clericos sæculares porrigitur.*

ECclesiarum Prælati bona decedentium religiosorum, quibus permittitur esse secundum statuta, vel laudabiles consuetudines de bonis a Deo collatis sibi disponere, nullatenus audeant occupare; si per eosdem religiosos juxta statuta, seu consuetudines prælibatas de bonis prædictis fuerit ordinatum: dum tamen in eorum dispositionibus suis reliquant Prælati, quæ debentur eisdem secundum statuta, vel consuetudines memoratas. Idem esse censemus de bonis clericorum sæcularium decedentium, qui juxta juris formam, & provincialium, vel synodaliū constitutionum sua ordinaverint testamenta, vel ultimas voluntates.

## CAPUT VII.

HIERONYMUS de Aurea Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Decernitur, in quaque curia auditionis testamentorum, aut officialatus, aut vicariatus librum destinandum, in quo scribatur principium cujusque testamenti; nimirum testantis nomen in diœcesi, legata ad pios usus relicta, dies, atque annus, penes quem notarium sit testamentum, a quo codicillus, aut quæcumque ultima voluntas recepta: quo in libro, aut quopiam alio de executione constet. Definitionem autem prius dandam non esse, quam testamentum sit adimpletum. Si secus factum fuerit, in futurum esse irritum, inhabilem quoque ad quodcumque officium exercendum fore eum, qui fecerit, & excommunicatum.*

QUoniam non solum utroque jure, verum etiam per constitutiones provinciales prædecessores nostros editas recte reperitur dispositum, ad officium Prælati pertinere, voluntates defunctorum in relictis ad pias causas debitæ executioni demandari; & hætenus, experientia docente, incuria auditorum dictarum piarum causarum compertum est, non solum in officio suo negligentia adhibita, intra tempus a jure præfixum per executores, & heredes non adimpleri; verum etiam, quod est deterius, per dictos auditores, antequam adimpleantur, recipi debitum a jure stipendium, eoque recepto, dictis manumissoribus, & heredibus definitiones fieri, & ita voluntates defunctorum imperfectas relinqui. Ideo huic morbo de congruo volentes remedio providere, cum nil magis congruat pietati, & religioni, quam relicta defunctorum, & ad pias potissimum causas adimpleri; sacro approbante concilio statui-  
mus, & providemus, quod de cetero in qualibet curia auditionis testamentorum, ubi propria illa reperitur, alias in curia officialatus, vel vicariatus, proprius deputetur liber, in quo  
per



per notarium, & dictæ curiæ scribam continetur principium testamenti, puta nomen testantis in diœcesi, legata ad pios usus relicta, dies & anni, & in posse cuius notarii fuerit testamentum, codicillus, vel quælibet ultima voluntas, & dispositio recepta; & quod de executionibus eorum in dicto, seu alio libro appareat: & antequam dictæ piæ causæ fuerint debite adimpletæ, nullatenus valeat per auditorem aliqua definitio fieri debentibus adimplere: decernentes, si secus per quemquam auditorem factum fuerit, irritum, & inane: ipsumque nihilominus ad exercendum præfatum officium perpetuo inhabilem, & nunc pro tunc vinculo excommunicationis subiacere.

TITULUS XIV.  
DE SUCCESSIONIBUS  
AB INTESTATO.

CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in octavo concilio Tarracone celebrato.

*Præfato mortuo, aut beneficiato, bona ejus ecclesiastica viris probis committenda, juxta ecclesiæ morem: sin more receptum non extiterint, duos diligendos, si is, qui decesserit, conventui præfuerit; si non præfuerit, ab Episcopo destinandi, qui infra decem dies adhibito tabellione, & testibus inventarium conficiant, qui si negligentes in eo fuerint, duplo damnantur; si interverterint aliquid, ac moniti non restituerint, excommunicantur. Episcopi autem monentur, dum vivunt inventaria conficere.*

CUM non sine gravi peccato, quod suum non est, possit aliquis retinere, antiquum canonem hac constitutione ad memoriam reducentes, sacro approbante concilio statuimus ut post mortem Archiepiscopi (cujuslibet) Episcopi, vel alterius Prælati, seu beneficiati Tarraconensis provinciæ, bona ejus \* ecclesiastica ad manus aliquorum fide dignorum perveniant, secundum quod in ecclesia (defuncti) de consuetudine est obtentum: vel si consuetudo cessat, duo eligantur fide digni, si defunctus conventui præerat; aut ab Episcopo diœcesano, vel ejus locum tenente, si defunctus conventui non præerat (deputentur) qui bona recipiant supradicta, & infra decem dies tales, administratores, seu procuratores, adhibito tabellione publico, & testibus ad hoc specialiter convocatis, conficiant. \* de omnibus rebus defuncti mobilibus, & immobilibus, & se moventibus inventarium. Et, si per negligentiam hoc fuerit omissum, prædicti procuratores ad duplum teneantur. Si vero prædicti administratores vel aliquis alius de bonis prædictis aliquid invaserit, [ vel ] rapuerit, vel retinuerit \* fraudulenter; & legitime monitus \* bona sic retenta sine deminutione non restituerit successori, auctoritate concilii se noverit excommunicationis sententia innodatum. Admonemus autem

Tom. III.

Episcopos, & alios Prælatos Tarraconensis provinciæ, ut in vita sua, si commode fieri poterit, de rebus prædictis confici faciant inventarium. Hanc autem sententiam, vel illam de invasoribus ecclesiarum, vel rerum earum per constitutionem, quæ incipit: *Olim*, ad personas Archiepiscopi, vel Episcoporum extendi volumus ullo modo.

CAPUT II.

HIERONYMUS Cardinalis Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Decedentis Prælati ornamenta ecclesiis obveniunt.*

QUONIAM ea, quæ semel Deo sacrata sunt, amplius in profanos usus converti non debent; decernimus, ut ornamenta pontificalia, quæ quilibet Præfulum hujus provinciæ in proprios destinata usus habuerit, ea omnia, & singula, eis decedentibus, ecclesiis, quibus præerant, applicentur.

TITULUS XV.  
DE SEPULTURIS.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Prohibentur religiosi, ac clerici seculares in præjudicium parochialium ecclesiarum pactum facere: idque si fecerint, quidquid ex hujusmodi pacto acceperint, restituere jubentur.*

DISTRICTIUS inhibemus, ne aliqui regulares, seu religiosi, vel clerici seculares in præjudicium parochialium ecclesiarum aliquod pactum faciant (ita) quod alieni parochiali ipsis solvant decimas, vel apud ipsos eligant sepulturas \* statuentes, quod quidquid ratione hujus pacti recipient \*, ecclesiæ parochiali restituere compellantur.

CAPUT II.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

*De exequiis summi Pontificis.*

PIETATIS opera cum ab omnibus, quoad fieri potest, præstanda sunt, tum ab iis præfertim debentur, quos in primis pietatem decere, vel ipsa nominis ratio, quæ sæpe admonet officii, præfert. Quemadmodum ergo jure ac merito in Ecclesia catholica, jam inde usque ab ejus fere primordiis observatum est, ut summum Rom. Pontificem communem omnium patrem, totiusque Ecclesiæ caput, & publicis in Ecclesia comprecationibus, & privatis cujusque precibus omnes, ut pii filii, & religiosa membra, in communi illa omnium cura, & sollicitudine pie ac religiose, quoad licet, juvarent, ita etiam sanctum, ac pium est, pro illo defuncto omnes itidem officiosissime orare, ut eum

I i i

a rea-

\* ipsius

\* conficiant

\* consuevit

\* admoni-

tas

\* sepulchrum  
\* ut quid-  
quid occasione  
hujusmodi  
pacti perceperint



a reatu peccatorum divina indulgentia absolvat. Quamobrem inhærentes constitutioni generalis concilii Lugdunensis sub Gregorio decimo, quæ incipit: *Ubi periculum*; sacro approbante concilio statuimus, ut quotiescumque contigerit, sanctissimum Papam Romanum Antistitem ex hac vita migrare, cum primum eius obitum Prælati hujus provinciæ resciverint, & opportunum fuerit; debeat statim unaquaque cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum publice unum anniversarium, & quilibet sacerdos privatim unam Missam pro anima defuncti Rom. Pont. celebrare; aut saltem in Missa pro anima illius collectam facere: quorum exemplo admoneatur simul, & commoneatur universus populus, ut suarum erit partium, ad debitum pietatis officium defuncto Papæ exsolvendum. Quo pio opere absoluto, alterum, quod non minus pium, ac justum est, instaurandum illico videtur; ut scilicet supplicationes, & preces publice, privatimque habeantur: atque ab Ordinariis, per civitates, & dioceses indicantur, quibus clerus, populusque bonum a Deo universalem pastorem, & Christi Vicarium valeant impetrare. Idque cum a sacro œcumenico concilio Tridentino optime præceptum sit, cujusque particulari Ecclesiæ in propriæ sedis vacatione faciendum, multo magis in vacatione sedis Apostolicæ, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & magistra, observandum jure censemus.

## CAPUT III.

IDEM in eodem.

*De exequiis & spoliis.*

ET si ab omni specie mali abstinere operæ pretium esse Apostolus non doceat; aliqua vero potissimum, quam longissime a viris ecclesiasticis, præcipue vero a parochis esse, & quæ illis opposita sunt in ipsis quam maxime elucere debent: primum scilicet, ut abstineant ab omni avaritia, & non sint turpis lucri cupidi; & quia quantum humana fragilitas patitur, irreprehensibiles esse debent: ea omnia, quæ suspicionem avaritiæ inducere possunt, ab ipsis parochis aliena esse convenit; ut is, qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere de eis. Sacro igitur approbante concilio statuimus, & ordinamus, ut de cetero nullus Rector, aut Vicarius, seu quivis alius parochus prætextu cujusvis consuetudinis, etiam immemorabilis, aut alio quovis quæsito colore audeat sub nomine spoli, aut quocumque alio nomine sibi vindicare unam ex vestibus, jocalibus, vel aliis bonis mobilibus, vel se moventibus illorum, quos mori contigerit infra limites suæ parochiæ, qui sit ab ipsa parochia alienigena, aut peregrinus; sed solum, & dumtaxat ea bona mobilia, aut se moventia, quæ penes defunctum alienigenam, aut peregrinum, per Rectorem, Vicarium, aut alium parochum loci, in quo decesserit, seu unum ex illis, quod ipse parochus elegerit, capiantur ad effectum, ut expensæ

funeralium, quæ in ecclesia parochiali loci, in quo ipse alienigena, aut peregrinus decesserit, celebrabuntur: solvi possint, & ne super excessivitate ipsarum expensarum possit quæstio fieri, eodem approbante concilio sancimus, ut expensæ funeralium cujuscumque nobilis, aut militis, sive de militari genere procreati alienigenæ, seu peregrini, decem libras Barcinonenses; mercatoris vero, aut notarii, aut similis conditionis sex libras; aliorum vero inferioris status quattuor libras Barcinonenses excedere non possint: licitumque sit Episcopo, vel alii loci Ordinario juxta qualitatem, & facultates defuncti taxam prædictam minuere; liceat etiam heredibus, seu marmessoribus, aut aliis consanguineis defuncti, ad quos id onus de jure spectat, si eis videbitur, majorem elemosynam pro suffragiis ipsius defuncti eidem parochia libere, & gratis dare: non enim intentionis nostræ est, pias fidelium largitiones prohibere, sed cupiditatem, quæ radix omnium malorum est, ab universis ecclesiasticis personis, maxime vero a curam animarum habentibus amovere. Et quia etiam intelleximus, quod quando aliquod corpus, seu cadaver defuncti, quod in alio loco, quam ubi decessit, est sepeliendum; pro transitu per alias parochias, per Rectores, Vicarios, seu alios curam animarum habentes, seu forsitan alias personas in locis, per quos fit transitus, quandoque fiunt vexationes, ita quod nisi secum de aliqua pecunia solvenda convenient, cadaver aliquando detinetur: nos, sacro approbante concilio, prædicta de cetero fieri prohibentes statuimus, & ordinamus; ut salva quarta, seu alia parte de jure, vel consuetudine ecclesiæ, in cujus parochia quis decessit, debita exsolvi consueta nullus Rector, Vicarius, aut alius curam animarum obtinens, seu quævis alia persona possit a deferentibus per transitum cadaver alicujus defuncti, exigere in qualibet parochia ultra duo regalia argenti, teneanturque requisiti per eos, qui corpus, seu cadaver deferant, in ecclesia illud tenere. Qui vero contra aliquod ex præmissis fecerit, aut aliquod exegerit; ad restitutionem dupli ipsi parti, a qua exactum fuerit, & ad omnium dampnorum, & expensarum emendam teneatur, & arbitrio Ordinarii puniatur.

## TITULUS XVI.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

## CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone.

*Qui alieno parochiano sacramenta administrat sine facultate Rectoris, vel diocesani, poenam decem morabatimorum incurrere \* : exceptis sacramentis baptismi, & poenitentiae; idque tempore necessitatis.*

CUM \* ecclesiastica sacramenta sint ministranda per proprium sacerdotem, juxta ca-

\* incurrit

\* Item, cum

ca-



\* *instituta* canonica statuta \*, sacri approbatione concilii duximus providendum, quod nullus clericus præsumat quodcumque sacramentum ecclesiasticum alteri parochiano aliquatenus ministrare absque licentia proprii Rectoris, seu diocesani, vel Officialis ejusdem. Qui vero contrarium temeritate propria, quæ lege \* *a lege* damnatur, præsumpserit attentare, poenam decem morabationum diocesano, vel ordinario, cui subesse dignoscitur, solvere compellatur. Volumus tamen, quod sacramentum baptismi, & poenitentiae morientibus, tempore necessitatis cogente \* *cogentis* extremæ, possit conferri, & dispensari a quolibet sacerdote, memorata poena in aliquo non obstante.

TITULUS XVII.  
DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdæ celebrato.

*Decimas, & oblationes debitas a Judæis, & Sarracenis pro domibus, & possessionibus, quæ fuerunt Christianorum, solvi debere.*

Præcipimus, ut tam Judæi, quam Sarraceni ad solvendum ecclesiis decimas, & oblationes debitas pro terris, & domibus, & aliis possessionibus, quæ ad ipsos a Christianis quomodocumque devenerint \*, per distinctionem ecclesiasticam compellantur.

\* *quocumque modo, si-  
ve quando-  
cumque de-  
venerunt*

CAPUT II.

RODERICUS Archiepiscopus in secundo concilio Ilerdæ celebrato.

*Declaratur, a Sarracenis solvendas decimas fructuum novalium, quæ in possessionibus colunt Christianorum; cum antequam ea novalia colerentur, ecclesiæ solverent decimas pascuorum nomine.*

Licet in dubium verti non debeat, quod sacris canonibus est statutum; quidam tamen captantes ignorantiam affectatam, vertunt in dubium, utrum de fructibus novalium, quæ Sarraceni in mansionibus \*, aut terris minorum Christianorum faciunt, decimas \* ecclesiis solvere teneantur. Unde nos Rodericus (permissione divina sanctæ Tarracon. Ecclesiæ Archiepiscopus) dubitationis hujusmodi materiam amputantes, sacro approbante concilio, declarando decernimus, Sarracenos quoscumque de prædictis novalibus decimas, & primitias debere ecclesiæ integre solvere; sicut de fructibus aliarum possessionum, quæ fuerunt Christianorum, & ad culturam eorundem Sarracenorum postmodum pervenerint \*, præsertim cum de gregibus, qui in montibus & terris hujusmodi pascebantur; antequam ad culturam novalium redigerentur (ab ipsis) decimæ, & primitiæ ecclesiis solverentur: cum res eadem propter di-

\* *montibus  
\* decimam  
ipsi Sarraceni*

\* *pervenerunt*

versitatem fructuum non debeat, quoad præstationem decimæ, diverso jure censerit.

CAPUT III.

SANCTIUS Archiepiscopus in tertio concilio.

*Decimæ, ac primitiæ pecorum, & aliorum animalium, ac fructuum nomine integre sunt persolvendæ, sine expensarum deductione, pro eo ac solvi in quoque loco sunt solitæ. Qui non solverit, excommunicatur. Absolutio Prælati, & eorum vices gerentibus reservatur: a quibus mandari debet Rectoribus, & iis, quibus cura animarum commissa est, ut quater in anno hanc constitutionem curent publicari.*

CUM ad præstationem decimarum, & primitiarum tam jure divino, quam humano quilibet teneatur; cum decimæ, & primitiæ cibis sint egentium animarum; & quidam decimas, & primitias ecclesiis, & personis ecclesiasticis perverfis machinationibus subtrahere moliantur; quidam ex eis semen deducentes, & sumptus, qui fiunt in agricultura, & fructibus colligendis; alii vero decimas \* persolventes non ad decimam partem, seu mensuram, sed ad undecimam, duodecimam, aut (ad) aliam partem ulteriorem, in grave præjudicium ecclesiarum (&) personarum (ecclesiasticarum) & ipsorum subtrahentium magnum periculum animarum: propterea nos frater Sanctius miseratione divina sanctæ Tarraconensis Ecclesiæ Archiepiscopus, nolentes pati, ut jura ecclesiarum præsumptione aliqua minuantur, ac volentes talium subtrahentium animarum providere salutem, approbante sacro concilio statui-  
mus, & ordinamus; quod quicumque ratione prædiorum, pecorum, aut pecudum, vel aliorum animalium, aut quorumlibet fructuum vel aliarum rerum decimas ecclesiis, & clericis exhibere tenentur, eas, prout tenentur, cum integritate persolvant absque deductione aliqua sumptuum, vel expensarum: statuentes etiam sacro concilio approbante, quod primitiæ in locis, in quibus est eas assuetum solvi, solvantur integre, & complete, nulla expensarum, aut sumptuum subtractione (deducta) ad partem illam, seu mensuram, aut quotam, ad quam solitæ sunt persolvi, omni fraude cessante. Alias qui scienter, vel malitiose contrarium fecerint \*, excommunicationis sententiæ ipso facto volumus subjacere: quorum absolutionem nobis, & diocesani Episcopis, & nostris, eorumque vicariis, & Officialibus nostris, & suis principalibus, & eorum cuilibet specialiter reservamus. Volentes, & mandantes omnibus, & singulis Episcopis suffraganeis nostris, & eorum Vicariis, & Officialibus principalibus, quod per Rectores ecclesiarum, & alios curam animarum tenentes, quater in anno, videlicet in festis Natalis \* Domini, Paschæ, Pentecostes, & sanctæ Mariæ mensis Augusti, præsentem constitutionem faciant publicari, quando major populi multitudo in ecclesias suas \* conven-

\* *decimas*

\* *fecerint*

\* *Nativitatis*

\* *ecclesiis suis*



rit ad divina. Dat. in sacro concilio Tarracone, anno Domini MCCCLIV. quinto Idus Decembris.

## CAPUT IV.

ENNECUS Archiepiscopus in concilio tertio Tarracone celebrato.

*Constitutio a Sanctio Archiepisc. super publicatione eorum, qui detinent decimas, aut primitias, jubetur observari. Qui in ea observanda negligentes fuerint, decem solidis multantur, & quidem quoties negligentes fuerint: quorum dimidium procuratori fiscali Prælati addicitur, fabricæ sedis dimidium: monenturque Officiales, ac ceteri, ad quos id facere spectat, eos, qui decimas, aut primitias interverterint, aut detinuerint moniti, in ecclesiis denunciare excommunicatos.*

**L**icet in constitutione per bonæ memoriæ dominum fratrem Sanctium Archiepiscopum Tarraconensem prædecessorem nostrum edita super solutione decimarum, & primitiarum incipiente, Cum ad præstationem decimarum, & primitiarum, salubriter sit provisum, quod suffraganei nostri, & eorum Vicarii, & Officiales in quattuor festis, videlicet Natalis, Paschæ Domini, Pentecostes, & beatæ Mariæ mensis Augusti, dictam constitutionem faciant quolibet anno publicari, dum in eorum ecclesiis major fuerit \* populi multitudo: quia tamen dicti suffraganei nostri, & eorum Vicarii generales, & Officiales in his fuerunt negligentes, ex quo tenor prædictæ \* constitutionis fere evanuit a mentibus subditorum, in ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum præjudicium, atque damnum; propterea querela ad nos super his deducta, approbatione sacri concilii statuimus, quod Rectores, & Curati ecclesiarum provinciæ Tarraconensis dictam constitutionem in dictis quattuor festivitatibus publice [ & ] alta, & intelligibili voce in eorum ecclesiis, dum [ in ipsis ] major populi multitudo ad divina convenerit, publicent, seu faciant publicari. Negligentes, seu remissos in prædictis pœnam decem solidorum, quorum dimidium acquiratur \* procuratori fiscali sui Prælati, dimidium \* fabricæ sedis ejusdem, pro quolibet defectu incurrere volumus ipso facto: injungentes in virtute sanctæ obedientiæ Vicariis in spiritualibus generalibus, & Officialibus principalibus, ac foraneis, seu Decanis nostris, & dictorum Prælatorum quatenus occupatores, detentores, & subtractores hujusmodi decimarum, & primitiarum, cum eis constiterit, & inde fuerint requisiti, debeant, & teneantur per eorum Rectores districtius facere nuntiari, & [ vitari ] publice excommunicatos tandiu, donec satisfactione præmissa, absolutionis beneficium meruerint obtinere.

\* adfuerit

\* dictæ

\* acquirendam videlicet medietatem

\* & aliam medietatem

## CAPUT V.

PETRUS quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Si summaria habita informatione Ordinarius cognoverit, a laico quopiam, aut clerico decimas, aut primitias retentas, aut defraudatas; vel extrajudicialiter reum etiam non vocatum jubetur monere, ut infra tres proximos dies integre decimas, ac primitias solvat: nisi fecerit, citare, ut præsens declarari videat se in censuras, & pœnas sacrorum conciliorum Tarraconensium contra raptores, occupatores, ac invasores rerum ecclesiasticarum incidisse: ac si non paruerit, contra eum, & quemcumque ejus fautorem, velut ecclesiasticorum bonorum occupatorem, & canonum violatorem procedere. Statuitur etiam, ut in ejus, qui primitias defraudavit, præsentia cesserur a divinis, servata forma contra invasores solita servari. Confessoribus etiam excommunicationis pœna irrogatur, si quempiam ejusmodi primitiarum detentorem absolverint, excepto mortis articulo, nisi iis, quæ detinuerint, restituis. Quæ super his aliter facta, aut iudicata fuerint, irrita censentur: jubeturque publicari quater in anno hæc constitutio.*

**Q**uamvis cunctis Christi fidelibus de universis frugibus decimas, atque primitias in lignum veri imperii, & universalis domini ab ipsa Mosaicæ legis traditione a Domino, cujus est plenitudo orbis terrarum, consecratas, & destinatas integre solvi debere, sit de necessitate salutis injunctum, idque pater Abraham fecit, Jacob autem vovit, Dominica etiam vox per Malachiam, ac etiam Evangelium suum præceptis fieri oportere jubeat, atque ostendat; nihilominus tamen quorundam perverforum hominum in tantum damnata processit ambitio; ut eas, suæ salutis immemores, præsentis consuetudinis, quæ corruptela potius censenda est in hoc casu, nefario quodam, sacrilegoque ausu sacris sacerdotibus, quorum eibus esse debent, denegare, occupare, & usurpare, ac penes se pertinaciter detinere, & res Domini violenter rapere, atque invadere, ipsamque Dominum, & creatorem in suis ministris impudenter offendere minime vereantur, in grave animarum suarum, evidensque discrimen, ac plurimorum scandalum manifestum: quod alias felicis, piæque memoriæ Leo Papa decimus in suo sacrosancto moderniori Lateranensi concilio, quam sit grave considerans, & divini dignum animadversione iudicii attendens, animarumque salutem piissimi patris more consulere volens, sanctorum patrum, & prædecessorum suorum vestigiis inherendo, & constitutiones canonicas ab eisdem editas innovando, dictas decimas, & primitias solvi statuit, decrevit, & ordinavit: & novissimis temporibus serenissimus, atque invictissimus Carolus, di-



divina favente clementia, Romanorum, & Hispaniarum Rex catholicus, & Imperator electus, Christiani nominis cultor, & illius imperii propagator feliciffimus, & defenfor acerrimus per fuam quandam aliam pragmaticam sanctionem nuper per eum editam motu proprio, & ex ejus certa scientia dicti Leonis constitutionem hujusmodi approbavit, illamque sub magnis pœnis diftrictiffime, & inviolabiliter obfervari voluit, decrevit, atque mandavit, prout in fingulis constitutionibus defuper emanatis plenius continetur. Cum igitur dicti iniquitatis filii decimas, & primitias hujusmodi folvere recufantes, divo teftante Ambrofio, Deum, & dominum noftrum abnegare credantur, & veram propterea fecundum eum confessionem facere non poffint, cum facrilégii crimen committant, æternæ damnationis incurrant iudicium, & conveniat hujusmodi peffifero morbo de opportuno providere remedio, cum docente experientia iufte pro peccatis noftris affligamur, dicente Domino: *Quia mihi non redditis decimas, atque primitias, idcirco in fame, atque penuria maledicti eftis.* & majores noftri ideo copiis abundabant, quod integre eas Domino perfolvebant: modo autem quia eorum abfcefifit ufus, fifci fuffecit apprehenfio, & Domini indignatio, qui propter male parta iufte quæfita nobis auferri præcepit. Quare nos Petrus de Cardona, Dei & Apoftolicæ fedis gratia, Archiepifcopus Tarracoenfis, facro noftra approbante concilio cupientes hujusmodi obviare peccatis, & Ecclefiarum, & fubditorum noftrorum, ut tenemur, indemnitati, ac commoditati confulere, cum ii, qui dictas decimas, atque primitias de omni fructu pertinaciter folvere recufant, aut eas quomodolibet defraudant, in peccato mortali, & mora notoria exiftant; ftatuimus propterea, & hoc perpetuo valituro fancimus edicto, quod fi quando alicui provinciæ noftræ Ordinario, per fummariam quamcumque informationem, etiam ex ejus officio extrajudicialiter, & parte etiam minime vocata habitam confiterit, aliquem laicum, vel etiam clericum, aut alterius cujufvis ordinis, ftatus, aut condicionis, dignitatis, aut præminentix dictas decimas, atque primitias Ecclefiis, vel perfonis ecclefiasticis, ad quas earum perceptio, & exactio pertinebit, & fpectabit, folvere recufare; eos omnes, & fingulos, & eorum quemlibet, quotiens id confiterit, ut præfertur, ftatim moneat, atque requirat; quatenus infra tres dies immediate fequentes fub excommunicationis latæ fententiæ pœna, quam nos in eos, & illorum quemlibet defraudantes, ex nunc prout ex tunc, & e contra, in non folutionis eventum ferimus, & promulgamus, dictas decimas, & primitias folvi debitas, ac defraudatas, rejecta quacumque contraria confuetudine, juxta dicti Lateranenfi ftatuta concilii, integraliter folvant, & de eis, prout tenentur, fatisfaciant: alias vero dicta tertia die ad videndum fe in cenfuras, & pœnas facrorum conciliorum Tar-

raconenfium de invaforibus, occupatoribus, & detentoribus rerum, feu perfonarum ecclefiasticarum declarari incidiffe compareant: qui fi diftulerint, contra eos, & eorum fautores, confultores, auxiliatores, & confenfum præftantes quofcumque, uti veros, & notorios bonorum ecclefiasticorum occupatores, deteatores, & raptores, ac facrorum canonum violatores, ad declarationem, & alia neceffaria illico tribus diebus elapfis procedant; & in eorum præfentia excommunicatorum a divinis ubique omnino ceffetur officiis, juxta aliorum facrorum noftræ provinciæ conciliorum contra invafores celebratorum tenorem, & formam: inhibentes univerfis, & fingulis dictæ provinciæ confefforibus, eisque diftrictius in virtute fanctæ obedientiæ, & fub fimilis excommunicationis etiam latæ fententiæ pœna mandantes, cum non dimittatur peccatum, nifi prius reftituatur ablatum, ne dictos excommunicatos in confeffionibus privatum, aut publice audiant; neque eis, præterquam in mortis articulo, fatisfactione præmitta, fi eam impendere potuerint; abfolutionis beneficium impartiantur. Nos enim, fublata aliter faciendi, & iudicandi facultate quacumque, irritum, prout eft, & inane, quidquid in contrarium fieri contigerit, decernimus, & declaramus: hujusmodi præfentem constitutionem in Domini noftri Jefu Chrifti Nativitate & ejus Refurrectionis, & fancti Joannis, & Affumptionis beatæ Mariæ virginis feftivitatibus alias ftatutis annis fingulis fub eadem pœna, per Ordinarios, & ecclefiarum Rectores in fingulis diocefibus, & ecclefiis publicari mandamus.

## CAPUT VI.

Ferdinandus in concilio Barcinonenfi.

Conqueritur Dominus per Prophetam Malachiam, homines Deum affligere, quod decimas, & primitias non folvant; & ob id ita irafci, ut cataractas cæli non aperiatur, & maledictionem pro benedictione, fertilitatem pro abundantia tribuat; fructusque propterea corrumpantur, & terra fertilis redigatur. Unde cognofcimus, teftè beato Hieronymo, quod fi quando fames, & penuria, & rerum omnium egeftas mundum opprimit, hoc ex ira Dei defcendit, qui fe ob non folutionem decimarum fraudari afferit. Quod fi fraudantes decimas ita Dominus abhorret, & ejus maledictio eos & eorum bona perstringit; quanto magis ii deteftandi funt, qui omnino fe a decimarum folutione eximunt, quafi divinæ potentix minime fubiiciantur; cum a folutione tributi, quod in fignum univerfalis domini fibi refervavit, fe liberos effe afferent. Quapropter, ne ferpens ille antiquus gregem nobis commiffum hoc avaritiæ genere decipiat, providere volentes, facro approbante concilio, fanctorum Patrum, & præfertim facrofancti concilii Tridentini decretis inhærendo decernimus, & declaramus; nemini fæcularium licere fine divinæ maledictionis

nis



nis incurfu, fe cuiusvis poffeffionis, præfcriptionis, feu confuetudinis etiam immemorabilis prætextu a decimarum folutione liberum, aut exemptum afleverare. Qui vero exemptionem a folutione decimarum prætenderit; privilegium, feu alium legitimum titulum verum, & non præfumptum, ac per fcripturam authenticam oftendere debeat; non autem prætextu poffeffionis, aut cuiusvis præfcriptionis, feu confuetudinis etiam immemorabilis. Cum ea omnia ex negligentia decimas ipfas percipientium, & ufurpatione, ac fraude, & delicto illas folvere recufantium provenire dignofcantur. Et, ut omnis ambiguitas in folutione decimarum prorfus tollatur, facras canonicas faneiones infequendo, decernimus, & declaramus; ut fi in aliquo diftriétu, territorio, feu parochia aliqua ecclefia, vel ecclefiaftica perfona exiftat, quæ vel omnes decimas, vel majorem partem earum in ipfo diftriétu, termino, vel parochia percipiat, ex hoc intentionem fuam fundatam habere dicatur: ut ei omnes decimæ, in quarum poffeffione percipiendi alius non reperietur, de jure competere cenfeantur: folaque majoris partis decimarum perceptio, feu poffeffio probata quoad omnia prædicta, & terras, in quibus alii decimas non percipiunt, acquifita, & probata exiftimetur. Quod fi in aliquo diftriétu, territorio, feu parochia nullus fit, qui generaliter, vel pro majori parte decimas percipiat; tunc Rector, feu quivis alius curam animarum habens in dicta parochia, diftriétu, feu termino, & eo deficiente Epifcopus, feu ecclefia matrix, & cathedralis habeat intentionem fuam de jure fundatam; nedum quoad petitorium, fed etiam quoad poffefforium judicium, & ad ejus instantiam contra non folventes, & fine diminutione aliqua folvere recufantes, vel quoquo modo defraudantes procedi poffit, quovis abufu circa præmiſſa prorfus femoto. Eaque omnia tam in antiquis prædiis, quam in novalibus locum ſibi vindicent.

Inſuper, cum decimas jure divino, naturali, & humano debitas eſſe nullus Chriftianorum dubitare debeat, idque in Lateraneniſi concilio ſub Innoc. III. celebrato cap. 54. incip. *Cum fit in homine*, declaratum fuerit, dominum Deum in ſignum univerſalis domini, quaſi quodam titulo ſpeciali, ſibi decimas reſervafſe, & in prærogativam domini generalis ipſi Deo ante quacumque tributa, & cenſus ſolvi debere, & ad id per cenſuras eccleſiaſticas omnes compelli poſſe; quo fit, ut quicumque decimas deminuat, aut defraudet, aut illas folvere recuſet, ſeque a folutione decimarum taliter exemptum prætendat, ut illas nulli folvere ſe obligatum eſſe aſſerat; ex hoc ſolo graviter delinquere, & dolum committere cenſeatur: multoque fortius ii, qui prædia, feu alias poffeſſiones, ex quibus decimas percipi ſolitum erat, acquiſiverunt, & dum ad eorum manus prædia, & poffeſſiones hujusmodi devenerunt, ſe a folutione decimarum ſubtrahunt; ſicque eccleſias, ſive eccleſiaſticas perſonas ab ipſarum decima-

rum perceptione ſpoliant, in grave animarum ſuarum periculum, eccleſiaſticarumque perſonarum præjudicium, & jacturam, ſacro approbante concilio conſtitutionem bonæ memoriæ Petri primi, quæ incipit: *Olim*; & aliam Petri de Cardona incipientem: *Quamvis cunctis Chriſtiſidelibus*, & quacumque alias conſtitutiones tam contra fraudantes decimas, & primitias, quam contra inſaſores perſonarum, & rerum eccleſiaſticarum, a quibusvis aliis prædeceſſoribus noſtris editas declarantes, & quatenus opus ſit, innovantes, & ampliantes ſtatui-mus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod ex hoc ſolo, quod quis non ſolvit decimas, & ab illarum folutione in totum vel in partem ſe eximere nititur, aut prætendit, vel hujusmodi decimas fraudat, & illas integre, ut tenetur, non ſolvit, aut folvere recuſat; cenſeatur graviter delinquere, & in dolo eſſe, ita ut ex hoc tantum contra talem in vim dictarum conſtitutionum provincialium Tarraconæ contra inſaſores rerum, ſeu perſonarum eccleſiaſticarum editas procedi poffit, nulla modicitate ipſarum decimarum conſiderata, cum non levis præſumptio ſit, quod qui in modico fraudem committit, multo magis in re majoris æſtimationis fraudem committeret; & quia ſemper intereſt eccleſiæ, ne in decimarum folutione, quæ perpetua eſt, aliquid minuat, nec modicum dici, quod perpetuum damnum eſt, debeat. Adicietes, quod cum una, & eadem res juxta ſanctorum Patrum traditiones, præcipue circa folutionem decimarum, diverſo jure cenſeri non debeat, ſi aliquod prædium decimale ad quacumque culturam redactum fuerit, vel in futurum redigatur, & quivis fructus ibidem colligantur, ex omnibus generaliter decima abſque deminutione aliqua ſolvi debeat; & ex hoc dumtaxat, quod ex fructibus ibidem noviter collectis decimas folvere aliquis recuſaverit, eccleſiam ipſam, ſive eccleſiaſticam perſonam, ad quam, ut præmittitur, pertinet, ſpoliare, & ſpolium dolofum committere cenſeatur; ita ut juxta formam dictarum conſtitutionum abſque alia doli, ſeu alterius qualitatis probatione contra hujusmodi decimas folvere recufantem procedi poffit. Idque non ſolum in antiquis prædiis, ſed etiam in novalibus obſervetur. Et ad reprimendam audaciam dictas decimas fraudantium, ſeu illas quovis modo folvere recufantium, juris, tam canonici, quam civilis diſpoſitioni inhærentes, ſtatui-mus, & ordinamus, quod judex, coram quo ſuper præmiſſis agi contigerit, juramentum in litem Rectori, ſeu cuivis alii eccleſiaſticæ perſonæ, cui decimæ hujusmodi erant ſolvendæ, deferre poffit; & eo delato juxta dicti jurantis religioſam aſſertionem per dictas cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia ad decimarum integram folutionem taliter recufantes, ſeu defraudantes compellere poffit. Omnia vero, quæ de decimis hac noſtra conſtitutione ſtatui-mus, eadem etiam in primitiis locum habeant; quæ multis in locis hujus provinciæ ſuſtentationi

Re-



Reſtorum, aut aliorum ſacerdotum ſpecialiter dedicata ſunt: in aliis vero, aut fabricæ ecclēſiæ, aut aliis piis ſumptibus ſerviunt. Decimas autem intelligimus, cum decima pars fructuum percipitur, niſi legitimo titulo alia quantitas ſtatuta doceatur. Et quoniam peccatum non dimittitur, niſi reſtituantur ablata; caveant omnes preſbyteri, tam ſæculares, quam regulares, ne alicui ex ſupraſcriptis fraudatoribus decimarum aut primitiarum abſolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo, aut ſatisfactione præmiſſa, impendant; ne peccatis alienis communicantes, & excommunicationis quoque pœnam ſimilem ſubeant. Hanc vero conſtitutionem in omnibus ecclēſiis noſtræ provinciæ vulgari lingua quater quotannis, ut aliæ conſtitutiones ſolent, publicari mandamus.

## CAPUT VII.

GASPAR in concilio Tarraconenſi.

Quoniam divino, humanoque jure præſtatio decimarum, primitiarumque ſancita eſt; & hæc Ecclēſiæ miniſtris ſine aliqua tergiverſatione, & diminutione debentur: multorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſecuti, ſacri approbatione concilii decernimus, ſtatui-  
mus, & ordinamus; ut in provincia Tarracon. Helnenſique epiſcopatu decimæ, & primitiæ ſine aliqua ſeminis diminutione, aut deportationis, expenſarumve, quas in colendis agris, colligendiſque fructibus fieri contigerit; arearumve purgationum, quæ vulgo balaxes appellant, aut alterius cujuſvis rei quocumque id nomine cenſeatur, integre perſolvantur: nulla eos temporis etiam immemorabilis ſuffragante conſuetudine, quæ potius dicenda eſt corruptela, cum ſæpius fuerit a prædeceſſoribus noſtris improbata. Solutionem vero omnium fructuum, quos agri tam ſponte, quam cum cultura producant, intelligimus; quamvis aliqua eorum, qui decimas perceperunt negligentia, aut colonorum fraude, aut quia modica fuerunt, aut alias, hætenus perſoluta non ſint. Nec de frugibus dumtaxat frumento, hordeo, avena, ſpelta, milio, Indico tritico mahiz dicto, & ceteris, nec non vino, & oleo; ſed de arborum etiam, plantarumque & ſtirpium omnium, ac virgultorum fructu, ſolvi præcipimus; ut de pyris, pomis, prunis, ficis, avellanis, amygdalis, nucibus, pineis, glandibus, cannis mellis, & quocumque mororum genere, ſiliquis, ſive garroſis, caſtaneis, reliquiſque arborum fructibus, & earum foliis, ramis, ac lignis, quocumque illæ arbores nomine appellentur; nec non de leguminibus, & oleribus omnibus, lino, canape, croco, eorumque ſeminibus, & oryzo, & pratis, & his quæ in herba, ſive feno ad equorum, & aliorum animalium cibum meti, & depaſci ſæpius in anno ſolent, etiam quæ vulgo farragia, alfalſes, dexas, & alia id genus appellantur. Eadem quoque ratione ex molendinis quibuſcumque, piſcatione, venatione, & ex calcis, & cretæ fodinis, & aliis ſimilibus, & ex

nemoribus tam ad ligna, & carbones, quam ad materiam trabium, & aliorum lignorum decimæ, & primitiæ perſolvantur. Item ex quorumcumque animalium, equorum, pecorum, jumentorum, ſive armentorum fetu, lana, butyro, lacte, & caſeis, atque ex melle, cera, ſaccaro, & aliis huiusmodi. Et quoniam certa gravique multorum querela compertum nobis eſt, fraudem maximam in decimarum, & primitiarum ſolutione committi, eo quod in area, excuſſis ſpicis, ſpecies ſingulæ ſolvantur, præfertim cum palææ fructus terræ ſint, & de illis non ſecus, quam de reliquis decimæ, & primitiæ debeantur; ſtatuiſmus, & ordinamus; ut deinceps quoties id ecclēſiatica perſona, cui illæ debebuntur, non inutile eſſe judicaverit, & popoſcerit; decimæ, & primitiæ in manipulis, quas garbas vocant, ſolvantur; nullique, qui ad decimarum, & primitiarum ſolutionem tenetur, liceat ſciculos illos movere ex campis, aut ad aream deducere, niſi prius ſciculis notatis, & ſeparatis, qui pro decimis, & primitiis debebuntur. Quod quo facilius, commodiſque fieri poſſit, ſtatuiſmus, & ordinamus; ut ſingulis annis ad petitionem cujuſcumque ecclēſiaticæ perſonæ intra octavam feſti Reſurrectionis Domini duo probi, & bonæ famæ viri, alter a Reſtore, ſeu Vicario, aut alia perſona ecclēſiatica, cujuſ interſit, alter a populo eligantur, qui præſtito ad Dei ſancta Evangelia juramento, ſe juſte, & legitime munus ſibi injunctum adimpleturos, manipulos frumenti, hordei, avenæ, canapis, lini, & ſimilium in campis dividant, ſignentque qui ad decimas, & qui ad primitias pertineant, certo aliquo ſigno; & in libro, quem ſingulos ad hunc uſum habere præcipimus, deſcribant jugera, quæ decimas ſolverint, nec non poſſeſſionum, & agrorum, ſciculorumque omnium numerum, ut ex his poſt collectos fructus intelligi poſſit, an legitime decimæ, & primitiæ perſolutæ ſint. Judicent etiam iſti, quæ pars ex ſingulis vineis, & aliis fructibus pro decimis, & primitiis debeatur, eorumque iudicio ſtandum ſit. Arbores etiam tam quibus vites coherent, quam alias quaſcumque ſupradictas legitime dividant, & ſignent eas, quæ pro decimis, & primitiis debebuntur; omniaque in eundem librum referant. Et quoniam oriri inter iſtos duo deſignatores quæſtio ſuper præmiſſis poſſet, eligant ſimul Reſtor, ſive alia perſona ecclēſiatica, cujuſ interſit, & populus tertium virum, qui juratus, diſſidium, ſi quod forte inter eos ortum fuerit, ſua ſententia breviter dirimat, cujuſ iudicio ſtetur, neque provocare ab ejuſ ſententia alicui liceat. Et cum juſtum ſit, mercedem laborantibus perſolvi, præcipimus in ſingulos dies, quibus huic muneri intenderint, ſingulis quinque ſolidos Barcinonentes perſolvi, niſi aliter cum illis convenerit; quorum ſolutio per eos qui decimas, & primitias colligunt, pro eos contingente portione fiat. Quod ſi qui vel aliquid ex decimis, & primitiis detraxerint, vel non ex ſingulis fructibus, & aliis rebus ſuperius

perius



# 440 Constitutionum Provincialium

perius enumeratis decimas, & primitias integre solverint, aut in eis fraudem aliquam fecerint, aut impedimento fuerint, quo minus omnia, & singula suprascripta fiant; tamquam contra dolosos, & fraudatores bonorum Ecclesiæ, quibus sacerdotes, & pauperes vivere debent, & ipso jure excommunicatos, juxta formam sacrarum Tarraconensium constitutionum contra similes inavos, & raptos editarum, ac præsertim constitutionis bonæ memoriæ Ferdinandi de Loazes, quæ incipit, *Conqueritur Dominus per Malachiam Prophetam*, in omnibus, & per omnia procedatur & simul cum eadem, aliisque similibus constitutionibus quotannis quater vulgari lingua publicetur: Interdicentes omnibus, & singulis Curatis, & Vicariis, aliisque, quibus audiendi confessiones facultas permessa est, ne dictos decimarum, & primitiarum fraudatores absolvere possint, nisi satisfactione præmissa, præterquam in mortis articulo, & tunc cum idonea fidejussione data, & ita declarata quantitate, ut post mortem eorum satisfieri possit: præterquam nisi adeo egeni fuerint, ut nec solvere, nec fidejussores dare possint, quo casu juratoria cautione de solvendo, si supervixerint, cum primum potuerint, contenti sint. Eos autem, qui contra traditam a nobis formam aliquos absolverint, in cano- nem latæ sententiæ incidere juxta constitutionem Petri IV. quæ incipit, *Quamvis cunctis*, decernimus; a qua, nisi restitutione facta ejus, quod ablatum fuerit, absolvi non possint. Quod si presbyteri hujusmodi tam sæculares, quam etiam regulares sæpius scienter, inconsulto Episcopo, defraudatores prædictos absolverint, constitutionibus hujusmodi contemptis; tamquam contra suspectos de fide, procedi posse declaramus.

## TITULUS XVIII.

### DE REGULARIBUS, ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

#### CAPUT I.

Petrus primus Archiepiscopus in primo concilio.

*Monachi, & Canonici regulares, qui habitu relicto ad sæculum redierint, excommunicantur; & ut excommunicati jubentur nuntiari, & vitari.*

**I**tem statuimus, quod monachi, vel Canonici regulares, qui relicto habitu ad sæculum redierint, & \* voto rationabiliter sunt stricti, nisi infra mensem ad claustrum redierint & votum suum curaverint adimplere; suis beneficiis sint privati [ & ] ut apostatæ, & (tamquam) excommunicati ab omnibus evitentur, & excommunicati nuntientur \* diebus dominicis, & festivis ( & ) moneantur: & excommunicentur tam ipsi, quam conversantes cum eis, & dantes eis consilium, auxilium, vel favorem.

## TITULUS XIX.

### DE STATU MONACHORUM, ET CANONICORUM REGULARIUM.

#### CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Religiosi monentur, secularium ephippiis abstinere; honestis, & sibi decoris uti.*

**Q**uoniam viri religiosi [ five monachi ] ad sæcularia, quæ dimiserunt, converti non debent, districtius \* prohibemus, ne in sellis, franis [ & ] pectoralibus, aut calcaribus sæcularia deferant ornamenta: sed franis [ & ] pectoralibus, ac calcaribus utantur simplicibus, non habentibus ornamenta \* in corio: sellas autem \* nigras habeant, & \* simplices [ & ] absque colore.

#### CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Monachis vestitus præscribitur, & esus carni-um feria quarta prohibetur.*

**V**estimenta non habeant scissa ante, vel retro: & cuniculorum pellibus non utantur; & de uno vestiario \* vestes, non denarios \* secundum ordinem \* accipiant: feria quarta \* carnes non comedant, nisi festivitas sollempnis occurrerit \*.

#### CAPUT III.

IDEM in eodem.

*Monachis nihil ut proprium habendum. Regularibus personatus in ecclesiis habentibus cavendum, ut ordinis sui statuta non negligant. In adibus, quas gerendis communibus negotiis extra monasterium habent, diutius morandum non esse, quam requirant negotia.*

**C**UM omnino sit illicitum regularibus, seu religiosis habere proprium; districtius inhibemus, ne quis religiosus quidquam proprium retineat, nec ecclesiam, nec hereditatem, nec præstimonium habeat: nec sub annuo censu quomodolibet \* arrendationis, vel pignoris \* genere ad tempus, vel in perpetuum prioratus vel ecclesias, domos, terras \*, aut vineas, seu quascumque possessiones ab ecclesia sua, vel aliunde ( de cetero ) recipiat, vel [ jam ] receptas detinere \* præsumat. Regulares quoque, qui personatus habent in ecclesiis cathedralibus sic, in suis administrant officiis, quod votum religionis, & ordinis statuta non negligant observare. Et si forte in civitatibus, vel villis, pro necessitatibus officii sui, domos habeant, in eis nequaquam relicto conventu comedant, aut cubent de nocte: sed expletis administrationibus, seu necessitatibus officii \*, ad fraternam societatem, & ordinis observantiam revertantur.

CA-

\* districtus

\* ornamentum  
\* & sellas aut albas, aut  
\* vel

\* vestimen-  
to  
\* divisas  
\* alam  
\* die Mer-  
curii  
\* occurrat

\* vel quolibet  
\* pignorationis  
\* domum, terram  
\* retinere

\* administrationis sue necessitatibus



## CAPUT IV.

IDEM in eodem.

*Prohibentur monachi, & Canonici regulares in ecclesia seculari curam animarum exercere.*

**I**nhibemus districtius, ne quis monachus in ecclesia seculari curam animarum exercere præsumat. Hoc ipsum pari districtione Canonicis regularibus inhihemus\*, nisi ex indulgentia sedis Apostolicæ demonstrare valeant, hoc sibi fuisse concessam.

## CAPUT V.

**HERONYMUS** Cardinalis Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Religiosis, qui habitum mutaverint, a Prælatiis, aut Ordinariis permitti non debere, ut curam animarum gerant: facultatem, quæ eis data fuerit, irritam futuram.*

**U**T penitus vagandi, apostatandique religiosi omnis tollatur occasio, quos, experientia docente, sub specuratis beneficiis defervendi, de facili in ampliorem regulam habitum mutare, vagarique inde, & apostatate contingit; sacro approbante concilio decernimus, dictis religiosi sic habitu mutatis per prælatos, & locorum Ordinarios hujus provincie nullatenus licentia curam animarum regendi concedatur: decernimus irritum, & inane, si fecus fuerit factum.

## TITULUS XX.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS UT EPISCOPO SINT SUBJECTÆ.

## CAPUT I.

**PETRUS** Archiepiscopus in secundo concilio Valentie celebrato.

*Excommunicatione interdicitur clericis alterius provincie, quam Tarraconensis novorum altarium ædificatione, & jurisdictione in provincia Tarraconensi.*

**I**tem statuimus, quod si aliquis clericus de provincia aliena in nostra dicecesi, sive provincia\*, & specialiter in regno Valentie, altaria de novo ædificaverit, vel jurisdictionem sibi aliquam usurpaverit, in nostri præjudicium, vel gravamen, ipsum auctoritate nostra, & sacri concilii ex tunc, quasi ex nunc excommunicationis sententiæ [decernimus] subjacere.

## CAPUT II.

**SANCTIUS** Archiepiscopus in concilio Tarraconensi.

*Bis in anno his reddenda ratio coram Episcopo, & Capitulo, qui in ecclesiis regularibus administrationem habuerint. Quod superfuert, in honestos usus insumendum.*

**S**tatuimus quoque, quod omnes, qui in ecclesiis regularium nostræ provincie admi-

Tom. III.

nistrationis exercent officium, sive ratione dignitatis, sive alio nomine, de receptis, & expensis ex administratione sua bis in anno rationem reddant in capitulo præsentate Episcopo, & Capitulo; ut fidelitas eorum, qui bene administraverint, merito commendetur, & omnis tollatur suspicio, & malæ dispositionis occasio præscindatur. Et, si quid superfuerit de proventibus dignitatis, sive administrationis, de consensu, & voluntate Episcopi, & Capituli in bonos usus, & necessarios expendatur.

## CAPUT III.

**FERDINANDUS** in concilio Barcinonensi.

*De peregrinis, & mendicis.*

**S**icut peregrinos, & advenas recipere, ac pauperibus subvenire omnes Christianos oportet; ac præsertim eos, qui bona pauperum, & peregrinorum administranda suscepimus; ita etiam ne sub colore, ac prætextu peregrinationis vel mendicitatis multi otiose vagentur, furtis, & rapinis, nec non comestationibus, & ebrietatibus ac libidinibus inservientes; danda opera est. Quibus igitur locis peregrini recipiuntur, aut pauperes ægri, aut sani diverfantur; non minor animarum, quam corporum cura adhibeatur, nec ultra duos dies illic manere permittantur, qui non confessionem peccatorum suorum fecerint, aut statutis a jure temporibus fecisse ostenderint. Nemo quoque elemosynam aut stipem quacumque occasione, vel prætextu petat, sine Episcopi, aut ejus Vicarii licentia gratis præstanda. Quorum cura erit testimonio parochorum, vel aliarum honestarum personarum, providere, ne ea pecunia in malos, vel inutiles usus convertatur. Curandum etiam est, ut publici magistratus eos coerceant, qui se Ægyptiacos, vel Bohemianos vocant, quos vix constat esse Christianos, nisi ex eorum relatione: cum tamen sint mendaces, fures, & deceptores, & aliis sceleribus multi eorum assueti. Pastores quoque plerique in multis locis tamquam silvestres, & inculti in montibus, & silvis degunt, qui vix semel, atque iterum singulis annis ecclesias ingrediuntur, & se Christianos esse cognoscunt. Sacri itaque approbatione concilii omnibus Episcopis, ac ceteris pastoribus populorum injungimus, ut quanta maxima fieri poterit diligentia dent operam, ut hi omnes in fide, ac religione instruantur, & diebus dominicis missarum sollempniis interfint ac saltim semel in anno peccata sua confiteantur, & alia sacramenta eis administrentur.

## CAPUT IV.

IDEM in eodem.

*De vigiliis.*

**C**omperimus occasione sacrarum vigiliarum in locis plerumque solitariis, multos noturno tempore convenire, qui non multum sacris rebus afficiantur, sed magis profanis colloctionibus, & canticis studeant, ac sæpe pro-

K k k

pter

\* prohibe-

mus

\* in provincia nostra



pter virorum, ac mulierum conventum, & nocturnas tenebras, quas, qui male agunt, ne manifestentur opera eorum, libenter quærunt, multorum scelerum occasio præbeatur. Quamobrem sacri approbatione concilii decernimus, ut dent operam tam diocesani Episcopi, quam alii superiores quicumque tam regulares, quam sæculares, ut in quibuscumque nocturnis conventibus, sive vigiliarum causa, sive concionum, sive divinorum officiorum omnis cura, & sollicitudo adhibeatur; ne ullius delicti occasio relinquatur. Quod si quis contradicere, vel inobediens esse, aut petulans præsumpserit; si laicus fuerit, excommunicetur; si clericus, vel regularis, juxta delicti qualitatem coerceatur.

## TITULUS XXI.

## DE CAPELLIS MONACHORUM.

## CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Judices, & advocati litterati convenire prohibentur, ut vistorum in monasteriis intersint.*

**I**tem præcipimus, & mandamus omnibus iudicibus & advocatis litteratis, ne convenient vel intersint alicui vistorum, quæ sit, vel fiet \* in monasteriis, vel grangiis religiosorum: & hoc sub pœna excommunicationis præcipimus & mandamus.

## TITULUS XXII.

## DE JURE PATRONATUS.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdensi.

*Qui a patrono laico minime præsentatus Episcopo curam tamen animarum exercuerit, excommunicatur: si monitus perstiterit, a ministerio, & ordine ecclesiastico deponitur.*

**D**E ecclesiis quoque, in quibus clericos patronus laicus præsentare \* contemnit Episcopo ad curam animarum, statuimus, quod si quis clericus sine auctoritate Episcopi diocesani, vel archidiaconi loci, ubi in talibus jus habet Archidiaconus, in prædictis ecclesiis curam exercere animarum, & ipsas ecclesias auctoritate patroni officiare præsumat, monitione \* præmissa, excommunicetur. Et, si perstiterit, a ministerio ecclesiastico, & ordine deponatur, sicut ex constitutionibus tam Lateranensis concilii, quam domini Alexandri noscitur institutum.

## CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Si is, ad quem spectat præsentare Episcopo, infra terminum a jure constitutum non præ-*

*sentarit, instituendum ab Episcopo clericum perpetuum, qui parochialis ecclesiæ curam gerat.*

**D**istricte præcipimus, quatenus in omnibus ecclesiis parochialibus, in quibus infra terminum a jure præfixum, ab illis, ad quos pertinet \*, diocesano non fuerit clericus præsentatus ad curam animarum, ipse diocesanus in eadem ecclesia clericum perpetuum instituat \* nec ulterius ipsam parochialem ecclesiam \* viduam permanere \* permittat.

\* pertinent

\* statuat  
\* parochiam  
\* remanere

## CAPUT III.

PETRUS primus in sexto concilio Tarracone celebrato.

*Quantumvis in ecclesia parochiali præsentatus quis fuerit, ei tamen administrare non licere statuitur, nisi ab Episcopo administrationem acceperit; si administravit, jure, quod habet, privari: Et eum, qui sit ab Episcopo institutus, a nemine, nisi ab eodem Episcopo posse removeri.*

**S**tatuimus, quod nullus (clericus) institutus vel præsentatus in parochiali ecclesia a clerico, vel laico, in eadem administrare præsumat, quousque a diocesano Episcopo curam in eadem ecclesia receperit animarum; consuetudine contraria non obstante, quæ potius dicitur corruptela. Quicumque autem contra fecerit, ipso facto jure, quod habet, vel habere credit in ecclesia, sit privatus ea vice: data potestate diocesano removendi institutum, seu [etiam] præsentatum. Nihilominus statuimus \*, quod institutus, & confirmatus per Episcopum nullo casu valeat ab alio, quam a suo Episcopo removeri.

\* statuentes

## CAPUT IV.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus in primo concilio,

*Monentur, qui prætextu patronatus parochiales ecclesias occupant, ut eas disponendas Prælati permittant: nisi fecerint, excommunicantur. Tametsi juri patronatus, quod habent, nihil derogatur.*

**Q**uia in aliquibus locis nostræ provinciæ laici parochiales ecclesias occasione juris patronatus, quod in eis habere se asserunt, vel alias, detinent occupatas; monemus hujusmodi laicos, ut infra duos menses dictas ecclesias omnino dimittant per locorum Ordinarios, seu alios, ad quos pertinet, libere disponendas. Alioquin tam illi, qui nunc dictas ecclesias detinent, quam qui postea præsumperint detinere, noverint se excommunicationis sententiæ subjacere, non obstante consuetudine aliqua, quæ dicenda est potius corruptela. Per hoc autem nolumus, habentibus jus patronatus in jure præsentandi in aliquo derogare.

CA-



## CAPUT V.

IDEM in eodem.

*Qui per potentiam, vel impressionem cujuscumque secularis se curaverit per patronos presentari, aut sibi conferri beneficia, aut ejusmodi collationi, aut presentationi consenserint, excommunicantur; & ea vice inhabiles ad beneficia obtinenda redduntur.*

**I**tem statuimus, ut clerici seculares, vel regulares, qui (se) per potentiam, vel impressionem cujuscumque secularis personæ (se) per patronos ad ecclesiastica beneficia procuraverint presentari, aut sibi conferri, provideri, vel eligi ad eadem, aut ad hoc \* litteras, nuntium, vel mandatum impetraverint, aut fecerint impetrari, seu tali presentationi, collationi, provisioni, vel electioni consenserint, aut ratam \* habuerint; excommunicationis sententiam eo ipso se noverint incurrisse: & inhabiles fiant ad obtinendum dicta beneficia ea vice.

## CAPUT VI.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

*Superior constitutio sancte iubetur observari: cui additur, quemvis clericum excommunicationis pœnam incurrere, si beneficium ecclesiasticum, sive seculare, sive regulare per arrendamentum, aut in titulum, aut commendam acceperit; præterquam ab eo, qui jus habeat, vel lege, vel privilegio, vel more conferendi, aut presentandi, & absolvi non posse, nisi beneficio hujusmodi in manibus Ordinarii resignato, & fructibus, quos perceperit, restitutus: inhabilem quoque reddi ad quodvis beneficium obtinendum, obtentisque privari. Quæ pœna pertinet etiam ad eos, qui præterito tempore vel beneficia aliter obtinuerint, vel fructus perceperint, quam supra est expressum, nisi infra quatuor menses penes Ordinarium, in cuius erunt diœcesi, beneficia resignaverint, & fructus restituerint. Quatuor autem menses fluere incipere a publicatione hujus constitutionis.*

**I**tem constitutionem domini Joannis Patriarchæ prædecessoris nostri bonæ memoriæ, incipientem: *Item statuimus, ut clerici seculares, vel regulares, noviter recensentes, ut juri consonam inviolabiliter præcipimus observari. Et ut quorundam tam religiosorum, quam secularium clericorum ambitio, quæ (quo) semper plus ambit \* eo magis insatiabilis redditur, compescatur; eidem salubriter adjunctes statuimus, & hoc sacro approbante concilio ordinamus; quod si aliquis amodo clericus cujuscumque religionis, præminentia, vel status existat aliquod seculare, vel regulare ecclesiasticum accipiat beneficium, quocumque nomine censeatur \*, per viam arrendamenti, vel in titulum seu (in) commendam, aut alias, quocumque quæsito colore, nisi per manum illius, cujus*

*est beneficium, vel illius, ad quem collatio a jure \*, privilegio, vel [ de approbata ] consuetudine pertinere noscatur, seu illius, qui alias in possessione conferendi, vel presentandi existat; eum excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto: a qua, nisi prius dictum beneficium sic de facto obtentum in manibus sui Ordinarii resignaverit, vel dimiserit cum effectu, & fructus etiam ex eo qualitercumque receptos illi, ad quem pertineant de jure, restituerit, realiter sine fraude, absolvi nequeat quòquo modo: & ad dicta beneficia, vel quæcumque alia obtinenda prorsus inhabilis, & insufficientis censeatur, & aliis quibuscumque beneficiis jam obtentis privatus existat sine admonitione aliquali totaliter parimodo. Ad illos autem, qui beneficia ecclesiastica vel eorum fructus receperint temporibus retro actis, aliter quam superius est expressum nisi infra quatuor menses in manibus illius Ordinarii, in cuius diœcesi erunt dicta beneficia constituta, resignaverint, & fructus restituerint, ut superius est expressum, presentis constitutionis edictum omnimode extendatur, & pœnis eisdem \* sine dubio sint ligati. Verum quia ea, quæ in sacro concilio ordinantur, leguntur & publicantur, satis in tota videntur provincia esse nota, prædicti quatuor menses (in) hac salubri constitutione contenti, a die, qua dicta constitutio in presenti fuerit concilio publicata, currere volumus ista vice.*

## TITULUS XXIII.

## DE CENSIBUS.

## CAPUT I.

GREGORIUS PAPA XII.

*Archiepiscopus, & Episcopi provincie Tarraconensis a summo Pontifice monentur visitare, ac reformare monasteria monachorum monialium, & Canonicorum regularium, & secularia loca clericorum, tam in capite, quam in membris: idque tum suam, tum Apostolica auctoritate.*

**G**regorius Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarraconensi, & suffraganeis ejus salutem, & Apostolicam benedictionem. Egressus a facie Dei Sathan ad fortia manum mittens, de sua caliditate confusus, vitiorum vinculis illaqueare molitur electos in sortem dominicam evocatos, majores ibi parans ille tortuosus insidiator insidias, ubi graviore prospexit corruptelas. Sane cum frequenter ad nostram audientiam pervenisset, quod monasteria Tarraconensis provincie in spiritualibus enormiter, & in temporalibus graviter per malitiam, & injuriam in eisdem habitantium sunt collapsa, nos culpas eorum nolentes ulterius sub dissimulatione transire, ne, si eas dimiserimus incorrectas, ipsas nostras efficere videamur, monasteriis illis, quæ ad Romanam Ecclesiam nullo noscuntur medio pertinere, in provincia constitutis prædicta

K k k 2

visita-

\* de jure

\* ejusdem

\* hac

\* ratum

\* ambiens

\* censeatur

tur



visitatores, reformatores, & correctores, tam in capite, quam in membris deputavimus speciales: plenaria sibi potestate concessa, ut visitatores eadem monasteria vice nostra corrigant, & reforment; quæ in ipsis correctionis, & reformationis officio noverint indigere: correctionibus aliis in provinciali Capitulo rite factis in suo robore nihilominus duraturis. Licet autem nobis in plenitudinem potestatis assumptis cura cunctorum immineat generalis, quia tamen vos, qui vocati estis in partem sollicitudinis, super grege vobis commisso specialiter decet esse sollicitos, & attentos; ne ovis morbida pereat a pastore neglecta, fraternitatem vestram moneamus, & hortamur, & attente in virtute obedientiæ vobis districte præcipiendo mandamus; quatenus singuli vestrum tam in civitatibus, quam in diocesis vestris per vos ipsos, aut per viros religiosos, qui experimento rerum in hujusmodi visitationibus sint instructi, loca monasteriorum, & monialium, & Canonicorum regularia, nec non & sæcularia clericorum vobis subjecta visitare curetis, tam auctoritate nostra, quam vestra generaliter universa reformantes, & corrigentes in capite, ac in membris, omni gratia, & timore postpositis, in eisdem quæcumque reformanda noveritis, & etiam corrigenda: falvis his, quæ circa religiosos in provinciali Capitulo provide sunt statuta, juxta constitutionem concilii generalis. Contradictores si qui fuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo: præceptum nostrum taliter impleturi, quod Dominus ultionum in illo tremendo judicio, qui unicuique secundum opera sua reddet, de vestris manibus non requirat sanguinem eorundem: & nos ad id limam correctionis Apostolicæ apponere non cogamur. Datum Reate IX. Cal. Octobr. Pontificatus nostri anno quinto.

## CAPUT II.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in primo concilio.

*Prælati visitationis officium exercentibus canonica statuta servanda; & gratis visitanda ecclesiæ, quibus redditus, quos illæ habent, sunt necessarii. Qui pro Archiepiscopo, aut Episcopo visitabit, prohibetur numerum evectionum Archidiaconi taxatum excedere. Quod si is, aut Archidiaconus pro procuratione sua in casu a jure concessa pecuniam accipere voluerit, quattuor solidos Barcinonenses, aut tres Jaccenses ut accipiat, permittitur. Si vel numerum evectionum, vel plus pecuniæ, quam præfixum est, acceperit, visitationis officio suspenditur, quoad duplum ejus, quod contra statutum acceperit, ecclesiis restituerit.*

**P**Rælati, quibus competit ex [ suo ] officio visitare, districte præcipimus, ut visitationis officium exercentes, statuta canonica super hoc edita diligenter observent: & ab eccle-

siis, quarum omnes redditus, & proventus sunt necessarii pro servitio earundem, procuracionem non exigant; sed gratis teneantur visitare eadem. Ille insuper, qui pro nobis, vel aliquo \* Episcopo visitabit, numerum evectionum taxatum Archidiaconi non excedat: & tam ipse, quam Archidiaconus quicumque, cui ex officio competit visitare, si pecuniam pro procuracione sua in casu concessa a jure recipere voluerit, recipiat quattuor solidos Barcinonenses, vel tres solidos Jaccenses pro qualibet evectionum, quas duxerint, & non ultra: & si evectiones ultra prædictum numerum ad expensas ecclesiarum, quas visitabunt, duxerint, vel ultra prædictam quantitatem pro unaquaque evectionum, & pecuniam \* receperint, præter alias poenas a jure statutas, ab officio visitationis, donec duplum ejus, quod contra præsens statutum expendierint, vel receperint ecclesiis sic gravatis restituerint cum effectu, noverint se suspensos: nulla eis dantium remissione, liberalitate, seu gratia profutura. Præcipimus etiam Archidiaconi, & aliis visitantibus, ne venentur, nec aves, aut canes venaricos præsumant ducere contra canonum instituta.

## CAPUT III.

ARNALDUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Episcopis, atque his, quorum visitare interest, evigilandum in emendandis clericorum moribus: & in visitando sacrorum canonum servanda statuta. Est pars cap. incip. Fuit.*

**I**tem mandetur Episcopis, & aliis, ad quos pertineat, quod circa reformationem morum, & correctionem vitiorum, præsertim in clero tam in visitationibus, quas nullatenus facere omittant, quam in aliis vigilanter intendant. In quibus quidem visitationibus statuta canonum diligenter observent: caventes attente, ne in recipiendis procuracionibus gravent subditos, ne videantur quærere, quæ sua sunt, non quæ Christi.

## CAPUT IV.

ENNECUS Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Ecclesiasticis sive exemptis, sive non exemptis quotam partem expensarum, quæ pro negotiis provinciæ communibus fiunt, solvere recusantibus constitutionum præsidium adimitur: donec eam partem simul cum expensis integre solverint.*

**J**uris alloquio non est ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. Et cum nonnulli viri ecclesiastici exempti hujus provinciæ Tarraconenfis, qui præsidio constitutionum provincialium defenduntur, & in talliis, & contributionibus, quæ fiunt in conciliis Tarraconenfis pro negotiis communibus provinciæ, partem suam solvere contradicant, sacro appro-

\* alio

\* in pecunia



bante concilio statuimus, quod quicumque exempti, & non exempti solvere in dictis talliis de cetero contradixerint, præsidio dictarum constitutionum nullatenus juventur\*; nec Officiales nostri, vel suffraganeorum nostrorum ad eorum instantiam processus aliquos dictarum constitutionum facere teneantur: donec partem per illos contradicentes solvere in ipsis talliis contingentem una cum expensis integraliter solverint, & complete.

## TITULUS XXIV.

## DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET SACRAMENTO EUCHARISTIÆ ET DIVINIS OFFICIIS.

## CAPUT I.

PETRUS primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Sacerdotes prohibentur uno, & eodem die plures Missas celebrare; nisi die natalicio Domini, quo tres celebrare licet; & urgente necessitate, cum duas; quoad summus Pontifex consulatur. Qui hoc statutum transierint, excommunicantur; & beneficio, & officio privantur. Alteram autem Missam celebraturus vetatur vinum profusionis post sumptionem corporis, & sanguinis domini sumere.*

**I**tem quia aliqui sacerdotes plures celebrant Missas contra canonicas sanctiones, inhibemus\*, quod nisi in die Natalis Domini tres Missas nullus audeat celebrare: quod si fecerit, in excommunicationem incidat ipso facto; & officio, beneficioque privetur. Duas vero toleramus, live tolerando permittimus una, & eadem die [scilicet] quando urgens necessitas fuerit, celebrari: quousque dominum Papam super eodem negotio consulamus. Necessitatem siquidem declaramus, quando unicus sacerdos habet duas ecclesias, quarum una dependet ab alia, & altera illarum non potest habere proprium sacerdotem; vel sunt tenues: nec parochiani propter distantiam locorum\*, vel aliam rationabilem causam possunt commode ad alteram convenire; & in aliis casibus a jure concessis. Quandocumque vero duas Missas celebrare\* contigerit, sacerdos caveat, ne post sumptionem sanguinis in prima Missa vinum profusionis accipiat: quod si fecerit, eadem die non poterit Missam aliam celebrare.

## CAPUT II.

GUILLELMUS Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Rectores ad sacerdotium promoti, infra tres menses proxime subsequentes celebrare Missam jubentur: qui promovebuntur, infra tres menses etiam a promotione: alioqui fructibus ecclesiarum suspenduntur, nisi legitimum impedimentum quiverint excusare; cuius fidem oportet faciant diocesano infra eos tres menses, ut ejus consilio a ce-*

*lebratione abstinuisse videantur. Postremo monentur omnes, quam frequentissime fieri poterit, Missam celebrare, juxta generalis concilii decretum.*

**P**lerique parochialium ecclesiarum Rectores provinciae Tarraconensis [quamvis] metu pœnæ, cum alias essent privati eidem ecclesiis ipso jure, diu est, quod ad sacerdotium promoti fuerunt\* infra tempus a canonibus institutum\*, numquam tamen Missam in ipsis ecclesiis, vel alibi celebrarunt\*; nec quod celebrare non possent, impedimentum aliquod allegarunt, fraudem prædictis canonibus facientes: qui pro celebranda Missa statuerunt principaliter eos debere ad sacerdotium promoveri, nec attendentes naturæ, & rationi esse congruum\* illos non recusare onera, qui rerum commoda amplectuntur\*: idcirco nos Guillelmus miseratione divina sanctæ Tarraconensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Tarracone provinciale concilium celebrantes statuimus, eodem concilio approbante, quod omnes prædicti Rectores ad sacerdotium jam promoti, missam celebrent infra tres menses proxime subsequentes: & qui de cetero ad sacerdotium promovebuntur, infra alios tres menses a tempore, quo promoti fuerint, computandos: alioquin a receptione fructuum dictarum ecclesiarum, qui per Ordinarios [in] ecclesiarum ipsarum necessaria\* convertantur, auctoritate præsentis statuti noverint se suspensos; nisi iusto impedimento detenti, quod ex culpa non provenerit eorundem, de quo infra dictos tres menses proprio diocesano fidem facere teneantur, & de consilio ejusdem diocesani duxerint\* abstinendum. Et quia generale concilium graviter reprehendit minores etiam clericos, & Prælatos, qui vix celebrant quater in anno; statuimus, quod ipsi Rectores, & omnes alii prædicti Missas celebrent, quam frequentissime poterint\*, commode, & honeste; ita quod circa Missarum celebrationem, quæ [eis] incumbit ex officio, non possint notari negligentes, seu nimium delicati.

## CAPUT III.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, in primo concilio.

*Ut Rectores, quique dignitates, vel beneficia obtinent, decies saltem in anno Missas celebrent, decernitur: alioqui quoad decies celebrarint, fructibus suspenduntur, qui conferri jubentur in ecclesiarum utilitatem.*

**Q**uia nonnulli minus provide attendentes, quod propter officium sunt beneficia ecclesiastica instituta; vix, vel numquam Missas\* celebrant in ecclesiis, quas obtinent, seu in quibus instituta sunt dignitates, & beneficia, quorum ratione celebrare tenentur: idcirco sacro approbante concilio\* statuentes præcipimus; ut omnes, & singuli parochialium ecclesiarum Rectores, & quivis alii dignitates, vel

\* fuerint  
\* præfinitum  
\* celebraverint

\* consonum  
\* completur

\* necessariis

\* teneatur  
de  
\* duxerit

\* ut frequentius poterunt

\* Missam

\* vel

\* ideo sacri approbatione concilii

be-



beneficia, quocumque censeantur nomine, nunc, vel in posterum obtinentes, quorum ratione Missas celebrare tenentur, in ipsis ecclesiis, & altaribus, in quibus sunt hujusmodi dignitates vel beneficia, decies saltem in anno Missas celebrent: nisi absentia, vel (alia) iusta causa ad arbitrium dioecesei proprii, eos reddat probabiliter excusatos. Quisquis autem hujus salutaris statuti temerarius extiterit violator, a perceptione fructuum, & proventuum ecclesie, (vel) dignitatis, vel beneficii hujusmodi, donec decies, ut prædicitur, celebrando moram purgaverit, noverit se suspensum: qui per dioecesanum ipsum in utilitatem ipsius ecclesie, dignitatis, vel beneficii penitus convertantur.

## CAPUT IV.

ARNALDUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Decernitur, litteras ab Archiepiscopo mitti Episcopis oportere; quibus moneantur curandum esse, ut constitutiones olim de libertate Ecclesie editae observentur: divinumque in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis officium fiat; quod a Canonicis, ceterisque, qui ecclesiis deserviunt, pie, & sine murmure celebretur.*

Fuit in præsentis concilio ordinatum, quod mandetur litteris per dominum Archiepiscopum omnibus Episcopis provincie Tarracoenfis, quod constitutiones olim editas in concilio Tarracoenfis, & specialiter de libertate Ecclesie conservanda, observent, & faciant observari: & quod faciant, & fieri faciant divinum officium in cathedralibus, regularibus, & collegiatis ecclesiis per Canonicos, & alios quoscumque beneficiatos in dictis ecclesiis, horis debitis, sine murmure, & aliis confabulationibus solemniter, & devote; in aliis vero convenienter, ac debite celebrari: compellentes ad hoc dictos Canonicos, & beneficiatos, prout ad eorum spectat officium.

## CAPUT V.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Missæ constituitur sexto die post diem festum sacrosancti Corporis dominici, pro eorum animabus, qui idem sacrosanctum corpus fuerint comitati, in omnibus ecclesiis omnium dioecesium celebranda: imponiturque singulis sacerdotibus, ut quotannis Missam sigillatim ad eundem finem celebrent, aut per alium curent celebrari.*

\* illas  
\* obligantur  
\* inducamus  
NON incongruum reputamus, ut nos \*, qui jam naturali instinctu ad laudem, & honorem, divini numinis obligamur \*, per quem omnes vivimus, movemur, & sumus, ac frui sua cælesti sempiterna gloria speramus, ad id donis spiritualibus propensius inducamur \*. Propter reverentiam, & honorem igitur sacratissimi corporis Jesu Christi, quod in plerisque

locis minus reverenter portatur, ejus laudes propter bona tam spiritualia, quam temporalia, quæ humano contulit generi, nec mens cujusquam posset concipere, nec lingua proferre; approbante sacro concilio statuimus; ut in nostra ecclesia Tarracoenfis, & in aliis ecclesiis cathedralibus nostræ provincie, & [in] omnibus aliis ecclesiis dioecesium prædictarum, sexta die post festum sacratissimi Corporis Christi Missa solemniter, ac honorifice celebretur pro animabus illorum, qui dictum sacratissimum corpus Christi, cum ad infirmos portatur, sociaverint cum cereis, vel alias, impendendo eidem reverentiam, devotionem pariter, & honorem. Omnes insuper Rectores [ecclesiarum] & presbyteri ejusdem provincie anno quolibet incipiendo a dicto festo usque ad sequens proximum, pro salute animarum dictorum associantium corpus Christi iusto tamen impedimento cessante, unam Missam quilibet per se (habeat celebrare) vel per alium \* faciat celebrari: adiicimusque \*, quod si dictum festum Corporis Christi in vigilia sancti Joannis occurrerit celebrandum, præcedenti die jejunium sancti Joannis mutetur, & observetur, prout de die sacro Natalis Domini a sacris est canonibus (observatum, &) definitum; & die Corporis Christi (possint) impune comedi carnes.

## CAPUT VI.

PETRUS secundus in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Quadraginta dies pœnitentiæ pro peccatis in junctæ relaxantur sacrosanctam Eucharistiam comitantibus; & pie Deum flexis genibus orantibus, cum elevatio corporis dominici pulsatione campanæ denuntiatur: & iis, qui prolatis his verbis a sacerdote, Gratias agamus &c. pie oraverint, Episcopi monentur, ut easdem in suis dioecesium indulgentias concedant. Hæc constitutio omnibus in ecclesiis bis quotannis publicanda.*

AD divinum explendum obsequium, reverentiam tam debitam, quam devotam sacratissimo Jesu Christi corpori impendendam, cælestemque iram placandam, ac \* Dei misericordiam facilius obtinendam, cupientes clementer, & populum donis spiritualibus propensius animare, universis, & singulis Christi fidelibus in Tarracoenfis provincia constitutis, qui Eucharistiam, quæ ad infirmos pro communicando defertur, associaverint eundo, & ad ecclesiam redeundo, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis pro qualibet vice, seu actu hujusmodi prædictorum, & subscriptorum misericorditer in Domino relaxamus. Quam quidem remissionem, & indulgentiam ad illos etiam extendi volumus, qui cum pulsatur in ecclesiis squilla pro sacratissimi corporis Christi elevatione, flexis humiliter genibus devote oraverint, ac magnificaverint nomen Dei: nec non ad illos, qui prolatis per presbyterum in canone Missæ verbis, Gratias agamus &c. flexis

\* alterum  
\* adiicimus  
105

\* ad



genibus verba protulerint humiliter infra-scripta :  
*Domine Jesu Christe fili Dei vivi, meritis tuae  
 sacratissimae passionis miserere mihi peccatori:*  
 ad praemissas remissiones, & indulgentias con-  
 cedendas in suis dioecibus venerabiles fratres  
 nostros Episcopos in Domino exhortantes. Et ut  
 ad praedicta clerus, & populus facilius inclin-  
 entur \*, & ne ignorantia super ipsis praetendi va-  
 leat, praesentem constitutionem bis in anno,  
 scilicet in festo Nativitatis, & sanctae Resurre-  
 ctionis Domini in ecclesiis cathedralibus, &  
 aliis curatis totius provinciae per Rectores, &  
 perpetuos Vicarios, seu loca tenentes eorundem  
 in virtute sanctae obedientiae perpetuo  
 praecipimus, cum major multitudo populi ad  
 divina convenierit, publicari.

## CAPUT VII.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio  
 Tarracone celebrato.

*Cum cantici Te Deum laudamus versiculus  
 Te ergo quaesumus, accinitur, flectentibus  
 genua quadraginta dies relaxantur poenit-  
 entiae pro peccatis injunctae: itemque lu-  
 men accensum tenentibus dum sanctissimum  
 corpus, & sanguis Jesu Christi elevantur.  
 Quas indulgentias Episcopi monentur con-  
 cedere in suis dioecibus.*

Redemptionis nostrae memoriam recensentes,  
 in qua mortem nostram recolimus  
 mortuam, nostrumque interitum interisse, ut  
 redemptionis misericordiam sentiamus propitiam  
 & in tot adversitatibus clero subveniat pene la-  
 pso, sacro approbante concilio ordinamus, quod  
 dum dicitur Canticum *Te deum laudamus*,  
 in versu *Te ergo quaesumus*, humili corde ge-  
 nuflexio semper fiat in tota nostra provincia,  
 ut Dei auxilium devotius postuletur. Et cui-  
 libet genua tunc flectenti, & etiam iis, qui lu-  
 men in manu tenuerint, dum sacratissimum  
 corpus Christi in Missa, & calix sanguinis Do-  
 mini per presbyterum elevantur \*, quadragin-  
 ta dies de injunctis sibi poenitentibus in (praedi-  
 ctorum) quolibet trium astuum in Domino  
 relaxamus: ad praemissas remissiones, & indul-  
 gentias concedendas in suis dioecibus venera-  
 biles fratres nostros Episcopos in Domino ex-  
 hortantes.

## CAPUT VIII.

PETRUS tertius Archiepiscopus in concilio  
 celebrato Tarracone.

*Constitutio Sanctii Archiepiscopi cujus initium  
 est Non incongruum, jubetur sancte ob-  
 servari, indicique populo Missa die memo-  
 rata post festum Corporis dominici celebra-  
 da. Qui ei interfuerint, quadraginta dies  
 poenitentiae injunctae relaxantur. Monentur  
 Episcopi ad hujusmodi indulgentias conce-  
 dendas. Sexta dies memorata, ob impedi-*

*menta, in primam post octavas commuta-  
 tur; & in insequentem, si quid impedi-  
 menti habuerit.*

Quia in constitutione provinciali per bo-  
 nae memoriae dominum fratrem Sanctium  
 praedecessorem nostrum incipiente: *Non incon-  
 gruum reputamus*, fuit sancte, & devote sta-  
 tutum, ut in nostra ecclesia Tarraconensi, &  
 in aliis ecclesiis cathedralibus nostrae provinciae  
 & (in) omnibus ecclesiis dioecesium praedictarum  
 sexta die post festum sacratissimi Corporis  
 Christi Missa solemniter, & honorifice cele-  
 braretur \* pro animabus illorum, qui dictum  
 sacratissimum corpus Christi, cum ad infirmos  
 portatur, sociaverint cum cereis, vel alias im-  
 pendendo (eidem) reverentiam, devotionem  
 pariter, & honorem, &c. & dicta constitutio  
 non servetur, ut percepimus, ut decet \*; pa-  
 rumque profit, statuta promulgari \*, & man-  
 data fieri, nisi ad eorum observationem arden-  
 tur debite transgressores; idcirco sacro appro-  
 bante concilio mandamus in virtute sanctae o-  
 bedientiae omnibus, & singulis suffraganeis no-  
 stris, Rectoribus, & Curatis quarumcumque  
 ecclesiarum provinciae nostrae, quatenus dictam  
 constitutionem omnimode servant, & faciant  
 observari \*. Adicientes eidem, quod Rectores,  
 & Curati (in die festi memorati) hujus-  
 modi faciendam solemnitatem denuntient ple-  
 bibus suis. Et ut eo devotius ad interessendum  
 in dicta Missa Christi fideles inclinentur, quo  
 uberiori dono gratiae conspexerint \* se refe-  
 ctos, ob reverentiam dicti \* sacratissimi corpo-  
 ris Christi omnibus vere poenitentibus, & con-  
 fessis, qui dictum Missae officium celebrabunt,  
 & in eo intererunt, quadraginta dies de injun-  
 ctis sibi legitime poenitentibus in Domino mi-  
 sericorditer relaxamus: ad similes indulgentias  
 concedendas dictos suffraganeos nostros in eorum  
 dioecibus etiam exhortantes. Et quia sexta dies  
 in constitutione praefixa frequenter plerisque de  
 causis recipit impedimentum, statuimus appro-  
 batione dicti sacri concilii, quod hujusmodi fiat  
 officium prima die post octavas festi ipsius: quaes  
 si impedita fuerit, ad sequentem non impedi-  
 tam infallibiliter transferatur.

## CAPUT IX.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

*Praelati monentur semel, ut minimum, in heb-  
 domada Missam celebrare. Canonici, &  
 qui ratione beneficiorum non coguntur, se-  
 mel in mense. Canonici, & beneficiati non-  
 dum ad sacerdotalem dignitatem promoti  
 quater in anno sacrosanctam Eucharistiam  
 sumere. Beneficiatos quoque & in sacris  
 ordinibus constitutos suum habere debere  
 Breviarium ab Episcopo ordinatum: & ne-  
 minem diaconum debere ordinari, nisi qui  
 peritus fuerit officii dicendi, decernitur.*

Quia inter divina officia Missarum celebra-  
 tionis \*, propter excellentiam, & reve-  
 ren-

\* incline-

117

\* celebra-  
tur\* deceret  
\* promul-  
gare

\* servari

\* prospexerint  
\* sancti

\* eleva-

117

\* celebra-  
tionem



## 448 Constitutionum Provincialium

rentiam sacratissimi corporis, & sanguinis Jesu Christi, non decet Prælatos, nec alios presbyteros diutius oblivisci, in cujus sacramento vitæ suffragium consequimur, & salutis, constitutionibus bonæ memoriæ prædecessorum nostrorum super his editis inhærentes, sacro approbante concilio, monemus, & hortamur venerabiles fratres nostros Episcopos, Abbates, Priores, & alios Prælatos, quatenus saltem semel [ in ] qualibet hebdomada: Canonicos vero, & alios presbyteros, qui ad majus servitium non tenentur, nec celebrare ratione suorum beneficiorum obligantur, vel si obligantur, faciunt per alium deferri, ad minus semel quolibet mense Missas celebrent, quantum poterint \* honeste pariter, & devote: ceteros vero Canonicos, & beneficiatos non presbyteros quater inter in anno saltem, videlicet in Nativitate Domini, in festo Paschæ \*, Pentecostes, & Assumptione beatæ Mariæ communicent infallibiliter, & devote, legitimo impedimento cessante: quod ad eorundem diocesanorum arbitrium penitus remittatur.

\* potuerint, sive poterunt

\* in Pascha

### CAPUT X.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, sedis Apostolicæ Legatus in concilio Dertusæ celebrato. Hujus constitutionis summa superioris argumento continetur.

NE divinæ servitutis pensum, quod de fructu laborum suorum offerre tenetur quilibet clericus, ecclesiasticum beneficium possidens, vel in sacris ordinibus constitutus, dum per occupationes alias conventui ecclesiæ interesse non valeat, ex defectu breviarii omitatur, provide duximus statuendum; ut per locorum Ordinarios beneficiati prædicti, & in sacris ordinibus constituti ad habendum propria Breviaria infra tempus ipsorum Ordinariorum arbitrio moderandum coertione districta cogantur: nullusque de cetero in subdiaconum ordinetur, qui non habeat Breviarium, & in practica, & peritia divinum officium faciendi per examen reperiatur idoneus.

### CAPUT XI.

IDEM in eodem.

Non præbendum sacramentum Eucharistiæ sanis, nisi in ecclesiis, locisque specialiter ad id designatis: ægrotis domum quidem deferendum, sed accensis luminibus, & quam poterit honorificentissime. Ad hæc, nec sacramentum baptismi in privatis aedibus conferendum, nec Missa pro nuptiis, vel sepulturis, vel novis nuptis celebranda.

Sicut omnibus unum est, & æqualiter efficax sacrum Eucharistiæ sacramentum, sic esse debet modus ministrandi unus omnibus, & conformis cum debita cæremonia, & reverentia singulari. Ea propter ne ipsum sociare \*, & venerari volentibus lucrandi meritum, & concessæ indulgentiæ subtrahantur, statuimus, quod nemini sano per domos privatas, vel capellas sacramentum Eucharistiæ ministretur, sed ipsum \* sanis in ecclesiis, & ceteris locis ad

\* associare

\* ipsis

hoc deputatis, vel etiam specialiter deputandis: ad infirmos vero ab ipsis ecclesiis defertur accensis luminibus honorifice, & decenter. Ceterum præsentis salubri sanctione prohibemus, ne in domibus privatis sacrum baptismum alicui conferatur, sed Clementina super hoc disponens observetur efficaciter; neque etiam Missa pro nuptiis, vel sepulturis, vel novis nuptis in privatis domibus celebretur.

### CAPUT XII.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

Constitutionem Petri primi prædecessoris nostri, quæ incipit: *Quia aliqui*, in eos, qui duas, aut plures eodem die celebrant Missas, excepta sacra natalis Domini die, & aliis quibusdam casibus jure communi concessis renovantes, & ampliantes; omnibus presbyteris, tam sæcularibus, quam regularibus, sacro approbante concilio, sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda ab ordine sacerdotali, & ab officii, & beneficii administratione id facere interdiximus. Quod si id iterum semel puniti agere deprehendantur, perpetuo ab altaris ministerio arceantur, ac beneficiis quibuscumque priventur, & ad alia obtinenda inhabiles censeantur. Ad hæc, cum in sacro oecumenico Tridentino concilio prohibitum sit, ne alibi, quam in ecclesiis, & ad divinum tantum cultum dedicatis oratoriis ab ordinariis Episcopis designandis, & visitandis sanctum Missæ sacrificium peragatur: in domibus, aut in plateis, aut vicis publicis, aut in agris, vel campis celebrari, hujus sacri approbatione concilii provincialis interdiximus.

### CAPUT XIII.

IDEM in eodem.

Antiquorum Patrum decreta sequentes, qui sacra vasa, non ab aliis, quam a sacerdotibus, Dominoque dicatis hominibus contrectari vetuerunt: ne, ut aliquando evenit, Dominus iratus plagas inferat populo suo, & pereat justus cum impio, sacro approbante concilio, calices, & patenas ab Episcopis consecratas ab aliis, quam ab iis, qui in sacris ordinibus constituti sunt, tangi prohibemus, neque a laicis, quantumvis religiosis, tam masculis, quam feminis, aut a clericis, sive sæcularibus, sive regularibus offerentibus, vel pacis tempore in sacro Missæ sacrificio, aut post communionem laicam, aliove quocumque tempore attingi. Cum enim ea sacra vasa tantum in administrationem Eucharistiæ domini nostri Jesu Christi inungantur, sanctificentur, & consecrentur; ut ejusdem corporis, & sanguinis quasi novum sepulcrum sancti spiritus gratia efficiantur, nefas est alios eis uti, quam ministros ejusdem sacrosancti mysterii. Contrarias igitur consuetudines, ut irreligiosas denuntiantes, & declarantes, omnibus ab eisdem abstinere præcipimus; contumaces vero, & rebelles



les censuris, & poenis arbitrio Ordinariorum imponendis coerceantur. Cumque omnis munditia deceat eos, qui ea vasa, atque mysteria contingunt, dicente Domino per Prophetam: *Mundamini, qui fertis vasa Domini*; omnibus sacerdotibus, tam sæcularibus, quam regularibus ejusdem sacri approbatione concilii interdicimus, ne aliter ad sacrificium Missæ peragendum accedant, quam si prius, & mundi ipsi sint, tam spiritali conscientiæ, quam corporali manuum ablutione mandati, & mundis vestibus induantur, & corporalibus, aliisque lineis mappis, & lintheaminibus mundis utantur. Ipsa vero vasa sacra, tum munda, ac nitida ad altare afferantur, tum etiam in ipsa sumptione corporis, & sanguinis dominici ita abstergantur, atque tergantur, ut nihil omnino in terram cadat, aut in ipsa mantilia, vel corporalia effundatur. Quotquot vero ablutiones post sacram communionem fient, omnes ab ipso sacerdote sumantur, ne forte aliquid ex corpore, aut sanguine Domini relictum sit, quod ita irreligiose, atque impie tractetur. Quamobrem omnes sacerdotes in Missa mundum habere lintheamen quoddam jubemus, quod purificatorium dicitur, quo post communionem susceptam, & post lotionem digitorum, atque post ablutiones peractas, digitos, & os mundare, & calicem siccare possit. Idque lintheamen intra calicem relinqui debere monemus. Calicem vero ipsum cum patena, aut ab ipso sacerdote, aut a diacono, vel subdiacono, non vero ab aliis inferioris ordinis clericis sicari, tegi, ac velari; postquam vero velata fuerint, ab aliis tangi, aut custodiri non prohibemus. In omnibus autem ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, atque aliis quibuscumque hæc lintheamina, quæ purificatoria dicuntur, ubi non sint, fieri, & ita lavari a subdiaconis, ut corporales pallæ lavari debent, aquam in piscinam ecclesiæ effundi, ea vero nitide custodiri præcipimus, & a visitatoribus ea etiam visitari; & quascumque sordes in iis, quæ retulimus, vasis, aut vestibus sacris, aut in celebratione Missæ, tam ab ipsis visitantibus, quam ab aliis superioribus puniri.

## CAPUT XIV.

IDEM in eodem.

**N**ON sine maxima ratione ex antiquorum Patrum traditionibus accepimus, ut in diebus solemnibus in sacrosanctæ Missæ sacrificio post evangelium decantetur magna voce symbolum fidei catholicæ, ut agnoscat populus Christianus ei non sufficere, ut corde credat ad justitiam; sed opus esse, ut ore confiteatur ad salutem. Et quamvis organorum usus, utpote in sancta Romana Ecclesia permissus nullo modo sit ab Ecclesia excludendus, quinimmo servatis debitis circumstantiis merito sit observandus: tam ea, quæ ad necessitatem salutis omnino credenda, & confitenda sunt, ore proprio clericorum, qui in choro decantantes vice-toti-

Tom. III.

us populi profiteantur, depromi convenit. Quapropter sacro approbante concilio statuimus, & ordinamus; ut symbolum fidei catholicæ, quod majus nuncupamus, omnibus diebus, quibus in Missarum solemnis est dicendum, distincte in choro, absque alicujus organi commixtione, per clericos promatur, & decantetur, ut per vivam eorum vocem populus omnes fidei articulos in memoriam reducat; & intelligat non sufficere, ut aliquot illorum credat; sed opus esse, ut omnes per veram fidem confiteatur: cum certum sit, quod in uno deficiens factus est omnium reus.

## CAPUT XV.

IDEM in eodem.

**C**UM Paulus Apostolus vas electionis jubet fieri obsecrationes, & orationes pro omnibus hominibus, ac præsertim pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt; idque bonum, & acceptum esse testetur coram salvatore nostro Deo, sacro approbante concilio statuimus, ut in singulis conventibus Missis in fine postremæ orationis, aut si unica tantum dicatur, in ejus orationis fine hæc verba addantur: *Et famulos tuos summum Pontificem, Et Antistitem nostrum, cum ecclesiastico ordine: nec non Regem, Et Reginam, ac Principem nostrum cum prole regia, Et exercitu suo, Et cuncto populo Christiano ab omni adversitate custodi; pacem, Et salutem nostris concede temporibus, Et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam.* Quod si aliquis ex supradictis deerit, ejus mentio omitatur. Hæc in omnibus tam cathedralibus, quam collegiatis ecclesiis, atque aliis tam sæcularibus, quam regularibus fieri præcipimus.

## CAPUT XVI.

IDEM in eodem.

**S**ACRI approbatione concilii prohibemus, ne juxta aliquarum ecclesiarum tam regularium, quam sæcularium consuetudinem, diaconi soli calicem cum vino, vel patenam cum hostia tenentes offerant in sacro Missæ sacrificio: sed id semper presbyter faciat; nisi propter senectutem, aut manuum infirmitatem, aut debilitatem adjuvatore diacono indigeat: tunc enim poterit a diacono ita adjuvari, ut presbyter quoque manus admoveat: sacerdotum enim ministri diaconi sunt in his divinis mysteriis.

## CAPUT XVII.

GASPAR in concilio Tarraconensi.

*De celebratione Missarum, Et aliis officiis secundum Romanæ Ecclesiæ usum dicendis.*

**U**Nam esse sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam, sæpius in omnibus ecclesiis profiteamur; extra quam nulla salus est, neque remissio peccatorum; unus est Deus,

L I I

una



una fides, & unum baptisma; unus Christus, & unus pastor Petrus Christi Vicarius Romanæ Ecclesiæ primus Episcopus, quæ una est mater omnium ecclesiarum, atque magistra. Cum igitur omnes ejusdem ovilis simus, & eundem habeamus pastorem; quo magis, magisque Ecclesiæ Romanæ institutiones, & consuetudinem ecclesiasticam observabimus; eo magis capiti nostro adhærebimus, & illi petræ, in qua Ecclesia fundatur. Sane nuper felicis recordationis Pius Papa V. ex decreto œcumenici concilii Tridentini unum in Ecclesia Dei orandi modum, unam sacrificii peragendi formam Breviario, & Missali Romano editis omnes edocuit. Quos libros nos cum primum potuimus, in Ecclesia metropolitana nostra de consilio fratrum nostrorum Canonorum ejusdem Ecclesiæ libenter recepimus, & omnibus subditis nostris in singulis ecclesiis nostræ diocesis juxta eorundem librorum formam, & Romanæ Ecclesiæ consuetudinem orandum esse, & sacra peragenda hortati sumus, atque præcepimus. Hoc ipsum ut in omnibus nostræ provinciæ Tarraconensis, & Helnenfis diocesis ecclesiis, exceptis tantum regularibus exemptis, fiat, sacri approbatione concilii in Domino hortamur, atque præcipimus, ut de nobis dici possit hæc in re, quod de primis illis Christi discipulis, unum cor fuisse, & animam unam; nullaque schismata, quæ tunicam illam Christi inconsultilem scindere possint. Sed quoniam sine librorum copia non possunt hæc executioni mandari, curabunt in singulis diocesis Episcopi, aliive ordinarii præpositi, ut terminus præfigatur competens, & cura adhibeatur libris, vel emendis, vel conscribendis, vel mutandis, & cæremoniis ediscendis; adhibitis his, quos ex suis Capitulis, aliisve ecclesiis viderint huic rei aptiores fore. Hæc ultra annum differri nullo modo patiemur, sed omnibus legitimis modis adversus negligentes procedemus. Hanc vero constitutionem etiam ad ea porrigimus, quæ extra dictos duos libros sacrosancta Romana Ecclesia observat in quibuscumque divinis officiis, & pontificalibus cæremoniis; illis tantum exceptis, quæ vel summi Pontificis, vel Romanæ Ecclesiæ singularia sunt, & nulli alii competunt Antistiti, vel ecclesiæ inferiori.

## CAPUT XVIII.

IDEM in eodem.

**C**UM æquum sit os bovis triturantis, ut ait Apostolus, non alligari: temporum mutationem, & omnium rerum charitatem considerantes, quippe cum hodie duplo majores sumptus pro congrua sacerdotum sustentatione quam patrum nostrorum memoria fiant: sancta synodo approbante statuimus, ut deinceps nullæ vivorum, aut mortuorum foundationes beneficiorum, aut anniversariorum, aut aliarum piarum voluntatum institutiones, quibus onera Militarum injunguntur, confirmetur; nisi deductis oneribus sacerdotibus tales proventus con-

stituantur, ut in singulas Missas saltim bini solidi Barcinonenses solvantur. Laudabilem autem aliquorum locorum consuetudinem approbantes, & eam ad totius provinciæ loca extendi cupientes, ut fidelis populus eleemosynæ, sive cibari diurni vice totidem solidos pro singulis Missis largiatur, magnopere commendamus: neque ultra eam summam avaros sacerdotes ab invitis extorquere, aut Ordinarios æstimare debere censemus, nisi aut itineris laboris, aut cantus adhibiti ratio esset habenda, aut alia justa causa urgeat. Sordidum quoque eorum quæstum improbamus, qui mercedes duplices, aut triplices nedum his majores lucrantur, sese pauperes fingentes, & uno, eodemque sacrificio, cum a singulis mercedis loco pecuniam acceperint, ut sacrificarent, satisfacere se sine superioris auctoritate existiment. Quod vero ad Missas, & anniversaria olim relicta attinet, quorum numerus valde excrevit, Ordinarii locorum juxta sacri concilii Tridentini decreta habita temporum, & locorum ratione statuent.

## TITULUS XXV.

DE BAPTISMO, ET EJUS EFFECTU.

## CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in sexto concilio Tarracone celebrato.

*Sarracenorum baptismum postulantium excutiendus animus, & probandus: is si sincerus visus fuerit, baptizandi.*

**Q**uia intelleximus, quod aliqui Sarraceni captivi fide veniunt ad baptismum, ut possint jugum evadere servitutis, statuimus, ut cum Sarraceni hujusmodi ad ecclesiam causa baptizandi confugerint, diebus aliquibus per Rectorem ecclesiæ conserventur; ut cognoscat, utrum in tenebris ambulent, vel in luce. Et si perseveraverint in proposito baptizandi, eisdem ulterius baptismus non negetur.

## CAPUT II.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Infantes, cum baptizantur, tenendos a susceptoribus, dum verba sacramenti proferuntur.*

**E**Vitantes quæ, docente experientia, solent in submergendis infantibus \* in sacro fonte baptismatis sæpius evenire; jubemus, infantes hujusmodi per paternos, seu suscipientes eosdem teneri: & baptizandos cum aqua, proferendo verba decentia per Curatos seu eorum loca tenentes, tantummodo tingi.

\* contin-  
gunt in sub-  
mergendo in-  
fantes

## CAPUT III.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertulæ celebrato.

*A Judaismo conversi censuris cogendi, & invocatione brachii secularis, si opus fuerit, ut*



*ut filios suos infra octo dies a Nativitate curent baptizari: monenturque domini temporales, ut ecclesiasticis iudicibus adsint.*

**I** Naudita crudelitas nostrum pulsavit auditum quod nonnulli a Judaismo, vel paganica cæcitate conversi infantes suos, quos per sacrum baptismi lavacrum eripere possent\*, damnabili negligentia, vel incuria subesse permittunt jugo diabolicæ servitutis. Idcirco locorum Ordinariis districte præcipiendo mandamus, quatenus parentes hujusmodi per censuram ecclesiasticam, aliaque juris remedia districte\* compellant, quatenus infra octo dies ab ipsorum infantium nativitate numerandos, sacrum eos percipere\* faciant baptismatis sacramentum, omni prorsus excusatione, & dilatione semotis: in his districte, & rigide procedendo per aggravationem censuræ ecclesiasticæ, & etiam, si opus fuerit, invocationem brachii sæcularis. Monemus insuper, & sub interminatione divini iudicii obtestamur omnes dominos temporales, quatenus ecclesiasticis iudicibus in præmissis assistentes adjuutores, & cooperatores existant auxiliis, & remediis opportunis.

CAPUT IV.

HIERONYMUS Cardinalis Archiepiscopus in quinto concilio.

*Curatis conficiendi duo libri, quorum in altero baptizandorum, parentum, susceptorumque nomina scribantur; in altero morientium.*

**C**UM negligentia Curatorum libris baptismorum, & defunctorum carentium in sua parochia gravia damna, simul & scandala fuerint secuta; sacro concilio approbante statuimus de cetero, quod quilibet Rector, Vicarius, & curam animarum in provincia habens, & regens in sua parochia duos teneat libros, in quorum altero nomina, & cognomina baptizandorum, parentumque eorum, ac patrinorum, & patrinarum, diemque & annum, quo fuerint baptizati; in altero vero obitus annum, & alia necessaria integre, & cum effectu scribat. Pœna contra facienti excommunicationis, & pecuniaria quinquaginta solidorum pro qualibet vice constituitur.

TITULUS XXVI.

DE CUSTODIA EUCHARISTIÆ, CHRISMATIS, ET ALIORUM SACRAMENTORUM, VASORUM, ET INDUMENTORUM ECCLESIASTICORUM.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Quæ deserviunt cultui divino, munda servanda: chrisma, oleum; Eucharistia, &*

*altare consecratum caute custodienda: sacramentum Eucharistiæ honorifice deferendum. Harum rerum cura Episcopis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris delegantur, qui si in transgressoribus hujus statuti puniendis remissi fuerint, Decani quidem plectendi, & castigandi ab Episcopis, Episcopi a concilio Tarraconensi.*

**P**Ræcipimus, ut ecclesiæ, & omnia oratoria vasa divini mysterii\*, pallæ altaris, & corporalia, & vestimenta ministrorum munda, & nitida conferventur: chrisma, oleum, & Eucharistia caute ferventur, clavibus adhibitis: nec non & altare consecratum diligenter fervetur cautela, ne in\* aliquod prædictorum manus temeraria se extendat pro aliquibus nefariis exercendis. Sacra quoque Eucharistia ad infirmos cum campana, & lucerna\* honorifice deportetur, & (in) singulis octo diebus renovetur. Ut autem ea omnia, quæ pro extirpanda clericorum incontinentia, & pro ipsorum vita, & honestate reformanda; nec non (&) ea, quæ pro munditiis ecclesiarum, & eorum, quæ ad divinum cultum pertinent, ea quoque, quæ pro fideli custodia chrismatum, olei, eucharistiæ, & altarium pie, & provide statuta sunt, irrefragabiliter observentur, præcipimus, ut Episcopi, Decani, & Archidiaconi, & Archipresbyteri circa eorundem\* observantiam curam adhibeant diligentem. Nam pro\* transgressionibus subditorum ab ipsis de cetero culpa requiretur, & pœna: nec se poterunt excusare, dicentes: Nos monuimus: nos corripuimus; nisi subditorum suorum correctionem possint ostendere, aut pœnam eisdem impositam. Horum autem, scilicet Decani, Archidiaconi, vel Archipresbyteri negligentia, si in præmissis inveniatur, sive defectus, ab Episcopo puniatur; ipsius autem Episcopi negligentia, vel defectus, a Metropolitanò, vel provinciali concilio sic districte puniatur, quod pœnam correctio subsequatur.

CAPUT II.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, administrator ecclesiæ Tarraconensis in concilio Tarracone celebrato.

*Clericis mundities ornamentorum divino cultui deservientium injungitur, & hostiarum conficiendarum: negligentibus pœna viginti solidorum irrogatur, in ecclesiæ ornamenta conferendorum.*

**U**T per corporalem munditiem spiritualis mundities\* designetur, præcipimus, quod clerici, quibus hoc ex officio competit, ecclesias, altaria, vestimenta, & alia ecclesiastica ornamenta munda teneant, lavent corporalia, & hostias faciant per se ipsos, vel per clericos hæc fieri faciant. Contrarium vero facientes\* pœnam viginti solidorum usualis moneat convertendam in ornamenta ipsius ecclesiæ, sine remissione aliqua, se noverint\* incurrisse.

\* ministerii

\* ad

\* lumina

\* eorum

\* de

\* munditiam spiritualis munditia

\* faciens

\* noverit



# 452 Constitutionum Provincialium

## TITULUS XXVII.

### DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM.

#### CAPUT I.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in concilio.

*In jejuniis ab Ecclesia institutis carniū esu interdicatur, nisi urgente necessitate, nec tum quidem nisi in abscondito. Confessores autem prohibentur aliter facultatem dare edendarum carniū.*

**H**Uic morbo congruam cupientes adhibere medelam, sacro approbante concilio), prohibemus districtius sub pœna excommunicationis, & maledictionis æternæ; ne aliquis cuiuscumque status, seu condicionis existat, in jejuniis per Ecclesiam institutis \*, & præcipue in quadragesima carnes comedat: nisi necessitate cogente, & tunc etiam (id erit) in abscondito \*. Confessores autem religiosi, vel sæculares, qui, præterquam in casu necessitatis urgentis, licentiam alicui dederint carnes in dietis jejuniis comedendi, graviori subiaceant disciplinæ.

\* *indictis*

\* *abscondito*

## TITULUS XXVIII.

### DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, ET DOMIBUS EARUM REPARANDIS.

#### CAPUT I.

ARNALDUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Ecclesiarum hospitia habitationi commorantium instauranda, & adaptanda.*

**H**ospitia dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ reparatione indigent, faciant Episcopi reparari, & congrue teneri: & in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis hospitia non residentium, residentibus commodari.

## TITULUS XXIX.

### DE IMMUNITATE ECCLESiarUM.

#### CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdensi.

*Qui eos ab ecclesiis extrudunt, qui eo tamquam ad asylum profugerunt, excommunicati denuntiandi, & condigne satisfacere cogendi: pœnam autem sacrilegii dependere, si per Mauros extruserint, eosdemque servituti subiicere, vel eorum pretium persolvere debere statuitur.*

**I**N figuram ecclesiasticæ libertatis Dominus in veteri testamento civitates refugii dignoscitur \* ordinasse. Et quoniam ecclesiarum immunitatem quidam ausu temerario infringere non verentur, confugientes ad ecclesias compedibus, aut \* vinculis in ipsis ecclesiis astringentes, per subtractionem victus illos \* ad exeundum com-

\* *nosciuntur*

\* *ac*  
\* *victualium*

pellentes, seu per Mauros, aut [per] excommunicatos Christianos ab ecclesiis extrahentes, præsentis auctoritate concilii ducimus \* statuendum; ut omnes, qui talia commiserint, excommunicati denuntientur, usque ad satisfactionem condignam. Qui vero per Mauros ab ecclesia Christianos abstraxerint \*, & condigne satisfaciant, & sacrilegii pœnam exolvant: & Mauros illos, per quos ecclesiæ Dei prædictum [dederint] dedecus, & injuriam intulerint \*, ecclesiæ violatæ servituti subiiciant, vel ipsi reddant ecclesiæ pretium \* eorundem, si absolutionis beneficium voluerint obtinere.

\* *duximus*

\* *extraxerunt*

\* *intulerunt*

\* *valorem, vel pretium*

#### CAPUT II.

RODERICUS in tertio concilio.

*Qui inflammaverint principes, vel sæculares potestates, consilium, vel patrocinium, instrumenta, vel alia documenta dederint contra ecclesias, excommunicantur, & beneficiis privantur.*

**Q**uorundam oculos ita \* excæcat ambitio, ut temporalibus commodis inhiantes, plus temporali majestati, quam æternæ [saluti] placere studentes, libertatem, & immunitatem ecclesiasticam, quam ipsi tenentur defendere, lædere, ac minuere moliantur \*, inflammando principes, & potestates sæculares, ac universitates locorum, seu Rectores eorum, eisdemque \* impendendo consilium, & patrocinium: nec non ecclesiarum, a quibus beneficia recipiunt, exhibendo, & tradendo instrumenta, & alia documenta contra ipsas, & personas ecclesiasticas, ac ipsarum homines, & bona, ac privilegia, & etiam libertates: & idcirco cupientes, ut ecclesiæ in plenitudine juris sui, & libertatis integritate latentur, ac detestabilis malignorum audacia, & insolentium temeritas nefaria propulsetur, sacro approbante concilio \* statuimus; ut quicumque Prælati ecclesiastici, vel personæ religiosæ, vel sæculares quorumcumque ordinum, condicionis, seu status existant, palam, vel occulte principes, vel sæculares potestates, vel universitates locorum, aut rectores eorum inflammaverint, vel eis consilium, vel patrocinium scienter dederint, vel ecclesiarum, in quibus beneficia obtinent, absque expretio consensu sui Prælati, & Capituli, vel conventus exhibuerint, vel alias tradiderint instrumenta, vel alia documenta contra ipsas ecclesias, monasteria, vel loca religiosa, aut jura, vel bona, aut privilegia, immunitates eorum, vel libertates; in excommunicationis sententiam incidant ipso facto: & nihilominus beneficiis, quæ habuerint in ecclesiis, vel locis, quæ sic scienter, vel fraudulenter læserint, perpetuo sint privati.

\* *sic*

\* *moliantur*

\* *eisque*

\* *sacri approbatione concilii*

#### CAPUT III.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, administrator Ecclesiæ Tarraconensis, in concilio secundo Tarracone celebrato.

*Domini temporales, quique his faverint, etiam*

*iam*



*iam ecclesiastici, excommunicantur, & excommunicati iubentur publice denunciari, si ulla ratione prohibuerint, quominus fructus, qui ecclesiasticis debentur, libere educantur e sua ditione, ac dominio; vendanturque eorum, quorum sunt, arbitrato.*

**L**icet iniquum sit, dispositionem bonorum suorum liberam ingenuos homines non habere, ut testantur expresse legitimæ sanctiones; quorundam tamen temporale dominium obtinentium præsumptuosa temeritas sic excrevit, quod fructus, qui ex \* beneficiis ecclesiasticis proveniunt, seu habentur, de locis [ suo ] dominio, seu jurisdictioni subiectis extrahi non permittunt: nec clerici, seu personæ ecclesiasticæ eisdem fructibus libere uti possunt: nec pro eorum utilitatibus, seu necessitatibus liberam alienationem facere de eisdem: immo ipsos quandoque in certis \* locis, & certo pretio prædicti, seu qui ex causa emptionis, seu alias ipsos fructus percipiunt, nomine eorundem habent invitati vendere, nec eosdem possunt de loco ad locum transferre libere: quod cedit in ipsorum clericorum, ac personarum ecclesiasticarum, & ecclesiarum ( etiam ) maximum detrimentum. Nonnulli etiam eorundem retrodecimam, seu aliam certam partem de fructibus, quos homines ecclesiarum, & locorum ecclesiasticorum colligunt, cum maximis laboribus, & expensis, ab ipsis hominibus invitatis indebite exigunt, & extorquent, in suarum grave periculum animarum. Unde cum nostro incumbat officio prædicta, quæ exemplo perniciose sunt, ac periculosa ( etiam ) animabus, & contraria libertati ecclesiasticæ, de Tarraconensi provincia penitus extirpare; sacro approbante concilio ea fieri de cetero prohibemus: quoscumque, qui aliquid fecerint de præmissis, etiam \* si clerici ( fuerint ) seu ecclesiasticæ personæ existant, & dantes ad ea consilium, auxilium, vel favorem, excommunicationis sententia \* innodamus: Ordinariis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ injungentes, ut cum eis constiterit aliquos in excommunicationis \* sententiam incidisse, eosdem excommunicatos faciant publice denunciari: nec eisdem absolutionis Beneficium impendant, donec a prædictis destiterint, & de damnis per eosdem prædictorum occasione illatis satisfecerint competenter: præcipientes etiam, quod hoc statutum faciant in ecclesiis \* suarum diocesium, in quibus eis utile videbitur, solemniter publicari.

## CAPUT IV.

IDEM in concilio quarto Tarracone celebrato.

*Domini temporales, si prohibuerint, quo minus ecclesiasticis domus, horrea, ac vasa locentur, ut ipsi minimo ab ecclesiasticis possint fructus emere, excommunicantur, & exigente contumacia, a Prælatiis iubentur aggravari.*

**I**N nonnullis partibus provinciæ Tarraconensis locorum domini ecclesiasticis utilitatibus

invidentes non permittunt, quod personæ ecclesiasticæ, quæ inibi decimas percipiunt, emant, seu alio titulo acquirant, & habeant domos, seu horrea, vel cellaria, in quibus decimales redditus congregentur, aut etiam conferentur. Prohibent etiam subditis suis, & diversis modis eos retrahunt, ne dictis personis ecclesiasticis, aut ementibus ab eisdem domos, horrea, aut vasa ad hæc \* locent, commodent, vel concedant. Quod quidem facere moliuntur, ut personæ prædictæ dictos redditus eisdem dominis vendere minimo compellantur. Nos igitur indemnitati ecclesiarum providere volentes, & abusum huiusmodi in divinæ legis offensam præsumptum penitus de ipsa provincia extirpare; sacro approbante concilio locorum Ordinariis [ districte ] præcipiendo mandamus, quatenus si locorum domini, & rectores, postquam pro parte personarum ecclesiasticarum inde requisiti fuerint in prædictis, deliquerint in \* aliquo prædictorum, sententiam excommunicationis, quam obsequia huiusmodi subtrahentes, incurrere dignoscantur \*, contra ipsos dominos, vel rectores studeant publicare, ac eorum exigente contumacia, censuram ecclesiasticam aggravare.

## CAPUT V.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio primo Tarracone celebrato.

*Declaratur, præcedentem constitutionem ad bajulos, officiales, vassallos etiam porrigi.*

**D**Udum in constitutione provinciali edita per bonæ memoriæ dominum Patriarcham Alexandrinum, & administratorem Ecclesiæ Tarraconensem, quæ incipit, *In nonnullis partibus provinciæ Tarracon.* fuit salubriter statutum \*, quod si domini temporales, & rectores aliquorum locorum prohiberent personis ecclesiasticis, quo minus emerent domos, horrea, aut vasa conducant \* pro redditibus ecclesiasticis conservandis in locis suis, sententiam excommunicationis incurrerent: & vassalli, seu homines dictorum dominorum prædicta etiam prohibeant interdum de facto personis ecclesiasticis memoratis; quod cedit in præjudicium ecclesiasticæ libertatis: idcirco prædictam constitutionem *In nonnullis*, & pœnam in eadem contentam ad bajulos, & officiales, & vassallos, & homines prædictorum dominorum, & alios quoscumque impediens prædicta fieri, sacro approbante concilio duximus extendendam.

## CAPUT VI.

IDEM in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Excommunicantur, quicumque compellunt ecclesiasticos tributa solvere, etiam si ea debeant, cum per ecclesiasticum iudicem debeant compelli.*

**I**TEM cum nonnulli domini temporales, & universitates civitatum, villarum, castrorum, & locorum, & iudices, & aliæ personæ sæculares

\* quando-  
cumque in  
servis

\* prædi-  
ctis, &

\* excom-  
munionis sen-  
tentie

\* in prædi-  
ctam excom-  
munionis

\* per eccle-  
sias

\* hoc

\* vel

\* digno-  
scuntur

\* constitu-  
tum

\* locent



\* *emparas* lares compellant clericos per emparam \*, & pignorationes, & venditiones censualium, bonorum, & jurium beneficiorum, & aliorum bonorum suorum, & alias, ad contribuendum, & solvendum in peytis, quæstis, tallis, & aliis exactiõibus impositis, seu indictis per eodẽ, & in casu, quo in illis, vel aliquibus eorum \* solvere, & contribuere teneantur \*, non tamen sint \* de jure per eos compellendi, sed per eorum judicem ecclesiasticum competentem: ideo sacro concilio approbante statuimus, quod si prædicti domini, & alii superius nominati compulerint, seu coegerint directe, vel indirecte, clericos beneficiatos, vel in sacris ordinibus constitutos, aut quoscumque religiosos ad contribuendum, & solvendum in peytis, quæstis, tallis, aut \* aliis exactiõibus supradictis, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Si autem (dictæ) universitates dictam compulsionem fecerint, seu fieri fecerint, eo ipso subjaceant interdicto ecclesiastico: a qua excommunicationis sententia \* non absolvantur, nec dictum interdictum relaxetur, donec dictam compulsionem amoverint \*, & de damnis satisfecerint plenarie, & expensis.

\* *earum teneantur sunt*

\* *quidem excommunicatione*

\* *revocaverint*

## CAPUT VII.

PETRUS de FUXO Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

*Qui quovis pretextu, aut colore ecclesiasticos pertrahunt in judicium sæculare, excommunicantur, & excommunicati jubentur publice nuntiari.*

**L**icet contra eos, qui clericos, vel ecclesiasticas personas in præjudicium ecclesiasticæ libertatis trahere nituntur ad judicium sæculare, manifesta sint sacrorum canonum statuta; quorundam tamen astutia fraudulenta sub miserabilitatis, aut oppressionis colore ad verita peragendum judicia, excogitatas nituntur semitas invenire. Talium ergo \* abusibus pro libertate, ac immunitate ecclesiasticæ conservationis per statuta jam juris remedia districte præcipimus obviari: universis Ecclesiarum Prælati in virtute sanctæ obedientiæ injungentes, quatenus statutum felicis memoriæ Bonifacii octavi incipiens: *Quoniam intelleximus*, in suis synodis, & in suarum diocesium ecclesiis faciant publicari: & contra ipsum venientes excommunicatos declarent, & faciant publice nuntiari, sacris canonibus, statutis provincialibus, ac synodalibus salvis remanentibus, & illæsis.

\* *igitur*

## CAPUT VIII.

IDEM in eodem.

*Quicumque ecclesiasticus dominum sæcularem contra ecclesiasticum, ecclesiamve aliquam instigaverit, inflammaverit, adjuverit, excommunicatur: ac si beneficiatus fuerit, ad triennium fructibus beneficii suspendi-*

*tur; si non fuerit, inhabilis ad obtinendum beneficia eo spatio temporis efficitur.*

**A**varitiæ facibus succensi quorundam animi adeo inardescunt, ut propriæ salutis obliti, omni divinæ majestatis spreto timore, adversus ecclesiasticam libertatem, ecclesiasticasque personas temporalium dominorum, consiliariorum, ac officialium eorundem, universitatumve regimini præsentium inflammare animos, & accendere moliantur. Ut igitur tam detestabilis malignorum audacia compescatur, præsentis nostræ constitutionis tenore sancimus; ut quæcumque persona religiosa, sive ecclesiastica, cujusvis gradus, status, aut conditionis existat, palam, vel occulte principem, dominum temporalem, officialem, sæcularem judicem, vel universitatis rectorem, aut ipsam universitatem contra jura Ecclesiæ, vel ipsius ecclesiasticam libertatem inflammaverit, vel consilium, aut patrocinium dederit, vel ecclesiastica instrumenta in præjudicium ecclesiæ scienter occultaverit, vel contra ipsam ecclesiam dolose, (seu) voluntarie exhibuerit, excommunicationis sententia, absque spe veniæ, innodetur: & (a) beneficiorum suorum fructibus, si beneficiatus fuerit, per triennium sit suspensus. Si vero non fuerit beneficiatus, per idem tempus sit inhabilis a quodcumque ecclesiasticum beneficium obtinendum. Universis Prælati sub obtestatione divini judicii præcipimus, & mandamus, ut a prædictis se abstineant: aliis \* pœnis a jure communi, constitutionibus provincialibus, & synodalibus (constitutis) in suo robore duraturis.

\* *aliisque*

## CAPUT IX.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

**C**UM scriptum sit, *Domus mea domus orationis vocabitur, & deceat domum Dei sanctitudo*, sacri approbante concilii statuimus, ne quis audeat in ecclesia, dum sacrosanctum Missæ sacrificium, aut publice, aut privatim celebratur, aut dum divina quæcumque officia peraguntur, aut sacra Eucharistia, vel baptisma, vel alia sacramenta administrantur, aut verbum Dei prædicantur, deambulationes vagas, aut confabulationes otiosas, per quas divinum officium, aut aliud ex supradictis impediatur; aut sæcularium, vel ecclesiasticorum negotiorum jurgiis obstrepere. Qui vero a quocumque clerico moniti non destiterint, tamquam inobedientes per ecclesiasticam censuram coerceantur. Eadem quoque ratione omne genus spectaculorum, & fabularium, nec non vulgarium verborum cantus, exceptis cantibus approbatis ab Ordinariis, ac recitationes, atque alias quascumque similes actiones, vel, ut vocant repræsentationes, in ecclesia fieri prohibemus, neve inter divina profana, etiam si ad pietatem dicantur conducere, misceantur. Ludicra quoque quæcumque, ex quibus risus excitari solent, tam in ecclesiis, quam in processionibus, nec non ignitorum tormentorum stre-



strepitus, aut, ut vocant, radios, aut jaculationes, atque etiam lascivas, aut turpes saltationes, aut choreas ad cantus tiliarum, aut tympanorum, vel cymbalorum, ne in atriis quidem ecclesiarum, aut cœmeteriis, aliisve locis sacris, aut religiosis fieri permittimus. Vanos quoque puerorum, vel adolescentium ludos, dum aut Episcopum fingunt, aut Regem, aut alium magistratum ecclesiasticum, vel sæcularem, coercendos esse censemus. Multoque magis, quod in multis ecclesiis adversus Apostolica præcepta fieri accepimus, ut non solum a sæcularibus personis, sed etiam ab ipsis presbyteris computationes in ecclesiis, aut in continentibus locis sacris fiant. Ea igitur omnia, sacro approbante concilio, sub excommunicationis pœna, monitione præcedente infligenda; tam in nostra metropolitana, quam in ceteris cathedralibus, nec non in collegiatis, ac parochialibus ecclesiis, & aliis quibuscumque tam sæcularibus, quam regularibus fieri prohibemus. Eosque sumptus, qui vel in fine Adventus Domini, vel in ipsis diebus festis Natalis Domini, & aliorum Sanctorum, aut feria quinta in cœna Domini, & ut vocant tempore mandati, aut in Paschate resurrectionis dominicæ, aut alio quocumque tempore in has computationes, vel jam dicta ludicra spectacula, aut similia suprascriptis consumuntur, in ecclesiis cathedralibus ab Episcopis cum consensu Capituli, in aliis in alia pia opera ab Ordinariis convertantur. Similiter prandia quæcumque, & computationes confraternitatum prohibemus; nec sumptus in his consumpti in rationes referri possint, sed de suo ipsi administratores fecisse censeantur: nec non exactiones sive consuetudines prandiorum, seu computationum, quas a clericis invitatis laici exigunt, quacumque occasione vetamus. Atque etiam, quæ in primo sacerdotis cujuslibet sacrificio, quas novas Missas vocant, ebrietates, vel ludicra in ecclesia aguntur; saltationes quoque, & alia quæcumque levitatis, & vanitatis signa, longe ab ipsa ecclesia, vel aliis locis sacris exulare præcipimus; contrarium vero agentes condignis pœnis a superioribus coercerentur. Nec minus illam detestamur multarum sæcularium personarum intemperantiam, quæ eleemosynas petentes cymbalorum, aut tympanorum strepitu choreas virorum, atque mulierum per totam urbem ducunt; ita ut plerumque eveniat major peccatorum occasio, quam charitatis Christianæ. Personatos quoque, vel larvatos quoscumque aut basilicas Dei ingredi, aut monasteria quæcumque tam virorum, quam mulierum sub anathematis pœna inhibemus; nec non eis, qui quoscumque clericos, vel monachos, aut sanctimoniales, aut etiam eremitas imitantur; multoque magis, si Episcopos, aut Cardinales, vel si sacris aut ecclesiasticis quibuscumque vestibus, vel ornamentis, aut vasis abutantur; similique sententiæ subiaceat clericus, aut alius earum vestium, vel vasorum custos, vel dominus, qui ea ad eum usum commodaverit, &

graviter a superiore coerceatur. Clericos quoque in sacris constitutos, aut beneficiatos sæculares, aut quoscumque regulares, qui deprehensi fuerint personati, carceri triduo includi, ibidemque in pane, & aqua jejuna præcipimus, aut alia simili, vel majori pœna, juxta delicti, & personæ qualitatem coerceri. Hæc, quæ nos sacri approbatione concilii statuimus, quam primum tam in nostra metropolitana, quam in ceteris cathedralibus ecclesiis observari, & publicari præcipimus, ut ad omnium notitiam perducantur.

## TITULUS XXX.

NE CLERICI, VEL MONACHI  
NEGOTIIS SÆCULARIBUS  
SE IMMISCEANT.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdæ celebrato.

*Clerici prohibentur sententiam sanguinis vel dictare, vel proferre, vel executioni interesse: qui contra fecerint, si fuerint beneficiati, tamdiu beneficiis suspenduntur, quamdiu in contumacia permanserint: qui non fuerint, ecclesiæ ingressu interduntur. Et est pars cap. incip. A crapula.*

Sententiam sanguinis nullus clericus dicat, aut proferat; nec literas dicat, vel scribat pro vindicta sanguinis destinandas; nec vindictam sanguinis exercent, vel ubi exercentur intersit, & infra. Si quis autem contra hanc constitutionem venire præsumperit, si beneficiatus sit \*, suspendatur ab omnibus beneficiis: & cum ad emendationem venerit, tanto tempore postmodum eorum \* perceptione beneficiorum careat, quanto in sua contumacia permanere præsumperit. Si vero beneficiatus non fuerit, ab introitu ecclesiæ suspendatur.

\* fuerit

\* eorumdem

## CAPUT II.

PETRUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Ecclesiastici, qui curam habent animarum, dignitatemve aliquam, a laicis officiis arcentur: monenturque perpetuo suis beneficiis assidere.*

Statuimus (etiam) & mandamus, quod (clerici) curam animarum habentes, & qui sunt in personatibus, vel dignitatibus constituti, publica officia sæcularia non assumant; nec vicarias, nec bajulias teneant laicorum, sed in suis ecclesiis personalem, & continuam faciant residentiam, sicut decet.

## CAPUT III.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio (tertio Tarracone) celebrato.

*Ecclesiastici vetantur plus vini, vel tritici emere.*



*emere, quam ut ex sustentatione familiae decem onera vel vini, vel tritici super sint. Si superfuerint, partim Ordinario, partim ecclesiarum fabricæ applicantur.*

**A** Varitiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas ita animos quorundam excæcat, ut \* quæ sibi sunt prohibita, aliis exquisitis coloribus uturpent \*. Hinc est, quod nonnulli clerici beneficiati, seu in sacris ordinibus constituti sub colore faciendi sibi, & suæ familiæ provisionem, granum, & vindemiam, vel vinum in tantam quantitatem emunt, ut retenta provisione, de hoc, quod superest, mercimonium publice faciant \*, ac si essent laici publici mercatores. Nos \* attendentes, quod secundum eloquium sacre Scripturæ, clericos negotiatores ut pestem fugere debemus, eodem approbante concilio statuimus, ut \* ne quis \* beneficiatus, seu in sacris ordinibus constitutus sit ausus emere bladum, vindemiam, vel vinum, cum in \* his magis, quam in aliis communiter inducatur caritas \*: nisi ad suam, & suæ (proprie) familiæ dumtaxat provisionem. At \* si forte deducta præfata provisione aliquid sibi superfuerit, & ad decem faumatas bladi, & ad decem faumatas vini non ascenderit \*, licentiam vendendi concedimus, & facultatem;

\* excæcant, quod \* usurpant

\* faciunt \* Nos quo

\* sancimus \* aliquis clericus

\* ex \* introducatur carissima

\* Et

\* ascenderint

cum ita limitate provisio fieri non possit. Alias de his, quæ plus præfati clerici emerint scienter in fraudem, ut verisimile sit quod causa negotiationis emerint, Episcopis, sub quorum jurisdictione fuerint dicti clerici, & aliis Prælati jurisdictionem habentibus medietas acquiratur: alia vero \* medietas fabricæ, vel in ornamenta \* ecclesiæ, ubi domiciliati fuerint, ipso jure applicetur \*. Hanc autem constitutionem ad illos, qui ratione conventus, collegii, vel alterius administrationis habent \* facere provisiones, vel ad illos, qui redditus, aut proventus ecclesiarum, seu (locorum) clericorum emerint, quoad ipsos redditus, & provisiones prædictas extendi nolumus ullo modo.

\* & alia  
\* ornamentis  
\* applicentur  
\* habeant

## CAPUT IV.

PETRUS de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

*Clerici si mercaturam exercuerint, mercibus multantur Ordinario applicandis.*

**C**Lerici in sacris ordinibus constituti, & religiosi mercaturam exercentes, vel illicitè pecunias mutuantes, præterquam in casibus a jure permissis, mercimonia, & negotiationem, ac pecunias sic mutuatas amittant, & eorum Ordinariis applicentur.

## Liber Quartus.

## TITULUS I.

## DE SPONSALIBUS, ET MATRIMONIIS.

## CAPUT I.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, administrator Ecclesiæ Tarraconensis, in primo concilio Tarracone celebrato.

*Curandum Episcopis, ut per peritos sacrorum canonum matrimoniales causæ, & in civitatibus insignibus audiantur: alioqui irriti sint processus. Recipi tamen testes extra loca memorata posse decernitur.*

**U**T animarum periculum evitetur, statuendo præcipimus in virtute [sanctæ] obedientiæ universis Episcopis nostræ provinciæ, ne causas matrimoniales ad eorum forum spectantes, sub generali, vel speciali commissione audiri, vel decidi permittant; nisi per illos qui statuta canonum non ignorant \*, & peritiam habent \* judicandi, & in civitatibus, vel locis insignibus, ubi haberi possit copia peritorum: alias processus sit irritus, & inanis. Per hoc tamen receptionem testium extra dicta loca, ubi opportuerit, non intendimus prohibere.

\* ignorent \* habeant

## TITULUS II.

## DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

*Qui clandestina matrimonia contraxerint, excommunicantur: & donec de legitimitate personarum constiterit, separari jubentur. Et est pars cap. incip. Districte præcipimus.*

**Q**UI vero clandestina contraxerint \* matrimonia, tamquam excommunicati ab omnibus evitentur: & donec de legitimitate personarum ecclesiæ constiterit, adinvicem separentur.

\* contraxerint

## TITULUS III.

## DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE.

## CAPUT I.

IDEM in eodem.

*Qui in gradu prohibito contrahunt matrimonium, excommunicantur, & separantur.*

**D**istricte præcipimus, per omnes ecclesias in præcipuis solemnitatibus excommuni-

ca-



catos publice denuntiari omnes illos, qui in gradu prohibito matrimonia contrahere præsumperint. Illi autem, qui in gradu prohibito non matrimonia, sed contubernia contraxerint \*, nisi infra annum dispensationem obtinuerint,

ex tunc excommunicationis sententia se noverint innodatos. Interim autem a carnali copula eisdem \* præcipimus abstinere: & donec de legitimitate personarum ecclesiæ constiterit, adinvicem separentur.

## Liber Quintus.

### TITULUS I.

#### DE ACCUSATIONIBUS.

##### CAPUT I.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Capitula, quæ a procuratore fiscali contra clericum proponuntur, non admittenda, nisi juraverit, se credere vera esse.*

\* eorum  
\* plus  
\* offerunt  
\* clericum  
\* posse etiam se  
CUM nonnulli procuratores fiscales suo officio potius \* ad calumniam clericorum, quam ut corrigantur (clericorum) facinora abutentes, capitula contra clericos offerant \*, quæ probari non possunt, super quibus se clerici defendentes pluries molestantur: jubemus, talia capitula contra clericos \* per Officiales, [ & ] ecclesiasticos nostræ provinciæ nullatenus admitti; nisi in principio sui officii juraverit offerens procurator capitula, quæ producet ( se ) credere vera esse, & ea posse \* probare.

##### CAPUT II.

PETRUS de Fluxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

*Monentur Prælati regulares, in castigandis subditorum flagitiis evigilare: alioqui futurum, ut a sede Apostolica puniantur.*

\* evigiletur  
\* corr. prioris  
QUONIAM si gubernaculum disciplinæ contemnitur, instat, ut religio naufragetur, & in non modicum religionis scandalum effrænata irreligiositas evehatur \*, si delinquentium insolentia debitæ correctionis \* verbere non fuerit castigata; religionum ordinum gubernationi, vel regimini præidentes sub obtestatione divini iudicii commonemus, ut circa suorum corrigendos excessus tanto magis vigilanter attendant, & constanter assurgant; quanto eorum infamia, quorum per status sublimitatem, & regularis vitæ, ac sanctimoniam puritatem mores, & vita esse debent ceteris in speculum, & exemplum, per actus contrarios cedit in grave scandalum aliorum. Quod si talium delinquentium notorios excessus Prælati eorum debita castigatione punire neglexerint, ultra divinam vindictam a sede Apostolica absque spe veniæ sperent durissimam ultionem.

Tom. III.

### TITULUS II.

#### DE SIMONIA, ET NE ALIQUID PRO SPIRITUALIBUS EXIGATUR, VEL PROMITTATUR.

##### CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Clerici officiis suis suspenduntur, qui pro concessione spiritualium quippiam pecuniæ exegerint. Laici quoque jubentur hoc statutum observare.*

Sicut est in generali statutum concilio, præcipimus, ne pro consecratione Episcoporum, benedictionibus Abbatum, vel eorum installationibus, sive pro ordinationibus clericorum quisquam quocumque prætextu, sive scripturæ, sive rei alterius aliquid exigere, vel extorquere præsumat. Clerici quoque pro exequiis triennialibus \*, vel annualibus mortuorum, benedictionibus nubentium, & similibus pecuniam non exigant, vel extorqueant: nec dilationes, aut impedimenta fraudulenter opponant; sed, sicut statutum est in concilio, libere conferant ecclesiastica sacramenta: alioquin, ab officio suspendantur. Laici quoque per Episcopum loci compellantur obtentam in talibus piam, & laudabilem consuetudinem observare.

### TITULUS III.

#### NE PRÆLATI VICES SUAS SUB ANNUO CENSU CONCEDANT.

##### CAPUT I.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio tertio Tarracone celebrato.

*Emolumenta sigilli Prælatorum non posse vendi, aut arrendari.*

\* nedum  
\* quemcumque modum  
QUIA secundum Apostolum non solum a malo, sed ab omni specie mali est abstinendum, & non solum \* fraudes sunt vitandæ, sed etiam via eisdem est pro posse præcludenda ordinamus, & statuimus eodem approbante concilio, quod emolumenta proprii sigilli Episcoporum, seu Prælatorum infra provinciam consistentium non possint per quoscumque \* specialiter vendi, seu etiam arrendari. Et, si con-

M m m

tra-



trarium factum fuerit, arrendatio, seu venditio ipso facto nulla existat: & arrendatores, seu emptores excommunicationis sententiam incurrant.

## TITULUS IV.

## DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Episcopis verbum vitæ in suis diocesis prædicandum, aut ab his idoneos viros destinari debere, qui id annuntient, quique onus Episcopale sublevent prædicando, confessiones audiendo, aliæque obeundo, quæ ad salutem animarum pertinent. In ecclesia cathedrali, ac etiam conventuali, ubi tales non fuerint, duos debere assumi, quos si ad id muneris Capitula, ex quorum consensu canonice conferuntur, vocare noluerint, id facere diocesano licere decernitur: a Prælato autem, ubi fuerint Canonici regulares, de conventu duos eligi debere, qui Theologiæ dent operam.*

Quam salubre sit, quam utile prædicatores per singulas dioceses ordinari, apparet ex dispendio, quod sequitur (ex) predicationis defectu. Quare \* Prælati omnibus sub animadversione divinæ ultionis districte præcipimus, quod per se, vel per alios viros ad prædicationis officium idoneos per suas dioceses prædicent verbum salutis æternæ. Et quia provide statutum est in concilio generali; ut tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus ecclesiis viri \* assumantur idonei, quos Episcopi possint habere coadjutores, & cooperatores in faciendis prædicationibus, & [in] confessionibus audiendis, & in aliis, quæ ad salutem pertinent animarum, ut tam sacra constitutio debitum sortiatur \* effectum, præcipimus, ut \* in quacumque ecclesia cathedrali, ubi tales duo \* non fuerint, assumantur de novo, & in aliis conventualibus ecclesiis tales assumantur \*. In aliis autem ecclesiis, in quibus de Capituli consensu canonice conferuntur \*, si Capitulum, vel aliquis de Capitulo talium vocationi noluerit \* consentire; diocesanus nihilominus hoc faciat præsentis auctoritate concilii: ne per talem contradictionem communis impediatur utilitas, & sacre constitutionis providentia eludatur. In illis vero cathedralibus ecclesiis, in quibus sunt Canonici regulares, a diocesano Priore, & majore Archidiacono successively duo eligantur de conventu, qui magis sint docibiles \*; ut in Theologia studeant, & præbendas suas integre in scholis habeant. Et quia student, ut Episcopo deserviant, usque ad mediocres expensas, si necesse fuerit, Episcopus superaddat.

\* Ideoque

\* duo

\* confequatur  
\* quod si  
\* viri\* unus talis assumatur  
\* canonice conferantur  
\* noluit

\* dociles

## CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Præcipitur scholas grammaticas, ac magistros in singulis archidiaconatibus statui debere: magistris autem necessaria suppeditari non solum ab ea ecclesia, in qua docebunt, sed etiam a vicinis, idque pro cujusque facultatibus.*

CUM in generali concilio pia fuerit constitutio provisum (ut) non solum in cathedralibus ecclesiis, sed etiam in aliis, in quibus suppetunt \* facultates, magistris, qui ibidem laborant \* in doctrina, provideatur \* in beneficio competenti: nos attendentes, quod in partibus Hispaniæ ex defectu studiorum, & litteraturæ multa (&) intolerabilia detrimenta animarum proveniunt; non \* solum in locis statutis prædictam constitutionem præcipimus observari, verum etiam ad multiplicem ignorantiam extirpandam eatenus \* scholas multiplicari statuimus; ut per singulas dioceses in quolibet archidiaconatu (in) certis locis, si ad hæc \* loca idonea inventa fuerint, per provisionem Episcopi scholæ de grammatica statuantur, & magistri collocentur. Quibus de ipsius Episcopi provisione, vel ordinatione, si ipsius loci, in quo scholæ fuerint, non sufficiat ecclesia, de aliis ecclesiis circa \* positis secundum singularum facultates competenter præcipimus provideri: ne ex defectu magistrorum illiterati suam possint ignorantiam excusare.

\* suppetent  
\* laborarent  
\* provideatur, vel provideant  
\* nec

\* quatenus

\* hoc

\* circum

## CAPUT III.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, administrator ecclesiæ Tarraconensis, in concilio Tarracone celebrato.

*Statuitur, duos de quoque Capitulo ad theologia, & juris canonici studia mitti ab Episcopo, & Capitulo debere: eis autem revocatis, infra sex menses alios duos. In quo si negligentes Episcopi fuerint, & Capitula, jus mittendi ad Archiepiscopum devolvi. Eos vero, qui missi fuerint, exceptis quotidianis distributionibus, cetera integre debere percipere, ac si in ecclesiis residerent.*

Quia viris literatis Ecclesia in suis actibus noscitur indigere, prædecessorum nostrorum sequentes vestigia provide duximus statuendum; quod de qualibet ecclesia cathedrali per Episcopum, & Capitulum duæ personæ docibiles ad theologiæ, vel juris canonici studium transmittantur. Et cum per tempus sufficiens ad mittentium arbitrium studuerint in altera de dictis scientiis, ad ecclesiam propriam revocentur: & duæ aliæ ad dictum studium destinentur, non obstantia contraria consuetudine, vel statuto. Qui si mittere personas prædictas cessaverint per sex menses, ex tunc ea vice potestas eligendi, & mittendi easdem ad nos, & successores nostros Tarraconenses Archiepiscopos

pos



pos devolvatur. Et idem in aliis conventuali-  
bus ecclesiis nostræ provinciæ, ubi ad minus  
sint decem personæ tamquam collegium, & ha-  
beant Prælatum, præcipimus observari: salvis  
constitutionibus, seu consuetudinibus ecclesia-  
rum, in quibus hæc missio ad Episcopum tan-  
tum dignoscitur pertinere. Ita tamen, quod si  
(dictus) Episcopus infra dictum tempus negli-  
gens fuerit, ad nos missio hujusmodi, ut præ-  
dicatur, devolvatur: personæ vero prædictæ  
in dicto studio existentes, omnia ea, quotidia-  
nis distributionibus dumtaxat exceptis, perci-  
pant, quæ perciperent, si in eisdem ecclesiis  
personaliter residerent.

## TITULUS V.

DE JUDÆIS, SARRACENIS, ET  
EORUM SERVIS.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus,  
Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ille-  
dæ celebrato.

*Judæis capis clausis indui non licere.*

CUM Judæi signo notabili a Christianis di-  
scerni debeant; absurdum est nimis, quod  
personis ecclesiasticis in habitu clausas capas de-  
ferendo se conformari præsumant\*. Quocirca  
districte præcipimus ipsos a tali præsumptione  
per distractionem ecclesiasticam coerceri.

## CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Excommunicantur, qui commercium cum Ma-  
uris habuerint. Qui autem ad Mauros de-  
fecerint, ut in Christianos bellum gerant,  
excommunicatos nuntiari debere, nec eos  
nisi a sede Apostolica absolvi posse.*

CONSTITUTIONEM domini Alexandri (& In-  
nocentii tertii) ad memoriam reducentes  
& causam necessariam habentes, eidem consti-  
tutioni adiciendo\* præcipimus; ut singulis  
diebus dominicis sacerdotes excommunicatos  
denuntient omnes illos, qui mittunt, deferunt,  
aut deducunt, aut vendunt\* per se, vel per  
alios Mauris, vel aliis ex parte Maurorum ar-  
ma, ferrum, lignamina, navium instrumenta,  
panem (vinum) equos, bestias, vel animalia  
ad comedendum, vel ad terras colendum, vel  
[ad] equitandum. Et hanc sententiam sacerdo-  
tes districte observent usque ad satisfactionem  
condignam. Omnes quoque Christiani tam mili-  
tes, quam alii, qui se ad Mauros transfulerint  
ad faciendum guerram Christianis, excommuni-  
cati denuntientur, nec sine auctoritate sedis  
Apostolicæ [aliquatenus] absolvantur.

## CAPUT III.

IDEM in eodem.

*Qui Sarracenis Christianum vendiderit, ex-  
communicatus est: nec nisi a sede Aposto-  
lica absolvi potest.*

STATUIMUS de cetero, ut quicumque Christia-  
num, vel Christianam vendiderit Sarrace-

nis, ipso facto sit excommunicatus: nec possit  
absolutionis beneficium obtinere, sine auctori-  
tate sedis Apostolicæ.

## CAPUT IV.

INNOCENTIUS PAPA IV.

*Confirmatur approbatione Apostolica edi-  
ctum regium, quo Judæis ad fidem conver-  
sis bona, quæ ante possederunt, integra re-  
linquuntur.*

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei  
venerabili fratri Archiepiscopo Tarraconensi  
salutem, & Apostolicam benedictionem. Ea,  
quæ ad Regis æterni gloriam, & Christianæ  
religionis augmentum terreni Reges, seu prin-  
cipes ordinant, statuunt, vel disponunt; tan-  
to ferventius, & libentius a quibuslibet sunt fi-  
delibus cujuscumque dignitatis, condicionis, vel  
ordinis irrefragabiliter observanda, quanto po-  
tius divinæ creduntur placita majestati, & ex  
eis\* Christum collaudantium agmina potiora  
noscuntur suscipere incrementa. Tua sane ju-  
cunda nobis ferens petitio continebat, quod car-  
issimus in Christo filius noster illustris Rex Ara-  
gonum a Domino benedictus, toto mentis af-  
fectu illi placere desiderans, in cujus manu sunt  
omnium potestates, & omnium jura regno-  
rum, & ab illo dignitatem regiam recogno-  
scens; illique totum, quod est, attribuens, &  
quod habet; qui fecit omnia solo verbo, illius-  
que menti suæ timorem pariter, & amorem a  
pueritiæ suæ flore vehementer infigens ad aug-  
mentandum Domino populum, per quem  
peramplius, & perfectius nomen glorificari va-  
leat Crucifixi; deliberatione sancta duxit, &  
provida statuendum, ut in omni terra suæ a  
Domino jurisdictioni subjecta, Sarracenus qui-  
libet, & Judæus de ignorantia tenebris ad viam  
veritatis, quæ Christus est, per sanctæ regene-  
rationis lavacrum se convertens, omnia bona  
sua mobilia, & immobilia, quæ ante suam ad  
Christum conversionem habebat, integre, ac  
libere, sine impedimento, & contradictione cu-  
jusquam retinere possit auctoritate regia, & per-  
petuo possidere, statuto, prohibitione, vel pa-  
cto prædecessorum Regis ejusdem, seu cujusli-  
bet alterius, aut obtenta super hoc consuetu-  
dine non obstante: prout in ejusdem Regis lit-  
teris confectis exinde perspeximus\* plenius  
contineri. Nos\* igitur statutum hujusmodi tam  
sanctum, atque laudabile, ratum, & gratum\*  
habentes, illud auctoritate Apostolica confir-  
mamus\*, & præsentis scripti patrocinio com-  
munimus. Tenorem autem litterarum ipsarum  
fecimus præsentibus inferi; qui talis est:

*Noverint universi, quod nos Jacobus Dei  
gratia Rex Aragonum, Majoricarum, & Va-  
lentiæ Comes Barcinonis, & Urgelli, & do-  
minus Montis pessulani, per nos, & omnes  
successores nostros, tam in Aragonia, & Ca-  
thalia, Majoricis (Minoricis) Monte pessu-  
lano, quam in regno Valentiæ, ac universo  
dominio, ac jurisdictione nostra, quam alicubi*

M m m 2

nunc

\* conformare præsumunt.

\* adiciere constitutio

\* mittent, aut deferent, deducunt, aut vendent.

\* bis

\* prospeximus  
\* Cum  
\* firmum  
\* duximus  
confirmamus



nunc habemus, vel in posterum nos, & successores nostri auxiliante Domino habituri sumus; pro amore Domini nostri Jesu Christi, & gloriosæ Virginis matris suæ, & remedio animæ nostræ in perpetuum statuimus; quod quicumque Judæus, vel Sarracenus Spiritus sancti gratia fidem voluerit orthodoxam recipere, ac baptismi lavacrum salutaris; libere & absque contradictione ullius possit hoc facere, non obstante prædecessorum nostrorum, vel alicujus statuto, prohibitione, vel pacto, vel etiam super hoc obtenta consuetudine: ita quod propter hoc nihil de bonis suis mobilibus, & immobilibus, ac se moventibus, quæ prius habebat, amittat: immo universa secure, ac libere habeat, teneat, & possideat auctoritate nostra, salva legitima filiorum, & jure proximorum conversi: ita videlicet quod de bonis conversi dicti filii, seu proximi nihil ipso vivente, sed post mortem ejus illud solum, & nihil amplius petere valeant [quam] quod, si decessisset in judaismo, vel paganismo, petere rationabiliter potuissent. Ut, sicut tales divinam ex hoc gratiam promerentur; sic & nostram, qui Dei voluntatem, & beneplacitum imitari debemus, obtinere noscantur. Statuimus insuper in perpetuum, & firmiter sub pœna pecuniaria arbitrio judicis infligenda prohibemus; ne alicui de judaismo, vel paganismo ad fidem nostram catholicam converso præsumat aliquis cuiuscumque conditionis impropere conditionem suam dicendo, vel vocando eum Renegat, vel Tornadiz, vel consimile verbum. Volumus etiam, & statuimus, quod quando-cumque Archiepiscopus, Episcopi, vel fratres Prædicatores, aut Minores accesserint ad villas, vel loca, ubi Sarraceni, vel Judæi moram fecerint, & verbum Dei dictis Judæis vel Sarracenis proponere voluerint; ipsi ad vocationem ipsorum conveniant, & patienter audiant prædicationem eorum: & Officiales nostri, si gratis venire noluerint, eos ad hoc omni excusatione postposita compellant. Mandamus itaque Vicariis, Bajulis, Curis, & nostris subditis, & Officialibus universis presentibus, & futuris, quatenus omnia supradicta \* ubique teneri, & observari inviolabiliter faciant: si de nostri confidunt gratia & amore. Datum Ilerdæ anno a nativitate \* Domini, MCCXLII. quarto Idus Martii.

\* prædicta omnia supra scripta \* nativitate

\* Guillelmonis

Signum Jacobi Dei gratia Regis Aragonum Majoricarum, & Valentie, Comitum Barcinonis, & Urgelli, & domini Montispessulani. Testes sunt G. de Monte catheno, R. de Lizana, P. Comes Urgelli, P. de Monte catheno, Assalitus de Gudal. Signum Guillelmi \* scribæ, qui de mandato domini Regis hoc scribi fecit, loco, die, & anno præfixis. Signum R. Ilerdensis Episcopi: qui hoc translatum sumptum de originali cum sigillo majori domini Regis nobis legimus de verbo ad verbum & sigillo nostro corroboravimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverint incursum. Datum Lugduni XIII. Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

## CAPUT V.

BERNARDUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Mulieres prohibentur Judæis cohabitare, & eorum filios alere. Si fecerint, excommunicantur: jubenturque publice excommunicatæ nuntiari, & vitari. Ac ne facile ex ignorantia excommunicationis illaqueentur, præcipitur, ut hæc constitutio quotannis publicetur, præsertim ubi Judæi morantur.

Statuimus etiam sacro approbante concilio, quod nulla mulier [Christiana] alicujus loci provincie Tarraconensis audeat habitare cum Judæis, aut filias, vel filios eorum nutrire, seu lactare: & quæcumque contra hujusmodi inhibitionem nostram, postquam monita fuerit super hoc, præsumperit facere supradicta; decernimus eam, vel eas ex tunc excommunicationis sententiæ subjacere: ita videlicet quod cum illud Diocesano, aut Rectori illius loci, ubi mulieres culpabiles super hoc repertæ \* fuerint, extiterit nuntiatum, per jam dictum Diocesano, aut Rectorem ipsæ mulieres excommunicatæ nuntientur, & tamquam excommunicatas faciant ab omnibus vitari. Et, ne ipsæ mulieres de facili in excommunicationis laqueum incidere valeant ipso facto; volumus, & mandamus, quod præsens constitutio per Diocesanos, aut Rectores locorum, in quibus Judæi morantur, semel annis singulis publicetur.

\* invente

## CAPUT VI.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, administrator Ecclesie Tarraconensis, in primo concilio Tarracone celebrato.

Dominiis temporalibus injungitur, ut in locis ditionis suæ prohibeant a Sarracenis Machometi nomen publice invocari. Quod nisi fecerint, excommunicantur: & loca, ubi ejusmodi facta fuerit invocatio, subjacere interdicto statuitur. Monentur insuper domini temporales, ne Judæos, aut Sarracenos publice obire servilia opera permittant, quando Christiani festum aliquem diem celebrabunt.

Quamvis circa multa invigilare habeat, & debeat \* sollicitudo officii pastoralis, ferventiori tamen zelo ipsam ad ea convenit propensius excitari, quæ in divini nominis opprobrium vergere dignoscuntur. Hinc est, quod cum in Viennensi generali concilio provide fuerit ordinatum, & principibus Christianis sub obtestatione divini iudicii injunctum, ut a ter-

\* vigilare debeat

ris



ris suis abominabilem auferrent abusum, quo Sarraceni eisdem subjecti alta voce invocabant perfidi nomen Machometi: cui sanctæ constitutioni licet dominus Rex paruerit, sicut \* princeps catholicus, & fidelis: tamen quidam in nostra provincia Tarraconensi, quæ sua sunt quærentes, non quæ Jesu Christi, prædictam prohibitionem minime servaverunt: (quin) immo adhuc in eorum locis audita fuit \* sacrilega invocatio, sicut prius, in divinæ majestatis offensam, & animarum suarum grave periculum, & jacturam. Quapropter non valentes \* tantam Dei offensam, & Ecclesiæ tolerare, cum juxta canonicas sanctiones peccatum paganitatis incurrat, qui se Christianum asserens fedi Apostolicæ obedire contemnit, sacro approbante concilio, prædictos omnes dominos temporales Sarracenorum dominium obtinentes cujuscumque status, vel conditionis existant, monemus, & eisdem injungimus; ut infra duos menses a publicatione præsentis constitutionis continue numerandos prohibeant, & prohibere faciant, ne talis nefanda professio, & proclamatio in locis eorum fiat; alioquin, quia facientis culpam habent, \* qui, dum possunt, manifesto \* facinori desinunt \* obviare, excommunicationis sententiæ se noverint \* subjacere; & eorum terram, seu loca, quæ in illa habent diocesi, in qua fit proclamatio \*, supposita (sint) ecclesiastico interdicto: a qua sententia nequam absolvantur, nec interdictum relaxetur; donec prædicta fieri prohibuerint cum effectu. Monemus insuper, & hortamur in Domino præfatum dominum Regem, & quoscumque alios dominos temporales nostræ provinciæ; ut ob divinam reverentiam, & ut ex hoc æternæ beatitudinis præmia consequantur, prohibeant Judæis, & Sarracenis sub eorum dominio simul cum Christianis degentibus, ne diebus dominicis, & festivis, quibus a servilibus operibus abstinent Christiani, in plateis, vicis, aut aliis locis publicis servilia, seu mechanica opera coram Christianis publice operentur.

CAPUT VII.

IDEM in eodem.

*Prohibentur Christiani nuptiis infidelium, circumcisionibus, sepulturis, & conviviiis eorum interesse, & compatres fieri. Si fecerint, excommunicationi subjacere.*

Abusus quidam abominabilis nomini Christiano in locis aliquibus Tarraconensis provinciæ inolevit; quod Christiani aliqui Judæorum, & Sarracenorum nuptiis, circumcisionibus, & sepulturis interesse præsumunt causa honorandi eosdem, & in ipsorum, ex causis præmissis, cæremoniis \* cum eisdem \* comedere non verentur, ac in dictis circumcisionibus compaternitatis vinculum, quod nefas est dicere, contrahere cum eisdem. Nos igitur volentes abusum hujusmodi de nostra provincia extirpare, prædicta, & qualibet \* prædicto-

rum fieri de cætero prohibemus. Si quis vero contra hanc inhibitionem \* fecerit, excommunicationis sententiæ se noverit subjacere.

CAPUT VIII.

PETRUS de Luna Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Gerundæ celebrato.

*Christiani jubentur domicilia separata a Judæis, & Sarracenis habere: his autem præscribi limites, intra quos separatim a Christianis habitent; tametsi permittitur, ut officinas, ac tabernas habeant in plateis, ac locis ad id idoneis constitutas.*

ET si Christiana religio Judæos, & Sarracenos ex eo non debeat abiicere, quia nostri conditoris imaginem constat eos habere; quia tamen ex eorum frequenti communione, experientia docente, noverimus \* damna corporibus, & animabus fidelium pericula, & scandala plurima provenisse; deliberatione provida statuimus, ut Judæi, & Sarraceni inter Christianos, vel Christiani inter Judæos & Sarracenos domos, hospitia, seu alia receptacula, in quibus habitent, nullatenus permittantur habere: sed in civitatibus, & locis, ubi certæ limitationes sunt eisdem Judæis, & Sarracenis deputatæ, reducantur ad eas, & infra ipsas constituent habitationes suas. Ubi vero Judæi, & Sarraceni prædicti ad habitandum non habuerint hujusmodi habitationes, seu limitationes, vel terminos \* deputatos, limitentur, & assignentur eisdem partes aliquæ in civitatibus, & locis prædictis a Christianorum habitationibus separatæ: infra quas se reducant, nec extra dictam limitationem permittantur quomodolibet commorari: nisi forte sint aliqui Judæi, & Sarraceni mercatores, vel alia \* quæcumque officia, aut opera mechanica exercentes, seu merces vendentes, quos pro hujusmodi operibus exercendis, & mercibus vendendis in plateis, vel aliis locis publicis civitatum, & locorum ubi existunt, permittimus habere operatoria, tentoria, tabulas \*, seu boticas: dum tamen inrra loca eis deputata, vel in posterum [ eis ] deputanda domos, seu habitationes principales cum filiis, & uxoribus teneant, ad quas se de nocte reducant. Christiani autem, qui intra limitationem Judæis, vel Sarracenis assignatam, vel assignandam habitare præsumperint, & \* infra duos menses a die publicationis præsentium factæ in ecclesia cathedrali civitatis, vel diocesis, ubi moram trahunt, se ad commorandum inter Christianos reducere non curaverint, ad id percensuram ecclesiasticam compellantur. Judæis vero, & Sarracenis, si infra dictum terminum duorum mensium, ubi limitatio est facta, vel postquam dictæ limitationes de ordinatione, & voluntate Regis, vel cujuscumque alterius domini ecclesiastici, vel temporalis civitatis, vel loci factæ fuerint, se ad eandem reducere noluerint, vel neglexerint; Christianorum communio subtrahatur.

CA-

\* sit  
\* jam dicta fit  
\* volentes  
\* habet  
\* posse manifestare  
\* desinit, vel resistere desinit  
\* noverit  
\* fiet proclamatio supradicta

\* prohibicionem

\* noverimus

\* limitationes, seu terminos

\* alii

\* tabularia

\* si

\* conviviis  
\* eis

\* quodlibet



# 462 Constitutionum Provincialium

## CAPUT IX.

IDEM in eodem.

*Infideles prohibentur diebus, qui festi a Christianis, & habentur, & coluntur, aut merces vendere, aut opera servilia exercere: idque ne faciant, privatione communicationis Christianorum coercendi.*

**C**edit in opprobrium religionis Christianæ, quod Judæi, & Sarraceni inter Christianos habitantes, diebus dominicis, & festivis mercimonia vendere, & artificia, ac mechanica opera exercere publice non verentur. Cum autem hoc \* in divinæ majestatis offensam non sit \* a Christi fidelibus aliquatenus tolerandum \*, ipsis Judæis, & Sarracenis, ne mercimonia vendere, aut qualiacumque artificia, seu opera mechanica publice exercere præsumant diebus dominicis, & festivis, qui per Christianos coluntur, districtius inhibemus: & ad id compelli per locorum Ordinarios, aut \* judices sæculares, sub quorum jurisdictione Judæi, & Sarraceni vivere dignoscuntur, per subtractionem communionis fidelium, & alias pœnas temporales auctoritate nostra, qua fungimur, præcipimus, & mandamus. Quod si sæculares iudices negligentes fuerint in præmissis, ad hoc per censuram ecclesiasticam compellantur.

## CAPUT X.

PETRUS de Fluxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

*Monentur domini temporales dare operam, ut Clementina de Judæis, & Sarracenis observetur.*

**Z**elus divini honoris nos commovet, ut quod tam patenter in offensam divini nominis cedit, & quod est opprobrium fidei Christianæ, disperdere, & evellere pro viribus nitamur. Zelatorem igitur principem veræ fidei, vigilemque cultorem dominum Aragonum Regem, omnesque ipsius ditionis Prælatos, Barones, nobiles, & milites, ac universitates monemus, & per viscera divinæ misericordiæ obsecramus; quatenus ad observantiam Clementinæ de Judæis, & Sarracenis sic, & prout ad unumquemque pertinet, opem, & operam adhibeant efficacem: eisdem nihilominus injungentes, quod sacrorum \* canonum, conciliorum provincialium, & synodaliū statuta ad Dei honorem, & exaltationem fidei Christianæ contra Judæos, & Sarracenos, & in opprobrium ipsorum edita, inviolabiliter observentur, & ab eorum subditis tenaciter faciant observari: ut plenariæ observationis executione clarescant, & pro tanto servitutis obsequio divinæ propitiationis munere potiuntur: si divinam, & sedis Apostolicæ effugere voluerint ultionem.

## TITULUS VI.

DE HÆRETICIS.

### CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Qui consulto negarit esse resurrectionem mortuorum, aut vitam æternam, capi jubetur: & si perstiterit, tamquam hæreticus damnari. Qui per jocum, puniri pro gravitate culpæ, & personæ conditione. Pœna etiam detractoribus fidei irrogari præcipitur. Inquisitores hæreticæ pravitatis a Rectoribus benigne recipi.*

**N**onnulli a via veritatis averſi euntes per devia falsitatis, linguis suis latrare non verentur, ut dicere audeant, quod non sit resurrectio mortuorum, nec vita sit alia futura. Quod quidem est hæresis, immo plurimum hæresis fundamentum. Statuimus, quod quicumque scienter talia dixerit ex proposito, capiatur: & si perstiterit in eisdem, tamquam hæreticus condemnetur. Quod si jocosè dixerit, vel quacumque animi levitate, nihilominus secundum qualitatem culpæ, & personæ conditionem, pœnis legitimis puniatur per Episcopum, & inquisitores hæreticorum a sede Apostolica deputatos. Omnes insuper catholicæ fidei detractores pœnam subeant, quam merentur: ut sciant loqui de fide catholica cum reverentia & timore. Volumus etiam, & mandamus, quod clerici, fratres prædicatores, inquisitores hæreticorum a sede Apostolica deputati, qui laborant ad extirpandam hæreticam pravitatem, a Rectoribus ecclesiarum, vel eorum Vicariis benigne recipiantur: & in casu necessario, & coram Deo accepto fidei negotio juventur efficaciter per eosdem.

### CAPUT II.

IDEM in eodem.

*Qui falso apostolarum profitentur, capiendi, & de provincia expellendi.*

**C**um quidam, qui se dicunt Apostolos, & religiosos se fingunt, sint suis exigentibus meritis per sedem Apostolicam excommunicationis vinculo innodati, & postmodum per orbem vagabundi in multis malis fuerint deprehensi, sintque periculosi homines circa fidem; volumus, & etiam ordinamus, ut ubicumque inventi fuerint, capiantur, & de tota provincia expellantur.

## TITULUS VII.

DE ADULTERIIS.

### CAPUT I.

PETRUS de Luna Cardinalis, sedis Apostolicæ Legatus in concilio Gerundæ celebrato.

*Si conjugati, viri quidem cum concubinis, fe-*



*ſcœminæ autem cum adulteris commercium habuerint, aut etiam ſoluti, ſi cum infideli, excommunicantur: & eccleſiaſtica ſepultura privantur, ſi nondum elapſi fuerint duo menſes obitus tempore, ex quo a concubina diſceſſerint: quantumvis abſolutionem conſecuti fuerint.*

**I**N paradifo voluptatis, ubi primos parentes plaſmaverat creator omnium glorioſus, matrimonium hac lege inſtituit, ut ſic vir per conſenſum legitimum ſcœminæ jungeretur; quod duobus exiſtentibus in carne una, aliam perſonam, quæ unitatem divideret, ſuperaddere non liceret. Hanc unitatem nonnulli conjugati Dei timore poſtpoſito deturpantes, ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, concubinis ſe commiſcere in ſuarum animarum damnationem publicè non verentur. Contra quos præfatus Joannes Epiſcopus Sabinenſis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis ſtatuit, & ordinavit, ut quicumque conjugatus, qui concubinam tenere publice præſumpſerit \*, & inſuper non conjugatus, qui concubinam infidelẽ præſumeret detinere; tam ipſi, quam ipſæ eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrerent. Nos vero dictam conſtitutionem innovantes, tam prædictos, quam conjugatas, quæ cum adulteris publice commiſcentur, & ipſos adulteros prædictos excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere: volentes inſuper quod niſi adulteri, & alii præfati ſupradictas \* concubinas, vel conjugatas dictos adulteros per duos menſes ante eorum, vel earum obitum dimiſerint, & ſe ab eiſdem ſine fraude ſeparaverint, etiamſi tempore obitus ſui, vel ante fuerint a dicta excommunicationis ſententia abſoluti, nihilominus tam ipſi, quam ipſæ careant eccleſiaſtica ſepultura. Datum Gerundæ nono Cal. Novembris. Pontificatus Domini noſtri Clementis Papæ ſeptimi, anno XII.

\* concubinam publice detinere præſumeret

\* ſupradicti præfatas

## TITULUS VIII.

### DE RAPTORIBUS, INCENDIARIIS, ET VIOLATORIBUS ECCLESIARUM.

#### CAPUT I.

PETRUS Archiepiſcopus in primo concilio.

*Incendiarii, & raptores publici vitandi tamquam excommunicati, & niſi ſatiſfecerint, ſepultura privandi.*

**I**Tem ſtatuímus, quod incendiarii, & raptores publici tamquam excommunicati vitentur, & eccleſiaſtica ſepultura careant: niſi per ſe, vel heredes ſatiſfactionem fecerint \*, vel emendam.

\* vel per heredes ad ſatiſfactionem venerint

#### CAPUT II.

FERDINANDUS in concilio Barcinonenſi.

**L**icet variæ pœnæ tam per alias conſtitutiones provinciales Tarracon. præſertim autem per conſtitutionem bonæ memoriæ Pe-

tri de Cardona Archiepiſcopi prædeceſſoris noſtri in concilio per eum Barcinone celebrato anno Domini 1517. quæ incipit, *Quamvis a prædeceſſoribus noſtris*, quam per conſtitutiones regias in curiis generalibus hujus principatus editas, noviffimè autem per capitulum curiæ quartum in curiis generalibus per inviſtiſſimum, & catholicum Regem noſtrum Philippum in eadem civitate ultimo celebratis editum contra capientes manu armata poſſeſſionem parochialium eccleſiarum, & aliorum beneficiarum, & hujusmodi poſſeſſionem ita occupatam tenentes, vel conſilium, auxilium, vel favorem ſcienter dantes impoſitæ fuerint, atque etiam jure communi per conſtitutionem fel. re. Bonifacii papæ octavi, quæ incipit, *Eum, qui*, diſpoſitum ſit, ut violenti, qui auctoritate, vel verius temeritate propria occupare dignitates, perſonatus, aut alia quæcumque beneficia eccleſiaſtica non verentur; eo ipſo jus, ſi quod in dignitatibus, perſonatus, & beneficiis taliter occupatis, vel ad ea ipſis forſan competebat, amittant, & per ſacroſanctam ſynodum Tridentinam in ſeſſione XXII. in decreto de reformatione cap. XI. incip. *Si quem clericorum*, decernatur anathemati ſubjacere omnes occupantes alicujus eccleſiæ ſeu ſæcularis, vel regularis beneficii bona, fructus, & emolumenta, reſervata abſolutione Rom. Pontifici. Verum, ut magis, etſi non virtutis amore, pœnæ ſaltem formidine omnes dicto capitulo curiæ per præfaram regiam majeſtatem approbantibus, & laudantibus eccleſiaſtico, & aliis brachiis præſentis principatus edito refrenentur; omneſque prædictas conſtitutiones, & capitula curiæ, & omnia, & ſingula in eis contenta recipientes, laudantes, approbantes, & innovantes ſtatuímus, ordinamus, & declaramus ultra pœnas ibidem inſiſctas, quas hic pro expreſſis, & de novo inſiſctis habere volumus, omnes, & ſingulos ibidem expreſſos in pœnas conſtitutionum, ſacrorum conciliorum de invaloribus loquentium eo ipſo in eiſdem, & incidiffe, & incidere, & contra eos tamquam contra invaloris, ſervata procedendi forma in dictis conſtitutionibus ſuper notorio tradita procedi poſſe; nullamque aliam ſolemnitatem, vel formam obſervari debere, cum ſatis notorium cenſeatur, ſi quis capit, vel alias occupatam tenet manu armata poſſeſſionem parochialis eccleſiæ, vel alterius cujuſvis beneficii, mandantes omnibus, & ſingulis Ordinariis, ut in eorum ſynodis diocelæanis, ac etiam in quatuor anni ſolemnitatibus per conſtitutionem bonæ memoriæ Sanctii Archiepiſcopi in tertio concilio per eum celebrato poſitam in tit. de decimis, quæ incipit, *Cum ad præſtationem decimarum*, pro ſimilium conſtitutionum publicatione deputatis dictum capitulum curiæ, & hanc noſtram conſtitutionem verbis vulgaribus interpretatam in ſingulis cathedralibus, collegiatis, & parochialibus eccleſiis publicari mandent, & faciant inviolabiliter obſervari.

CA.



# 464 Constitutionum Provincialium

## TITULUS IX.

### DE FURTIS.

#### CAPUT I.

RODERICUS in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Qui instrumenta Tarraconensis ecclesie malitiose suppresserint, ac non infra quindecim dies postquam sciverint ad Tarraconensem ecclesiam pertinere, reddiderint, excommunicantur: a qua excommunicatione absolvi nequeant, nisi satisfecerint.*

Quoniam pontificalem decet sollicitiam rerum ecclesiarum ita curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut ecclesiastica libertas incorrupta persistat, ac singulorum status jugiter servetur illæsus; idcirco nos Rodericus miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesie Archiepiscopus in præfata ecclesia sacrum concilium provinciale celebrantes, (&) callidis quorundam machinationibus obviantes, qui privilegia, instrumenta, & alia ecclesiastica munimenta ad nos, & nostram ecclesiam Tarraconensem pertinentia reddere, & restituere contradicunt; sacri approbatione concilii statuimus, quod quæcumque persona religiosa, vel sæcularis cujuscumque gradus, vel conditionis existat, de cetero fraudulenter cælare, vel suppressere præsumpserit hujusmodi privilegia, (vel) instrumenta, vel alia \* ecclesiastica munimenta; & infra spatium quindecim dierum, postquam sciverit ea ad nos, & nostram Tarraconensem ecclesiam pertinere, ea nobis reddere, seu restituere malitiose contempserit; excommunicationis sententiam incurrat ipso facto: a qua absolvi non possit, nisi prius satisfecerit de præmissis.

\* aliqua

## TITULUS X.

### DE USURIS.

#### CAPUT I.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus Tarraconensis in secundo concilio.

*Injungitur Episcopis, ut eos officiales excommunicatos denuntient, qui vel usuras solvi, vel non restitui debere pronuntiarint.*

Pro animarum salute provisum extitit in concilio generali, reprobando usurariam pravitatem; quod Officiales quicumque, seu Judices, qui ut solverentur usuræ, vel ut solutæ, cum repeterentur, non restituerentur, plene ac libere scienter præsumpserint \* judicare, excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto. Cum autem aliqui ex eisdem dictam excommunicationis sententiam minime metuentes, immo prædicta in ipso statuta concilio contemnentes, in suarum grave periculum animarum contra ea facere non formident, & licet ob hoc contra tales ad denuntiandum eisdem esset per Ordinarios procedendum; tamen

\* presumerent

plures ex eis circa hoc se exhibent negligentes, idcirco nos hujusmodi submovere negligentiam cupientes, sacro approbante concilio omnibus Ordinariis Tarraconensis provincie in virtute sanctæ obedientie, & sub divini obtestatione judicii duximus \* injungendum, ut cum eis constiterit aliquos Officiales, vel Judices infra eorum jurisdictionem contra prædicta fecisse, quæ in dicto concilio salubriter sunt statuta; eosdem ut excommunicatos faciant publicari; ut sic prædicti & a judicandi officio excludantur, & ad reconciliationis gratiam facilius inducantur.

\* ducimus

## TITULUS XI.

### DE MALEDICIS.

#### CAPUT I.

ARNALDUS Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Decretalis contra blasphemos iubetur observari, ac publicari per Rectores populo diebus solemnibus. Monentur insuper, & per Rectores moneri iubentur Domini temporales, ut memoratam decretalem curent observari, ac extirpari blasphemandi, & jurandi consuetudinem e suis ditioribus, pœnis citra sanguinem a jure constitutis. Præcipue tamen clericos his pœnis plectendos statuitur.*

Ad detestandum detestabile \* blasphemiarum vitium contra Deum, & sanctos ejus, decretalem super hoc editam, quæ incipit, *Statuimus*, extra de maledicis, districte præcipimus observari. Et ne ad excusandas excusationes in peccatis, ignorantiam allegari contingat; mandamus Rectoribus ecclesiarum, & eorum loca tenentibus in virtute sanctæ obedientie, quod decretalem prædictam \* in festivitatibus Natalis Domini, Paschæ Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Assumptionis Beatæ Mariæ, & principalium altarium ecclesiarum suarum annuatim populo publicent, & exponant. Hortamur etiam quoscumque dominos temporales, & per dictos Rectores, & eorum loca tenentes in parochiis suis hortari mandamus, quatenus tamquam honores Dei, & Sanctorum suorum fervidi zelatores, & ut proinde æternæ beatitudinis præmia consequantur, eandem decretalem in locis suis faciant observari. Et insuper contra blasphemos hujusmodi \*, necnon jurantes per caput, ventrem, & \* alia membra Dei, vel beatæ Virginis [ Mariæ ] matris ejus, aut aliorum Sanctorum per statuta pœnalia, citra tamen vindictam sanguinis, sic studeant providere, quod de locis suis dicta vitia extirpentur. Decet namque, ut qui volunt gloriari nomine Christiano, non debeant talia patienter, seu sub dissimulatione audire: sed ea ne dicantur, penitus cohibere. Clerici namque, qui culpabiles reperti fuerint in præmissis, sic per suos Ordinarios puniantur, quod eorum pœna sit aliis in exemplum.

\* detestabilis

\* dictam

\* hujusmodi  
\* vel



## TITULUS XII.

## DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM.

## CAPUT I.

ARNALDUS Archiepiscopus in primo concilio.  
*Monentur Episcopi animadvertere in clericos delinquentes. Pars c. Fuit.*

**I**tem sic curent Episcopi punire clericos pro eorum excessibus, vel delictis; quod nullatenus propter impunitatem criminum allegent privilegium clericale.

## CAPUT II.

IDEM in secundo concilio.

*Ecclesiastici jurisdictionem temporalem habentes prohibentur malefactores, aut exules in sua dictione sustinere in casu in ea expresso.*

**C**um summum bonum sit in terris justitiam colere, cujus cultus (ex) sustentatione malefactorum, & bannitorum multipliciter impeditur, & datur multis audacia delinquendi; sacro approbante concilio statuimus, quod nulla persona ecclesiastica sustineat malefactores, vel bannitos in locis suis, in quibus jurisdictionem obtinet temporalem: nisi forsitan ille, qui tales sibi remitti peteret, in locis suis malefactores, seu bannitos ejusdem personæ ecclesiasticæ sustineret.

## CAPUT III.

ENNECUS Archiepiscopus in secundo concilio.  
*Superioris constitutionis violatoribus pœna hac constitutione irrogatur.*

**Q**uia ex constitutione, incipiente *Cum summum (bonum) &c.* contra personas ecclesiasticas, quæ jurisdictionem exercent \* temporalem in locis suis, bannitos per Prælatos, & \* alias personas ecclesiasticas sustinentes, fructus, qui sequi sperabatur, non fuit subsecutus, eo quod \* pœna contrarium facienti non est imposta in eadem: idcirco de consensu sacri concilii statuimus, quod nullus Prælatus, seu alia persona ecclesiastica in locis suis sustineat malefactores Ecclesiæ, seu bannitos sub pœna quinquaginta librarum: in quam incidat ipso facto, si infra triduum, postquam fuerit requisitus, non remiserit dictos malefactores, seu bannitos, vel a sua jurisdictione expulerit. Cujus pœnæ medietas personæ ecclesiasticæ requirenti, & alia medietas superiori immediate sustinentis dictos bannitos, si habuerit in regno, alias cameræ Apostolicæ applicetur.

## TITULUS XIII.

## DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS PRIVILEGIATORUM.

## CAPUT I.

PETRUS de Fluxo Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.  
*Tona. III.*

*Qui regias litteras falso impetrant, quibus de Regis familia se esse testantur, cum tamen non sint, easque impunitatis causa allegant, si beneficiari sint, beneficiis privati censentur: si non sint, inhabiles ad obtinenda beneficia toto triennio redduntur.*

**Q**uoniam, ut inquit Gregorius, uniuscujusque præsentis mentem curarum diversitas vastat, cumque animus dividitur ad multa, fit minor (&) ad singula; tantoque ei in unaqualibet re subripitur, quanto latius in multis occupatur: mirandum non est, si quandoque contra concedentis intentum quidquam extorquet improbitas importuna. Sane licet jam dudum serenissimus Aragonum Rex suæ justificatæ mentis intentum insinuerit provisione regali decernens, quod familiaritatis suæ privilegiis ii tantummodo gaudere deberent, qui, omni fictione cessante, veri familiares existerent \*: nonnulli tamen, ut excessum suorum queant debitam correctionem evadere, familiaritatis regis impetrare litteras & ad elusionem suorum superiorum eis uti conantur. Volentes igitur morbo huic ecclesiasticam disciplinam enervanti salubri providere medela, (statuimus) in omnes, & singulos, qui cum non sint veri familiares, familiaritatis litteras, ut prædicitur, impetrare, ipsisque uti de cetero attentaverint; beneficiis, quæ obtinent, sint privati ipso facto: & non beneficiari per triennium ut sint inhabiles ad beneficium ecclesiasticum obtinendum; juribus, ac constitutionibus provincialibus, & synodalibus circa prædicta salvis remanentibus, & illæsis.

\* existunt

## TITULUS XIV.

## DE INJURIIS, ET DAMNO DATO,

## CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in quinto concilio Tarracone celebrato.

*Excommunicationis pœna plectuntur, qui clerum infamant infamatoriis libellis, aut infamari permittunt. Pars cap. Conspiratorum.*

**S**imili sententia excommunicationis innodamus omnes illos, qui contra constitutos in clero libellos famulos composuerint \*, & qui componi fecerint \*, & qui compositos inventos non ruperint sine mora.

\* composuerunt  
\* fecerunt

## TITULUS XV.

## DE PURGATIONE CANONICA.

## CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Delatis clamosa insinuatione indicenda purgatio canonica, si in eos inquiri difficile fuerit:*

N n n



*fuert: nisi se canonicè purgarint, puniendi.*

**C**onstitutio de correctione subditorum edita firmiter observetur, & circa subditorum correctionem Prælati diligenter vigilent, & intendant, ne sanguis subditorum de ipsorum manibus a Domino requiratur. Et cum ad ipsos clamorosa insinuatio pervenerit (si) ad inquisitionem commode descendere non valent\*, pro eo quod processus ille [plerumque] plurimum habet laboris, & dispendii, multaque diffugia saltem purgationem indicant canonicam solemniter faciendam: in qua qui defecerit, canonicè puniatur.

\* valeant

## TITULUS XVI.

## DE PŒNIS.

## CAPUT I.

**JOANNES** Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Clerici, qui commiserint abominanda facinora hic expressa, sacris ordinibus spoliandi.*

**N**E clerici in opprobrium, & odium Ecclesiæ ea crimina impune committant, pro quibus laici pœnam incurrerent capitalem; præcipimus, ut clericus, qui in furto, vel crimine falsi, rapina, homicidio, raptu mulierum, incendio, falsa moneta\*, vel in aliis criminibus, quæ pœnam capitalem merentur, publice fuerit deprehensus, a suis ordinibus (perpetuo) degradetur, si subdiaconus, & infra, ab uno Episcopo; si diaconus, a tribus Episcopis; si sacerdos, in concilio provinciali, vel ante habito numero canonico Episcoporum: quatenus qui ecclesiastica libertate tam flagitiose abutitur, clericali privilegio sit privatus.

\* & in eudendo falsam moneta

## CAPUT II.

**PETRUS** de Luna Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Gerundæ celebrato.

*Judices ecclesiastici monentur in clericos severe animadvertere, qui facinora capitali punitione digna admiserint. Qui secus fecerint, si beneficiati fuerint, beneficiorum fructibus anni spatio multantur: qui non fuerint, inhabiles ad quævis ecclesiastica beneficia obtinenda per idem tempus redduntur.*

\* immeriti

\* alios

\* obumbrasse

**I**N vinea Domini Sabaoth cultores immerito\* positi, & custodes, sic in culturæ, ac custodiæ nos debemus ministeriis exercere, ut ad eandem alias\* in partes sollicitudinis evocatos sedulo studio excitemus. Extirpandis igitur vitiorum spinis, & peccatorum tribulis, quæ superficiem ejus obumbrare\* videntur, ac plantandis virtutum germinibus, in quibus Dominus delectatur, totis affectibus intendentes, monemus, & hortamur omnes Archiepiscopos, & Episcopos, & alios quoscumque ju-

risdictionem ecclesiasticam [habentes, &] exercentes, eorumque Vicarios, Provisores, Officiales & alios ipsorum\* loca tenentes, quocumque nomine censeantur; ut circa correctionem clericorum conjugatorum, & non conjugatorum\*, in quibuscumque ordinibus constitutorum, cujuscumque dignitatis, gradus, vel conditionis existant, qui crimina, vel maleficia commiserint, diligenter observent canonica statuta\*. Et, si crimina commissa fuerint capitalia, vel talia, pro quibus ea perpetrans sit capitaliter puniendus; Officialis, Vicarius, Provisor, aut quivis alius vices gerens Archiepiscopi, Episcopi, vel Prælati, aut [etiam] is, ad quem ratione sui beneficii, vel officii hoc expectet, vel ejus locum tenens, clericum conjugatum, vel non conjugatum ordinis, dignitatis, gradus, vel conditionis cujuscumque talia committentem absque correctione, & castigatione [debita] non relaxent, absolvant, vel abire permittant, aut in castigando, corrigendo, vel puniendo remissi, aut negligentes existant: alioquin malitiose deficientes in præmissis, si beneficiati fuerint, a perceptione fructuum, & reddituum beneficiorum, quæ obtinent, sint suspensi per annum: & per idem tempus efficiantur inhabiles ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum. Si vero beneficiati non fuerint, per idem tempus ad obtinendum [ecclesiasticum] beneficium reddantur inhabiles ipso facto.

\* eorum

\* & aliorum

\* instituta

## CAPUT III.

**HIERONYMUS** Cardinalis Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

*Vetantur Officiales graves, & enormes notas pecunia remittere; & cum iis, qui eas admiserint, dispensare: præsertim si non fuerit parti læsæ satisfactum, & spiritalis pœnitentia peracta. Quod si leves noxæ fuerint, aut ejusmodi, ut his a jure non sit pœna constituta, pecuniariæ multæ locus relinquatur: quin etiam ubi ad meliorem frugem reddituum reum probabile est. Sin quæpiam circumstantia peccatum gravius reddens in accusatione præterita fuerit, pecunia reo restituta, jubetur iterum causam dicere. Ubi vero quæpiam causa componere cum eis suaserit, cum iis componere Prælati non licere, nisi crimen liqueat. Sin inciderit tempus, ut cum reis componendum legitimis de causis videatur, nec tamen elici crimen, nec probari possit, non habendi pro confessis iis, quibuscum fuerit compositum. Multæ pecuniariæ in pios usus erogandæ.*

**C**onsiderantes laudabiliter prohibitum fuisse per bonæ memoriæ Petrum de Luna Officialibus clericos delatos de maleficiis, propter quæ pœna capitalis esset infligenda, relaxare, aut abire permittere; vel in castigando, corrigendo, vel puniendo remissos, & negligentes existere, perniciosam, & mali exempli, & nutri-

tri-



critivam scandali, & rumoris in populis fore in similibus dispensationem: præsertim si pecunia mediante eam fieri intelligatur, & in ceteris delictis non passim, sed in omnibus regulam tenendam; sacro igitur approbante concilio prohibemus, remissiones, & dispensationes pro similibus delictis enormibus præsertim parte non satisfacta, & spiritali pœnitentia non peracta, de pœna infligenda fieri: ne ubi exaggeranda est, ibi fallaci misericordia aboleatur. In levibus vero criminibus & extraordinariis, in quibus pœna iudicis arbitrio infligenda est, & in quibus a jure determinata non sit, multæ pecuniariæ locus sit. Si verisimiliter præsumatur de correctione, & emendatione delati, liceat Prælati cum delatis sponte id supplicanti- bus semotis dolis, & fraudibus, & aliis incitativis, ad compositionem venire, & dispensare. Verum si facta compositione cum delinquente, ex eo quod qualitas gravior in accusatione, seu inquisitione fuit forsan omissa, propter qualitatem debebat corporaliter puniri, possit iterum contra ipsum delatum inquiri, restituta quantitate percepta. Insuper cum causa moverit ad compositionem deveniri, id attendatur, ut non fiat, ante quam de crimine per testes, vel per confessionem apparuerit: ne forsan ii, qui innocentes fuerint, metu carceris se componere cogantur, ut tunc, qui se composuerint cum Prælati, pro confessis habeantur. Quando vero delati se composuerint de crimine, super quo plene non constiterit, nec confessi fuerint, sed taliter quod quæstionibus aut purgationi canonicæ locus sit, & causa moverit ad compositionem voluntariam faciendam tam iudicem, quam ipsos delatos, sive culpabiles fuerint, sive non: ex tali compositione, & quantitatis solutione pro confessis non habeantur. Idque semper in animo, & opere geratur a Prælati, ut peccator, de quo spes correctionis habetur, vitam præteritam emendet: & antequam cum eo dispensetur, aliquam spiritualem pœnitentiam publicam, vel secretam, arbitrio dispensantium indicendam, videlicet in casu, quando dispensatus, vel compositus habetur pro confessio, in loco designando peragat; & pecunias in piis operibus erogare teneantur, ut potius salutem animarum subditorum, quam pecuniarum incrementum quærere videantur.

## TITULUS XVII.

DE PŒNITENTIIS, ET  
REMISSIONIBUS.

## CAPUT I.

## CLEMENS PAPA V.

*Incendiarii, & alii, qui pro absolutione consequenda Romanam Ecclesiam adire tenentur, ad Archiepiscopum transmittendi.*

**C**LEMENS Episcopus servus fervorum Dei venerabilibus fratribus suffraganeis Tarraconensis ecclesiæ salutem, & Apostolicam be-

nedictionem. Discretio vestra, sicut credimus, non ignorat, a sanctis fuisse patribus institutum, quod incendiarii, & qui manus iniiciunt in clericos violentas, non ab alio, quam a Romano Pontifice merentur absolvi; ut ex hoc laicorum malitia, qui clericos, & ecclesiasticos viros graviter persequuntur, consideratione laboris, & expensarum, quas ad Apostolicam sedem sustinent venientes, facilius reprimatur. Pervenit ad nos, quod civitas Tarraconensis cum territorio suo a Sarracenis graviter infestatur, & in æstivo tempore cum tanta multitudine galerarum, & aliarum navium ad civitatem ipsam, & villas maritimas armata manu descendunt, ut tam homines, quam aliam prædam, post destructionem terrarum, secum in miseram captivitatem inducant. Volentes igitur in hac parte memoratæ civitati, sicut possumus, affectione paterna cavere; fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus supradictos incendiarios, & alios, qui pro excessibus suis Romanam Ecclesiam adire tenentur, ad venerabilem fratrem nostrum memoratæ civitatis Archiepiscopum transmittatis, ipsis firmiter injungentes, ut quod idem Archiepiscopus pro satisfactione illis injunxerit, suscipiant firmiter, & observent. Nos enim ipsi Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut ipsos pœnitentes pro defensione civitatis apud se faciat sub ea temporis diuturnitate manere, quantum facturi essent, si Hierosolymam, vel ad alia loca ad obtinendam delictorum veniam mitterentur. Datum Laterani, decimo calendæ Maii, Pontificatus nostri anno primo.

## CAPUT II.

**JOANNES** Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

*Jubentur sacerdotes populum ad confessionem & communionem hortari; & constitutionem generalis concilii super hoc editam observare.*

**S**ACERDOTES frequenter moneant populum ad confessionem faciendam; exponentes eis, & districtè servantes constitutionem concilii generalis, videlicet quod si quis confiteri ad minus semel in anno, & communionem neglexerit recipere [&] vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura.

## CAPUT III.

**RODERICUS** \* Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Quæstores, ut recipiantur, Episcoporum litteras, sine quibus non recipiendi, explicare debere, prædicare non item.*

**D**E quæstoribus autem ecclesiarum, hospitalium, vel pontium, seu aliis, duximus statuendum; quod sine nostris, vel Episcoporum litteris non recipiantur; & tunc ad prædicationem.



## 468 Constitutionum Provincialium

tionem non admittantur, sed ad expositionem ipsorum tantum, quæ in Episcoporum litteris continentur. Et si prædicare præsumperint, capiantur.

### CAPUT IV.

EXIMINUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Canonici, & clerici beneficiati, qui sacerdotes non fuerint, bis in anno iubentur communicare: Rectores, & Sacerdotes ter saltem celebrare.*

Item cum clerici exemplum, & forma esse debeant laicorum; statuimus, & sub virtute sanctæ obedientiæ [districte] præcipiendo mandamus, quatenus \* omnes Canonici cathedralium, & collegiarum ecclesiarum, & alii clerici beneficiati, qui sacerdotes non fuerint, saltem communicent in anno bis, nisi ex causa de licentia proprii confessoris ea vice duxerint abstinendum. Rectores vero ecclesiarum, & alii sacerdotes \* ad minus ter celebrent in anno.

### CAPUT V.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, administrator Ecclesiæ Tarraconensis, in primo concilio Tarracone celebrato.

*Jubentur Rectores publice monere eos, qui ætatem rationis capacem attigerint, obligari semel saltem in anno peccata confiteri, & eucharistiæ sacramentum recipere. Qui facere neglexerint, in vita ecclesiæ ingressu prohibitum iri, mortuos sepultura ecclesiastica carituros.*

NE circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, periculosa ignorantia allegetur; præcipimus ecclesiarum Rectoribus, & eorum loca tenentibus, ut ad minus quater in anno exponant parochianis suis, quatenus \* juxta statutum concilii generalis quilibet, ex quo ad annos discretionis [pervenerit] masculus scilicet \* ad quattuordecim, femina vero ad duodecim pervenerit, tenetur semel saltem in anno omnia sua peccata fideliter confiteri, & recipere ad minus in festo Paschæ resurrectionis Eucharistiæ sacramentum: nisi de licentia confessoris ad tempus duxerit abstinendum. Aliter vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens careat ecclesiastica sepultura.

### CAPUT VI.

IDEM in eodem.

*Sacerdotibus Missam celebrare cupientibus, si proprius confessor defuerit, peccata sua cuivis confiteri licere; & ab eo, cui confessi fuerint, absolvi.*

UT Missæ cum puritate conscientie celebrentur, & ne propter defectum confessoris eas omitti contingat, indulgemus, quod quilibet presbyter volens Missam celebrare, si

non habet \* copiam proprii confessoris, possit cuilibet presbytero idoneo sua peccata confiteri, & absolutionis beneficium recipere ab eodem.

### CAPUT VII.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Etiamsi adfuerit proprius sacerdos, licere tamen sacerdotibus de casibus minime reservatis confiteri invicem, & absolvere si propositum habuerint Missam celebrandi.*

INDULTUM presbyteris Missam volentibus cum puritate conscientie celebrare, de confitendo invicem \*, dum non suppetit \* proprii facultas \* sacerdotis; suadente sacro concilio ampliantes, etiam ubi sacerdos proprius adfuerit, quotiens presbyter \* Missam celebrandi propositum habuerit \*, de casibus minime reservatis confitendi, & de confessis invicem \* absolvendi plenariam concedimus facultatem.

### CAPUT VIII.

IDEM in tertio concilio.

*Mandatur Rectoribus, ne religiosos mendicantes ad audiendas confessiones admittant, nisi litteras sigillo diœcesanorum consignatas exhibuerint: quibus exprimentur casus, de quibus confitentes & audire, & absolvere sibi licere demonstrant. Litteras autem non nisi idoneis concedi debere decernitur, populoque publicari, ut præmonetur de aliis casibus in litteris non expressis tali religioso absolvere non licere.*

UT saluti animarum subditorum provideatur, & religiosi mendicantes sibi \* potestatem traditam absolvendi in foro penitentiali extendere non possint, ultra quam eis concessum exiit; sacro approbante concilio statuimus, quod de cetero Rectores, vel Curati diœcesis vel provincie Tarraconensis nullum religiosum mendicantem ad audiendum confessiones \* admittant in ecclesiis, vel parochiis ad audiendum confessiones de casibus pontificali dignitati reservatis: nisi dictus religiosus de illis \* fidem fecerit per patentes litteras diœcesani illius sigillo sigillatas, de potestate, quam habeat \* audiendi, & absolvendi hujusmodi confitentes de casibus supradictis, quos exprimi volumus in litteris ipsorum. Quæ litteræ religiosi sufficientibus per ipsorum superiores \* presentatis Prælato, vel ejus generali Vicario, & non aliis concedantur secundum Clementinam *Dudum, de sepulturis*. Quodque dicti Rectores vel Curati potestatem dicti religiosi populo sibi \* commisso intiment in ecclesiis suis, priusquam admittatur ad confitendum: subjungentes dicto populo, quod de aliis casibus in ejus litteris non expressis, videlicet de oppressoribus \* liberorum, sortilegiis, decimas non solventibus, de restitutione \* male ablatorum, & aliis casibus, nisi de expressis in ejus lit-

\* quod

\* in sacerdotio constituti

\* qualiter

\* videlicet

\* habeat

\* unus alteri  
\* subest copia  
\* presbyteri  
\* habuerint  
\* alter alterum

\* eis

\* confitentes

\* eis

\* habet

\* superiorum

\* eis

\* oppressoribus  
\* restitutionibus



\* *habet* litteris nullam habeat \* potestatem. Si vero Rectores, vel Curati dictos religiosos admiserint aliter, quam est præmissum, & hanc constitutionem non servaverint; arbitrio suorum Prælatorum decernimus puniendos.

## CAPUT IX.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

Reſtoribus ſuperiorem conſtitutionem negligentibus pœna centum ſolidorum conſtituitur totiens, quotiens in ea obſervanda fuerint negligentibus: cuius pœnæ dimidium eccleſiæ eius, cuius Reſtor fuerit, applicatur; dimidium Ordinario exequenti. Jubeatur inſuper hæc conſtitutio ſemel quorannis in ſynodis publicari.

\* *In conſtitutione*  
\* *edita incipiente*  
\* *prohibente*  
\* *ſervantes*  
\* *medietate*  
\* *medietate*  
\* *applicanda*

Conſtitutioni \* per bonæ memoriæ domini Ennecum prædeceſſorem noſtrum editæ, incipienti \* *Ut ſaluti animarum &c.* prohibenti \* Reſtoribus, & Curatis; quod nullum religioſum mendicantem ad audiendum confeſſiones admittant, niſi ſecundum formam ibi expreſſam; in qua voluit non obſervantes \* arbitrio ſuorum Prælatorum puniri: ſacro approbante concilio adiicimus, quod Curatus dictam conſtitutionem non ſervans, & præter formam ibi expreſſam dictos religioſos admittens quotiens contra egerit, pœnam centum ſolidorum ipſo facto incurrat: cuius medietas \* fabricæ illius eccleſiæ, cuius erit ille Reſtor; & reliqua medietas \* Ordinario exequenti applicetur \*. Quam quidem conſtitutionem quolibet anno in ſynodis, ſeu in eccleſia cathedrali volumus infallibiliter publicari.

## CAPUT X.

PETRUS de FUXO Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus in concilio Dertuſæ celebrato.

Quæſtores excommunicantur, qui ſine litteris diœceſani quidquam exigere, vel prædicare aggreſſi fuerint; & a beneficiis ſuſpenduntur per triennium, & ad obtinenda inhabiles ſunt.

\* *quorumlibet*

Quæſtores eccleſiarum, hoſpitalium, vel aliorum quomodolibet \* priorum operum ſine litteris proprii diœceſani, in cuius diœceſi quæſtum faciunt, non recipi, nec ad prædicandum admitti, jam pluries repetita ſuit conſtitutione prohibitum; ſed nondum potuit ipſorum audax præſumptio efficaciter coerceri. Propterea dignum arbitrari compellimur, audaciam ipſorum pœnarum adjectionibus refrænare. Si quis igitur ſine litteris proprii diœceſani, cuius eſt diœceſis, quæſtum exerceat, aut prædicationis officium, quod non niſi viros approbatos decet agere, auſus fuerit attentare; ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & a beneficiis eccleſiaſticis, ſi quæ obtinet, per triennium ſit ſuſpenſus; & per idem tempus ſit inhabilis ad quodcumque beneficium eccleſiaſticum obtinendum: pœnis aliis quibuſcumque, & ſtatutis remediis ſemper ſalvis.

## CAPUT XI.

IDEM in eodem.

Eccleſiaſtici monentur detractionibus eccleſiaſticorum, ac infamationibus abſtinere; ſuper contentione de juribus, ſacros canones obſervare. Qui cuiſpiam Præſato detraxerint, excommunicantur: a qua excommunicatione non poſſint abſolvi, niſi famam laceratam contraria prædicatione reſtituerint. Si veniam poſtularint, obſervandæ conſtitutiones ſuper hoc editæ Bonifacii octavi, & Clementis: ſi contentio de juribus incidit, obſervanda Clementina, cuius initium eſt, Super cathedram, &c.

CUM in Eccleſiæ corpore omnes, qui ſunt veluti membra locati debeant ſe invicem conſovere; deviat ab ordine rationis, quod quidam propriis commodis nimis aſſidue intendentes, dum quæ ſua ſunt, non quæ Chriſti ſtudent aſtutiſſime procurare, aliorum juribus; & quod magis \* eſt, famæ detrudere moluntur. Sane queruloſa inſinuatione noſtras pervenit ad aures, quod nonnulli clerici, ſeu religioſi ſtatuta ſacrorum canonum ſuper his edita contemnentes, prælatorum Eccleſiæ famam detractionum morſibus lacerare, eccleſiarumque juribus detrudere, & præjudicare conantur. Nos igitur inſaniam hanc cupientes ab Eccleſiæ corpore totaliter extirpare, quatenus membrorum debita invicem conjunctione ſervata, ſub unionis \*, & charitatis vinculo acceptabiliſſime exhibeatur altiſſimo ſamulatus, hoc perpetuo jubemus edicto, ut clerici ſeu religioſi ab huiusmodi detractionibus linguas ſuas ſtudeant refrænare, nec eccleſiaſticis detrahant, aut ſibi ad invicem prædicando; ne \* populos detrahant ab eccleſiarum parochialium frequentia, vel accuſſu: ſed ſuper ſepulturis, decimis, primitiis, & aliis eccleſiarum juribus ſacros ſtudeant canones inviolabiliter obſervare. Quod ſi quiſquam prædictorum deinceps Præſati alicuius famæ publice, & injurioſe detrudere, aut diffamatorios libellos dictare, ſcribere, vel in publico loco legere, vel affigere attentaverit, vel procuraverit, excommunicationis ſententia ipſo facto ſentiat ſe ligatum: a qua nullatenus poſſit abſolvi, niſi prius cœquali publicatione laceratam famam ſtuderit reparare. Et, ſi ab offenſo veniam humiliter poſtulerit, diſtinctius injungimus \* inviolabiliter obſervari conſtitutionem domini Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit, *Animarum ſaluti*, &c. & illam domini Clementis, quæ incipit, *Religioſi*; diœceſanis, aliisque locorum Ordinariis eſſe licitum decernentes, quod poſtquam eis conſiterit aliquem, ſeu aliquos de prædictis excommunicationis ſententiam \* occasione præmiſſorum incurriſſe \*, ipſos excommunicatos faciant publice nuntiari; donec de abſolutione eis facta fuerit fides: nec non circa prædicationis exercitium, vel audiendi \* confeſſiones, vel ſuper juribus ſepulturarum \* Clementinam, quæ incipit,

\* *majus*\* *unione*\* *nec*\* *injungentes*\* *in excommunicationis ſententias incidiffe*\* *audiendum ſepultura*



## 470 Constitutionum Provincialium

cipit, *Super cathedram*, sub obtestatione divini iudicii præcipimus tenaciter observari.

### CAPUT XII.

IDEM in eodem.

*Super casibus episcopalibus non esse quemquam sæcularem clericum admittendum ad audiendas confessiones sine litteris Ordinarii, vel Vicarii, vel Rectoris. Litteras autem gratis dari debere idoneis; & casus exprimi, super quibus permittitur his absolventi facultas, & populo publicari.*

**C**eterum, quoniam ubi periculum majus est, sollicitior debet adhiberi cautela, ne animarum saluti per quemquam confessoris officio abutentem illudi valeat, aut ipsum officium debite peragentium fama iniquorum moribus \* maculetur, statuti hujus tenore fancimus; quod nullus clericus sæcularis sine diocæsani, vel Ordinarii ecclesiastici, ad quem \* hoc pertineat, vel ipsorum Vicariorum, vel Officialium ad hoc habentium potestatem, aut proprii Curati licentia, in ecclesiis parochialibus ad audiendum confessiones, & super casibus episcopalibus sine diocæsani litteris admittatur: quas litteras ipsi diocæsani, aut ipsorum \* Vicarii generales clericis, quos ad hoc constabit esse sufficientes, & idoneos; quosque, ut præfertur, duxerint admittendos, eidem gratis, & spontanea voluntate concedere, & tradere teneantur; in quibus quidem litteris casus episcopales, quos eis concedere voluerint, exprimantur: quos casus caute in genere, aut distincte per Curatum ecclesiæ populo, antequam ad audiendum confessiones admittantur, præcipimus intimari: ut patefiat in (nullis) aliis casibus, quam expressis in sua littera, de casibus episcopalibus absolventi potestatem aliquam (non) habere.

### CAPUT XIII.

IDEM in eodem.

*Quod religiosi sacramentum confessionis, & pœnitentiæ non audeant ministrare, nisi prius Ordinario præsententur: & ab eo admissi, de casibus Episcopo reservatis se non immisceant, nisi facultatem habuerint: quæ gratis, & sine pecunia concedi debet.*

**U**T religiosi in sacramento pœnitentiæ, & confessionis reddantur attenti, hoc statuto salubri in virtute sanctæ obedientiæ ( præcipimus, ac) prohibemus, ne religiosi, prius quam juxta constitutionem Clementinam, *Super cathedram*, per eorum superiores electi, præsentati, & per Ordinarios ad confessiones admissi fuerint, confessiones sæcularium audire præsumant: nec locorum Ordinarii aliquos ex eis, nisi ut præfertur, per eorum superiores ad hoc prius electos admittant: sicque electi, præsentati, & admissi de casibus ab Episcopis reservatis nullatenus se intromittant, nec super eisdem casibus reservatis quemquam absolvere

audeant, nisi litteras super absolute hujusmodi prius a locorum Ordinariis obtinuerint: in quibus quidem litteris casus episcopales, quos eis concedere voluerint, exprimantur: easque litteras Curatis ecclesiarum exhibeant, ut ecclesiæ populo patefieri valeant \*, ut est dictum. Idemque Ordinarii gratis sine solutione aliquas tales litteras eidem religiosis, quos ad hoc reputabunt idoneos, tradere teneantur: in Domino exhortantes Prælatos, & Ordinarios ecclesiasticos, ut circa religiosos præfatos charitative se habeant, ut tenentur. Per prædicta tamen præjudicare nolumus, quibus de jure communi, vel indulto sedis Apostolicæ aliud competit in præmissis.

### CAPUT XIV.

IDEM in eodem.

*Jubentur medici statutum generalis concilii de agris admonendis, ut salutare pœnitentiæ sacramentum adhibeant, sub excommunicationis pœna observare: prohibenturque ne quem ægrum, plus quam ter invisant, nisi quem sciverint in ea ægritudine pœnitentiæ sacramentum accepisse. Quæ constitutio quater in anno præcipitur publicari.*

**D**ilectionis debitus ordo pervertitur, si medicinæ corporis prius, & diligentius, quam sanandis animæ vulneribus intendatur. Sane licet in sacro concilio generali fuerit distincte præceptum, quod medici corporum, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos advocent animarum; ut postquam fuerit infirmo de spiritali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur: ipsum tamen salubre, ac utile statutum, aut oblivione, aut contemptu frustrari cernitur debitæ observationis effectu. Propterea cupientes, quod pro animarum salute tam utiliter dignoscitur statutum, debita executione potiri; universis corporum medicis distincte præcipimus, & mandamus; ut ipsum studeant fideliter observare: (&) ipsis nihilominus sub excommunicationis pœna, quam incurrere volumus ipso facto, mandantes; ut nullum infirmum ultra tertiam vicem visitare præsumant, de quo non sciant, quod in illa ægritudine salutare pœnitentiæ receperit \* sacramentum. Adicientes, ut cunctis nota sit præsens constitutio; quod locorum Ordinarii, saltem quater in anno, videlicet in festo Natalis \* Domini, Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis virginis Mariæ \* teneantur in principalioribus ecclesiis suæ diocæsif, vel territorii constitutionem hanc publicari facere.

### CAPUT XV.

HIERONYMUS in concilio sexto Tarraconensi.

*Exigendæ prætextu elemosynarum per ecclesias pecuniæ ad calices emendos, ornamenta, aliaque, quibus ecclesiæ egent, comparan-*

\* abusibus

\* cui, vel  
cujus

\* eorum

\* valeat

\* suscepit

\* Nativitatis  
\* gloriose



vanda, facultatem Vicarii vetantur dare, nisi his inopia ecclesiarum constiterit; ut necessario exigi eleemosynam oporteat toto eo tempore, quo ejusmodi facultatem concesserint. Sin credibile fuerit unius anni concessione non satis sublevatum iri ecclesiam prius quam denuo facultatem concedant, pecuniæ collectæ superiore anno rationes jubentur exigere, & jurejurando eos astringere, qui sunt exacturi, in eum usum consumptum iri pecuniam, in quem collecta fuerit: salva sedis Apostolicæ licentia, & diocesani; quo casu in alium usum ei commutare licet. Jubetur præterea in concessionis litteris nomen apponi quæstoris, & agnomen; ceteraque diserte explicari, quæ supra fieri oportere hac in re præceptum est.

Quoniam indignum est in ecclesia Dei quosdam sub pietatis, & paupertatis clypeo inebriari, & nimia satietate cibos fastidire, quosdam vero fame perire, & eleemosynarum largitionibus non posse sublevari; quod propter multitudinem quæstorum evenire compertum est, dum sub clypeo paupertatis sublevandæ annales quærendi licentias a nostris Vicariis obtinuerunt, & sublevata paupertate, ac necessitate cessante, nihilominus subsequenter annis similes licentias obtinent, & pecunias, quæ pro necessitatibus urgentibus ecclesiarum, & personarum eisdem inservientium a fidelibus zelo pietatis elargitæ sunt, epulis, ac lautis conviviis, ac aliis inhonestis usibus tam quærentium, nuntiorum, quam personarum, a quibus missi sunt, expendunt, vel de ipsis thesaurizant, & nihil utilitatis piis locis, pro quibus elargitæ sunt, obvenit; sed in alios usus etiam pios convertunt, præter, seu contra largientium intentionem: & ceteri miserabiles prædictis eleemosynis, quæ eisdem elargirentur, si prædictis quæstoribus non fuissent elargitæ, verisimiliter defraudantur, & intentio largientium ad effectum non deducitur; matura deliberatione prohibemus licentias quærendi concedi pro piis operibus, calicibus, ornamentis, aut aliis necessitatibus ecclesiarum, capellarum aut aliorum piorum locorum, nisi prius summarie constiterit nostris Vicariis de necessitate, pro qua conceduntur: & quod necessitas tempore concessionis duret, & toto anno durare verisimiliter præsumatur, si per concessionem licentiæ non sublevaretur: & quod ante concessionem detur fidele computum de pecuniis, ac eleemosynis quæstuat, & habitis anno proxime effluxo; & reliquis datis administratoribus locorum, & quod jurent bene, & legaliter se habere, dolo, & fraude cessantibus, quod eleemosynas habendas expendent pro dictis necessitatibus, & in profanos, aut pios usus, præter eos, pro quibus habitæ sunt, non convertent; salva sedis Apostolicæ licentia aut diocesani loci; in casu quo licentiam convertendi in alium pium locum concedere potest. Ordinamus insuper, ut in prædicta concessio-

ne narrentur nomen, & agnomen quæstoris; & non simpliciter dicatur, Lator præsentium; & qualibet computum veridicum reddidit coram loci diocesano, seu Vicario ipsius, & juravit firmiter tam dictus lator de bene, & legaliter se habendo, & reliqua solvendo administratori loci pii, quam dictus administrator de expendendo in necessitates, pro quibus concessa est licentia, prout per certificadorias factas per loci diocesanos apparuit.

## TITULUS XVIII.

## DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

## CAPUT I.

## CLEMENS PAPA IV.

Confirmatio Apostolica constitutionum sequentium, quarum initia sunt; Item cum quidam. Olim sacro. Item sacro. Verum. Item cum clerici. Item quia facientes. Declarando. Statuimus sacro. Quoniam exempla. Sollicitat. Officii nostri. Item cum quibusdam. Prædecessorum. Ecclesiastica jurisdictione. Cum affectata. Cum in constitutione. (Decernimus.) Ad reprimendum. Pia consideratione, ac dubiorum, quæ in eas cadunt, & responsionum.

Clemens Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Honestis petitionibus supplicum gratum nos decet præbere consensum; & eis maxime, quæ ecclesiasticarum personarum honorem, & statum, ac favorem libertatis ecclesiasticæ respicere dignoscuntur. Sane petitio venerabilium fratrum nostrorum Sancti Archiepiscopi Tarraconensis, & ejus suffraganeorum \* nobis nuper exhibita continebat, quod olim bonæ memoriæ Petrus & [ Benedictus, ac ] Bernardus, ac Rodericus, nec non Eximius, & Arnaldus Archiepiscopi Tarraconenses, ac Joannes Patriarcha Alexandrinus tunc administrator ecclesiæ Tarraconensis in spiritualibus & temporalibus auctoritate Apostolica depuratus, quasdam inter alias constitutiones diversis successive temporibus ediderunt; idemque \* Joannes Patriarcha administrator, & Arnaldus Archiepiscopus nonnulla quibusdam ex constitutionibus ipsis addiderunt, & aliquas ex ipsis \* etiam declararunt \* pro bono, & tranquillo statu cleri provincie Tarraconensis, ac favore ecclesiasticæ libertatis ipsius. Quarum constitutionum, & (ordinationum) additionum, & declarationum tenores de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari. Quare idem Sanctus Archiepiscopus, & suffraganei nobis humiliter supplicarunt, ut constitutionibus (& additionibus) ac declarationibus ipsis, ex quibus, ut asserunt, eis non modicum utilitatis, status, & honoris accrevit, Apostolicæ confirmationis robur adijcere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur statui, & quieti \* subditorum, & præsertim personarum ipsarum, quæ velut Dei ministri potior auxi-

\* & suffraganeorum suorum

\* & idem

\* illis  
\* declaraverunt

\* equitati



auxilio dignæ sunt, libenter intendimus, & utilitatem publicam favore prosequimur opportuno dictorum Sanctii Archiepiscopi, & suffraganeorum supplicationibus inclinati, constitutiones, additiones, & declarationes ipsas ratas, & gratas habentes, illas auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communitus. Tenores vero prædictarum constitutionum ejusdem Petri Archiepiscopi tales sunt.

## CAPUT II.

PETRUS Archiepiscopus in quinto concilio Tarracone celebrato.

*Excommunicantur raptores, depradatores ecclesiasticorum, ac rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum, quæ violenter rapuerint, vel invaserint. Fautores item, & receptatores memoratorum malefactorum; in eorumque præsentia a divinis cessandum, nec absolvendi culpæ obnoxii, nisi satisfecerint damnum, & iniuriam perpeffo. Et, si principales malefactores mortui fuerint, eorum cadavera sepultura ecclesiastica privanda, quousque eorum heredes satisfecerint. Pari ratione excommunicantur, qui prædas scienter, & voluntariæ in castris suis receptorint: cessandumque in eis a divinis, & eorum præsentia. Cum autem per rei evidentiam, vel confessionem reorum constiterit de invalforibus, vel quando in specie denunciati fuerint, cessandum a divinis. Absolutio autem committitur Episcopo, a quo publicandi & ii, quos ipse, & ii, quos alii Episcopi denuntiarint.*

**I**tem cum quidam in aliorum prædis propria commoda studeant invenire, sacro approbante concilio excommunicamus invasores, raptores, & depradatores hominum ecclesiarum (&) ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum, qui bona prædicta rapuerint, vel invalerint violenter: dummodo personæ, de quibus querelam habuerint, paratæ fuerint stare juri, prout debuerint. Eadem etiam excommunicatione ligamus fautores, & receptores \* prædictorum malefactorum: statuentes, ut quamdiu principales malefactores in aliqua villa, vel civitate fuerint, ecclesiæ cessent penitus a divinis: & si forte principales malefactores mortui fuerint absque satisfactione condigna, licet in mortis articulo absoluti fuerint, eorum corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque hæredes morientium satisfecerint injuriam passis, & damnum datum fuerit penitus emendatum: nec prædicti in sanitate aliquatenus absolvantur, nisi cum de præmissis omnibus satisfecerint competenter. Simili excommunicationis sententia innodamus omnes illos, qui prædam clericorum, & locorum religiosorum, & hominum eorundem receperint scienter, & voluntarie in castris suis, vel emerint; & castra illa, vel villæ, in quibus retenta fuerit præda, cessent penitus a divinis, quousque da-

\* receptatores

mmum datum pro posse studuerint emendare. Et licet invasores, & raptores ecclesiæ in genere sint excommunicati, non tamen evitentur \*, nisi facti evidentia, vel confessione propria hoc constaret, quousque in specie denunciati fuerint. Et postquam in specie denunciati fuerint, absolutio talium cuilibet Episcopo in sua diœcesi auctoritate sacri concilii est commissa. (Item sacro approbante concilio statui- mus, quod quilibet Episcopus in sua diœcesi denuntiet sententias per alium Episcopum latus ad significationem ipsius, & vitet excommunicatos ab eo, & faciat tamquam excommunicatos artius per suam diœcesim evitari.)

\* vitentur

## CAPUT III.

IDEM in sexto.

*Declaratur superior constitutio, doceturque tantum ad eos pertinere, qui scienter, & sponte cum armis, vel sine armis vim ecclesiasticis attulerint, aut in res eorundem invaserint. Fautores autem, & emptores prædæ, post monitionem legitimam, arbitrato diœcesani excommunicari debere.*

**O**lim excommunicasse recolimus invasores, raptores, & depradatores hominum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum; qui bona prædicta rapuerint, vel invaserint, violenter: dummodo personæ, de quibus querelam habuerint, paratæ fuerint [pro- ut debuerint] juri stare. Eadem etiam excommunicatione ligavimus fautores, & receptatores prædictorum malefactorum: statuentes, ut quamdiu principales malefactores essent in aliqua villa, vel civitate, cessarent Ecclesiæ penitus a divinis. Et si forte principales malefactores absque satisfactione condigna ab hoc sæculo transmigrarent, licet essent in mortis articulo absoluti, eorum corpora non traderentur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque heredes morientium satisfecissent passis injuriam & damnum datum penitus emendassent: nec prædicti absolvi possent in sanitate, nisi de præmissis omnibus prius satisfecissent passis injuriam competenter. Simili excommunicatione innodavimus omnes illos, qui prædam clericorum, & locorum religiosorum, & hominum eorundem scienter receperint \*, & voluntarie in castris suis, & emptores ab eis: & quod castra, & villæ, in quibus præda esset retenta, cessarent penitus a divinis, quousque damnum datum studuissent pro posse suo penitus emendare. Verum quidam prædictam constitutionem perverse intelligentes, eam trahunt ad res modicas, & ad ea, quæ non ex proposito nocendi, sed ex necessitate aliqua, a non credentibus offendere capiuntur. Nos autem perversum intellectum, & dubitationem \* hujusmodi penitus declarantes, in omnibus supradictis casibus sic duximus declarandam: quod illi tantum intelligantur excommunicati, qui ex proposito cum armis, vel sine armis violenter invaserint, & \* destruxerint loca prædicta, & ceperint homines

\* recipere

\* dubitatem

\* vel



nes ipsorum, & res eorundem in hoc graviter delinquentes: loca autem in hoc solo casu cessare volumus penitus a divinis, quamdiu ibi præda fuerit violenter receptata \*. Fautores autem, & emptores prædæ post admonitionem legitimam juxta diocæsani arbitrium excommunicentur: & si aliquem excommunicatorum prædictorum absque satisfactione condigna mori contigerit, tandiu careat ecclesiastica sepultura, quoadusque per heredes ipsius damnum datum per eum sit plenarie passis injuriam, vel eorum heredibus restitutum.

CAPUT IV.

BENEDICTUS in concilio primo Tarracone celebrato.

*Episcopis facultas permittitur subditos suos absolvendi, qui excommunicati fuerint, vel denunciati per constitutionem de invasoribus, & raptoribus &c. Archiepiscopo etiam subditos suffraganeorum, postquam satisfecerint his, quos violarint.*

(Item) sacro approbante concilio plenam concedimus universis nostris suffraganeis potestatem absolvendi subditos suos, qui excommunicati per ipsos fuerint, vel etiam auctoritate constitutionis sacri concilii Tarraconensis contra malefactores, & invasores hominum, & rerum Ecclesiæ promulgatæ: licet dicti excommunicati denunciati fuerint in concilio Tarraconensi. Item fuit ordinatum, sacro concilio approbante, quod dominus Archiepiscopus absolvat subditos suffraganeorum suorum, qui ad ipsum venerint, excommunicatos ratione constitutionis sacri concilii Tarraconensis contra invasores, & [raptores, ac] malefactores hominum, & rerum Ecclesiæ promulgatæ, præmissa satisfactione, & secundum formam Ecclesiæ: & quod dominus Archiepiscopus consensum \* diocæsani illius, vel illorum excommunicatorum requirat, si sibi visum fuerit expedire.

CAPUT V.

IDEM in eodem.

*Presbyteris mutuo se absolvere a minore excommunicatione licere.*

(Item, sacro approbante concilio, damus universis nostræ provinciæ presbyteris potestatem, quod ad invicem unus alteri \* possit super minoris excommunicationis sententia absolutionis beneficium impartiri.

CAPUT VI.

\* secundo IDEM in tertio \* concilio Tarracone celebrato.

*In locis, in quibus præda vendita, aut alienata fuerit aut consumpta, cessandum a divinis, quousque passis injuriam satisfactum fuerit.*

Verum cum in constitutione bonæ memoriæ domini Petri prædecessoris nostri, Tom. III.

quæ incipit, *Olim excommunicasse recolimus*, caveatur; quod loca, ad quæ præda clericorum, ecclesiarum, vel personarum religiosarum, seu hominum eorundem \* accepta pervenerit, quamdiu ibi fuerit; cessent penitus a divinis. Volentes invasorum, & raptorum excogitatis malitiis, & machinationibus quantum cum iustitia possumus, obviare; declaramus, & constituimus, quod loca, in quibus huiusmodi præda vendita, vel alio modo alienata, seu etiam consumpta fuerit, tandiu cessent penitus a divinis, quousque condigna satisfactio damna passis facta fuerit per eosdem. \*

CAPUT VII.

IDEM in eodem.

*In locis, ad quæ occisores, & mutilatores clericorum profugerint, & in quibus violenter detinebuntur ecclesiastici, cessandum a divinis, quoad satisfecerint ecclesiæ arbitrato.*

(Item cum clerici, & personæ ecclesiasticæ majori, quam res eorundem debeant privilegio, & immunitate, seu libertate gaudere; sacro approbante concilio statuimus, quod loca, ad quæ occisores, & mutilatores clericorum & personarum ecclesiasticarum, & capientes, eosdem pervenerint, cessent penitus a divinis, quousque ad iudicium Ecclesiæ satisfecerint de commissis. Loca etiam, in quibus clerici, & \* personæ ecclesiasticæ captæ detinebuntur, quamdiu violenter, seu invite detinebuntur ibidem, cessent similiter a divinis.

CAPUT VIII.

IDEM in eodem.

*Excommunicantur, qui occisores, & mutilatores clericorum receptant.*

(Item, quia facientes, & consentientes pariter debent damnari; eodem concilio approbante, receptatores eorum, qui occidunt, vel mutilant, vel capiunt clericos, vel personas ecclesiasticas excommunicationis sententia innodamus.

CAPUT IX.

BERNARDUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Quibus in locis erunt, qui manus violentas iniecerint in Prælatos, ibi cessandum penitus a divinis: & malefactores nuntiandi, & vitandi.*

Declarando constitutiones prædecessorum nostrorum, videlicet (dominorum) Petri, & Benedicti bonæ memoriæ; quarum prima incipit, *Olim excommunicasse recolimus*, & secunda, *Cum nos Benedictus*, statuimus, quod quamdiu personæ invasorum, & raptorum rerum ecclesiæ, & \* personæ etiam illorum, qui in Prælatos ecclesiarum cathedralium, & aliorum locorum religiosorum Tarraconensis, provin-

O O O

vin-

\* accepta

\* violenter

\* pro eadem

\* fecit

\* assensum

\* alie

\* secundo

\* ecclesiarum, ac



vinciæ manus injecerint violentas, fuerint in aliqua civitate, villa, vel castro provinciæ supradictæ, aut infra terminos (dictorum) locorum ejusdem provinciæ, quod ipsæ civitates, castra, villæ, & alia loca cessent, ipsis invaloribus, raptoribus, seu percussoribus præsentibus, penitus a divinis: & dicti malefactores percussores, seu raptores per Rectorem, seu capellanum loci illius \* excommunicati nihilominus nuntientur; & tamquam excommunicati (ubique) ab omnibus evitentur.

\* ipsius

## CAPUT X.

IDEM in eodem.

Episcopi monentur observare constitutiones editas, Rectores item easdem observare ad præscriptum sui diocæsani jubentur; alioqui ejus arbitrio puniendi, cogendique petenti expensas, quas is fecerit, restituere; facta tamen per diocæsanum æstimatione, adhibitoque petentis jurejurando. Sin Episcopus negligens fuerit in his castigandis, qui non observarint; vel ipse observare neglexerit, præterquam quod Dei, & beatæ Teclæ iram incurret, ad arbitrium concilii Tarraconensis dicitur puniendus.

Statuimus, sacro approbante concilio, quod quilibet Episcopus provinciæ Tarraconensis circa observationem præsentis constitutionis & omnium constitutionum a nostris prædecessoribus editarum sit sollicitus, & attentus. Rectores autem ecclesiarum, & vicarii, seu loca tenentes eorum constitutiones easdem ad mandatum sui diocæsani, vel ejus Officialis inviolabiliter teneant, & observent. Si quis vero de prædictis Rectoribus, Vicariis, capellanis, vel eorum loca tenentibus recepto mandato sui diocæsani, vel ejus Officialis, præsentem, & aliorum prædecessorum nostrorum constitutiones neglexerit observare, ad sui Episcopi, vel ejus Officialis arbitrium puniatur: & nihilominus teneatur restituere illi, qui petit justitiam, omnes expensas quas eundo, & redeundo propter hoc ad diocæsanum, per juramentum præmissa taxatione diocæsani, probaverit se fecisse, & ad hoc per diocæsanum Episcopum compellatur. Diocæsanus vero, qui circa correctionem subditorum suorum, qui super prædictis ejus \* mandatum, vel Officialis sui neglexerint adimplere, vel circa observationem prædictarum constitutionum negligens repertus fuerit, vel remissus; iram, & indignationem omnipotentis Dei, & beatæ Teclæ incurrat: puniendus nihilominus ad arbitrium provincialis concilii, quod in ecclesia Tarraconensi contigerit in posterum celebrari.

\* suum

## CAPUT XI.

IDEM in tertio \* concilio.

Qui per se, vel per alium Episcopum quempiam necarit, aut violarit; omnibus feudis, ac beneficiis quibusvis Tarraconensis

\* quarto

provinciæ privatus est; & qui ab eo nascuntur posteris, usque ad quartam progeniem verantur ad clericatus ordinem promoveri, aut ecclesiasticum beneficium adipisci. Si quis autem Episcopus, aut alius Prælatus quempiam de eius, qui id fecerit, progenie promoverit, aut prudens, ac sciens beneficium contulerit, ejus ordinis collatione, ad quem promoverit, biennio suspensus censetur; collatio autem irrita erit. Si quem vero ex Prælatibus inferioribus violarit, aut Officialem quempiam principalem aut Canonicum cathedralis ecclesiæ, eisdem pœnis subiacere, ac ejus filios decernitur; feudisque & possessionibus ejus ecclesiæ, quam læserit, privatus est. Si quis autem Prælatus reum ejus criminis, aut ejus filios ad quempiam ordinem promoverit, aut contulerit beneficium, anni spatio eo ordine, quem contulerit, est privatus; irrita autem censetur collatio. Promoti autem per ignorantiam ad ordines, executione suscepti ordinis privantur. Quæ constitutio in synodis quotannis est publicanda.

Quoniam exempla præterita cavere nos admonent in futurum; idcirco nos Bernardus miseratione divina \* Archiepiscopus Tarraconensis, assistentibus nobis venerabilibus fratribus Arnaldo Barcinonensi, Roderico Vicensi, Petro Urgellensi, Jacobo Oscensi, Jasperto Valentino, Garcia Tyrasonensi, Roderico Gerundensi, Gullielmo Ilerdensi Episcopis, ac procuratoribus aliorum Episcoporum absentium; nec non & Capitulum cathedralium ecclesiarum, & collegiarum, & quamplurimis aliis præsentibus sacrosancto Tarraconensi \* approbante concilio statuimus; ut quicumque instigante diabolo per se, vel (per) alium interfecerit, seu vulneraverit, vel ceperit, aut percusserit aliquem Episcopum, omnibus feudis, ac rebus, & beneficiis, quæ ab ecclesiis quibuscumque Tarraconensis provinciæ tempore sceleris obtinebit, ipso facto perpetuo sit privatus; & pleno jure ecclesiis, a quibus prædicta obtinuerit \*, applicentur: nec descendentes ab eodem malefactore usque ad quartam generationem ad gradum aliquem clericatus promoveantur, nec beneficium aliquod ecclesiasticum feudale, vel aliud quodlibet in Tarraconensi provincia assequantur. Et ne minus vindictæ, quam excessus memoria tanti facinoris prorogetur, adiicimus \*, quod si quis Episcopus, vel alius quicumque Prælatus aliquem de prædictis descendentes ad aliquem ordinem promoveri, vel aliquod ecclesiasticum beneficium, seu quodlibet aliud eidem conferre præsumperit; a collatione illius ordinis, quem scienter contulerit, per biennium sit suspensus & collatio ejusdem beneficii sit irrita ipso jure, & ea vice per proximum superiorem de illo beneficio ordinetur. Si vero aliquem de Prælatibus inferioribus Episcopis, vel principalem Officialem Episcopi, vel Canonicum ecclesiæ cathedralis ausu

\* divina permissione

\* sacrosanctæ Tarraconensis ecclesiæ

\* obtinuit

\* adiicientes

teme-



temerario quisquam interficere, mutilare, vel capere præsumpserit; ipse, & filii sui incurrant pœnam superius expressam ipso facto. Provisio (tamen) quod ipsis feudis, & possessionibus quibuscumque tantummodo sint privati, quæ ab ecclesiis, quarum personas sic læserint, modo quolibet obtinebunt: hoc salvo, quod alias super hoc in canonibus continetur. Et Prælatus, qui tales malefactores, vel filios eorum ad aliquem ordinem promovere, vel cuiquam tale beneficium ecclesiasticum conferre præsumpserit; a collatione illius ordinis, quem scienter contulerit, per annum noverit se suspensum: & collatio huiusmodi sit irrita ipso jure; & ea vice de beneficio ipso per superiorem proximum ordinetur. Quicumque autem ex \* prædictis malefactoribus, vel filiis suis a quoquam Episcopo scienter, vel ignoranter ordinem receperit; executionem non habeat suscepti ordinis, nec beneficii collatio valeat, ut est dictum: salvis tamen omnibus pœnis canonicis, quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari. Hæc autem statuta salubriter per diocesanos Episcopos Tarraconensis provinciæ singulis annis in suis synodis, & diocesibus præcipimus publicari: & nihilominus hi, qui prædictas pœnas incurrerint, in synodis nuntientur.

## CAPUT XII.

RODERICUS in tertio concilio.

*Episcopus, aut Officialis litteris significatoriis per Ordinarios requisitus, ut quempiam excommunicatum denuntiet, monetur, nulla cognitione, aut inquisitione adhibita, statim, aut infra triduum denuntiare, nulla ratione habita cujusquam aut appellationis, aut exceptionis, quamdiu id facere neglexerit, tamdiu ecclesiæ ingressu prohibetur. Neque vero ob ordinem non servatum processus, aut denuntiatio revocanda. Qui commoda ex constitutionibus capiunt, ipsis constitutionibus subjacent, Episcopis exceptis.*

**S**ollicitat cura suscepti regiminis, ut utilitatibus subjectorum nunc novarum constitutionum editione, nunc antiquarum innovatione providere curemus. Sane (cum) constitutiones sacrorum conciliorum Tarraconensium editæ contra raptos, & infautores personarum & rerum ecclesiasticarum, religiosorum, & hominum eorundem, ex quibus impiorum audacia coercetur, ac bona ecclesiastica conservantur, propter quorundam abusum, & negligentiam debitum non sortiuntur \* effectum. Cum nonnulli trepidantes ubi trepidandum non est, cum requiruntur per locorum Ordinarios, in quorum diœcesi rapina, vel violentia est commissa, ut prædictas constitutiones debeant observare; subtiliter causa diffugii nituntur indagare, & inquirere, an præfatæ constitutiones vindicent sibi locum in his (agentes) partes judicis, cum potius ut meri executores deberent procedere

[affumentes.] Et idcirco, quia parum est condere jura, nisi sint \*, qui ea tueantur \*; prædictas constitutiones approbantes, & confirmantes, sacro approbante concilio statuimus; quod quodcumque aliquis Episcopus, vel ejus Officialis, vel vicem \* gerens, per nos, vel Officialem nostrum, vel per alium Episcopum, vel ejus Officialem, seu (etiam) vices ejus gerentem nostræ provinciæ, qui per suas litteras significaverit, se servare constitutiones prædictas contra illum, contra quem petitur ipsas constitutiones servari, fuerit requisitus, ut denuntiet eum excommunicatum juxta memoratas constitutiones [ & ] eas servet, & faciat observari; & talem [ in ecclesia ] mandet denuntiari excommunicatum: ipsas constitutiones sine aliqua \* cognitione, & inquisitione statim, vel infra triduum, die, qua talis requisitio facta fuerit, minime computata, si in sua diœcesi requisitus præsens fuerit, vel in loco: ut infra dictum tempus hoc valeat adimplere. Alias quam cito commode (fieri) poterit, considerata locorum distantia observet, & mandet observari, omni appellatione, & exceptione cessantibus \*. Quod si prædicta \* contempserit, ut prædicitur, adimplere; tamdiu ingressum ecclesiæ sibi noverit interdictum, donec ipsas constitutiones observet, & mandet observari. Ex quo autem dictas constitutiones fecerit, vel mandaverit observari, ex tunc ipso facto interdictum prædictum absque relaxatione aliqua \* penitus sit ablatum \*. Hoc autem proviso, quod propter (juris) ordinem non servatum processus per ordinarium, vel ejus Officialem habitus, seu facta denuntiatio nullatenus revocetur: cum multis grassantibus opus sit exemplo, juxta canonicas, & legitimas sanctiones. Item, quia non est ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat; sacro approbante concilio statuimus, omnes personas cujuscumque status, vel conditionis existant, quæ ex præfatis constitutionibus commodum recipiant, subjacere, & esse subjectas ipsis constitutionibus, si deliquerint in his, quæ in ipsis constitutionibus continentur; & contra tales personas juxta tenorem ipsarum constitutionum esse rigide procedendum: salvis constitutionibus sacrorum conciliorum Tarraconensium in favorem Episcoporum factis: quibus cautum est, quod Episcopi huiusmodi constitutionibus contra raptos, & infautores rerum ecclesiasticarum editis non ligentur.

## CAPUT XIII.

IDEM in eodem.

*Ad excommunicationem, & alias pœnas, quibus obnoxii sunt, qui in Canonicum ecclesiæ cathedralis, vel Prælatum ecclesiæ collegiatæ, vel clericum suffragii jus in communibus tractatibus Capituli cathedralis ecclesiæ habentem, vel in Commendatorem ordinis militiae, vel hospitalium sancti Joannis Hierosolymitani manus violentas remere iniecerint, vel agros, aut loca ipso-*

\* effect  
\* tueretur

\* vices ejus

\* alia

\* cessante  
\* præmissis\* alia  
\* sublata

\* de

\* fortian-  
tur

\* vices



rum cum exercitu invaserint; statuitur, ut in eorum presentia cessetur a divinis: & si moniti infra mensem non satisfecerint, feudis, quæ ab ecclesiis laeorum, aut laeis habent, in perpetuum sunt privati.

**O**fficii nostri debitum circa dispendia; quæ per nonnullos ecclesiis, & personis ecclesiasticis, & eorum hominibus, & rebus indebite afferuntur\*, deliberatione provida exigentes\* salubris remedi appositione talium temeritatem duximus præscindendam. (Et) idcirco sacri approbatione concilii confirmantes omnes constitutiones per prædecessores nostros editas, & specialiter contra raptores, & invasores personarum, & rerum ecclesiasticarum, addendo eisdem statuimus, quod quicumque\* de cetero in Canonicum ecclesiæ cathedralis, vel Prælatum ecclesiæ collegiatæ, vel clericum qui vocem habeat\* in communibus tractatibus Capituli ecclesiæ cathedralis, vel in commendatorem ordinis militiæ templi, vel hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani manus iniecerit temere violentas, vel terras\*, vel loca Prelatorum Ecclesiarum, vel Templariorum, aut Hospitaliorum, vel aliorum locorum religiosorum cum exercitu invaserit, arbores scindendo, vel talando, aut ignem immittendo, aut grave damnum alias irrogando, præter sententiam excommunicationis, quam ex tali delicto se noverit incurrisse, & ultra alias pœnas contra tales statuta, ubicumque ipse fuerit, cessetur penitus a divinis. Et quicumque cum exercitu terras\* Prælatorum, vel ecclesiarum, vel locorum religiosorum invaserint, ut est dictum, & moniti infra mensem non satisfecerint; omnibus feudis, quæ ab ecclesiis vel personis, aut locis religiosis tenebunt, quæ sic læserint, perpetuo sint privati: falvis omnibus aliis pœnis contra tales statutis, quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogare.

## CAPUT XIV.

IDEM in eodem.

*Cessatio a divinis ad præscriptum Decretalis, quæ incipit, Alma mater, moderanda.*

**I**tem cum in quibusdam constitutionibus sacrorum conciliorum Tarraconensium sit cautum, quod in certis casibus debeat cessari penitus a divinis, sacro approbante concilio\* declaramus, prædictam cessationem debere fieri, prout tempore generalis interdicti per constitutionem sanctissimi patris domini Bonifacii [Papæ] VIII. quæ incipit, *Alma mater*, & per alias constitutiones canonicas est statutum.

## CAPUT XV.

*EXIMINUS Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.*

*Qui ecclesiastico, cujuscumque ordinis extiterit, capitales inimicitias indixerit, & in di-*

*micationem vitæ, ac fortunarum eum vocavit per se, aut per alium, eo facto excommunicatus est; & quamdiu perstiterit, denuntiandus excommunicatus pulsatione campanarum, & candelarum extinctione: loca autem ejus, si quæ habuerit, interdicto subiacere jubentur, quoad satisfecerit de damnis. Si clericus fuerit, præter memoratas pœnas, privatus beneficiis, quæ obtinuerit, & administratione: si beneficiatus non fuerit, perpetuo redditus inhabilis, donec sedes Apostolica cum eo dispensarit.*

**P**rædecessorum nostrorum, qui condemnaverunt (abusum execrabilem) diffidandi\* Prælatos, & personas ecclesiasticas, vestigiis inhærentes, sacro approbante concilio statuimus, ut si quis deinceps cujuscumque status conditionisve existens diffidaverit, seu acuidaverit diffidari, seu acuidari fecerit, vel procuraverit publice, vel occulte Archiepiscopum, vel Episcopum, vel eorum Officiales, vel prælatum, aut religiosum, vel alium clericum beneficiatum [vel alium] in sacris ordinibus constitutum, seu prædictorum occasione homines, & loca eorum administrationi commissa (acuidaverit) sive in hoc scienter dederit consilium, auxilium, vel favorem; ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & denuntietur excommunicatus quotidie, dum in excommunicatione perstiterit, pulsatis campanis, & candelis extinctis. Et nihilominus terra, seu loca, aut castra ipsius, si qua habuerit, eo ipso subiaceant ecclesiastico interdicto: a qua sententia nullatenus absolvatur, nec interdictum ipsum relaxetur, donec de injuria, & damnis propterea irrogatis satisfecerit competenter. Quod si clericus cujuscumque status vel conditionis existens, aut religiosus in his deliquerit; si beneficium ecclesiasticum, vel administrationem obtineat, præter pœnas prædictas, a beneficiis omnibus, & administratione sit eo ipso privatus: si vero beneficiatus non fuerit, perpetuo sit inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum; donec secum super hoc per sedem Apostolicam fuerit dispensatum.

## CAPUT XVI.

IDEM in eodem.

*Judices seculares, qui clericos, & alios ecclesiasticos super rebus, & causis suis injuriose coram se compellunt litigare, vel recurrentes ad forum ecclesiasticum in causis ad idem forum pertinentibus desistere compellunt, pro excommunicatis publice sunt nuntiandi.*

**E**cclésiastica jurisdicção a sæculari distincta esse dignoscitur, & una per alteram\* impediri non debet, sed potius adjuvari. Quia vero nonnulli sæculares iudices statuta canonum circa hæc edita contemnentes, clericos, & alias personas ecclesiasticas super rebus suis, & causis injuriose coram se compelluntur in iudicio litigare; & alias personas recur-

\* inferuntur  
\* erigentes

\* quando-cumque

\* habeant

\* terram

\* terram

\* diffidari,  
vel diffidantes

\* facti approbatione concilii

\* aliam



recurrentes ad ecclesiasticum forum super causis, quæ ad idem forum ecclesiasticum de jure, vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, ad desistendum compellunt: sacro approbante concilio statuimus, & universis, & singulis Prælati in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus; quatenus statutum felicitis recordationis Bonifacii Papæ VIII. quod incipit, *Quoniam ut intelleximus*, in suis episcopalibus synodis, ac in ecclesiis etiam suarum dioecesium, ubi expedire viderint, faciant publicari; prædictosque judices excommunicatos publice nuntiari.

## CAPUT XVII.

JOANNES Patriarcha in primo concilio Tarracone celebrato.

*Qui interdictum, vel cessationem a divinis observari in cathedrali ecclesia, vel circumvicinis intellexerit, in sua ecclesia id observet non expectato mandato Episcopi. Quod si non fecerit, ac si mandatum habuisset, puniendus est.*

CUM affectata ignorantia maxime in viris ecclesiasticis reprobetur, præsentis constitutione sancimus, quod si \* Rector aliquis, vel Vicarius provinciæ Tarraconensis in cathedrali vel conciviciis sibi ecclesiis ad mandatum sui Episcopi, vel Officialis ejusdem, sciverit contra personas aliquas constitutiones sacri concilii Tarraconensis, per quas a divinis cessatio indicitur, observari; ita quod ipsis personis præsentibus cessetur ibidem \* a divinis, in sua ecclesia, & parochia eas servet: & ipsis personis præsentibus non expectato mandato alio, cesset similiter a divinis. Et, si contrarium fecerit, ipsum in illas pœnas incidere declaramus, in quas incideret, si mandatum hujusmodi habuisset.

## CAPUT XVIII.

IDEM in eodem.

*Excommunicantur, qui eorum corpora sepelierint, qui constitutione de invasoribus, & raptoribus ecclesiarum damnati decesserint de vita, damnis, quæ intulerint, per eorum heredes non restitutis. Episcopis autem, & clericis præcipitur, ne in suum convictum eos recipiant, contra quos observetur constitutio memorata.*

CUM in constitutione domini Petri, quæ incipit, *Item cum quidam*, caveatur expresse, quod si principales malefactores absque satisfactione in mortis articulo fuerint absoluti, eorum tamen corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, donec per heredes morientium damnum passis satisfactum fuerit competenter: ideo attendentes, quod verba intelligenda sunt cum effectu; sacro approbante concilio excommunicamus omnes, qui de cetero talia \* corpora donec satisfactum fuerit, ut prædicitur, scienter tradiderint \* ecclesiasticæ sepulturæ: & qui in hoc dederint consilium, auxilium, & \* fa-

vorem. Et quia ridiculum quodammodo reputatur, non vitari per Prælatos, & clericos eos, qui ob rerum \*, & ecclesiarum tutelam per alios vitari mandantur præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ Prælati, & clericis quibuscumque, ne illos, contra quos constitutio observabitur, ad mentem suam recipere audeant, vel etiam invitare.

## TITULUS XIX.

IDEM in eodem.

*Excommunicantur, qui impediunt, quoquo modo id faciant, quo minus clericis sua jura tribuantur: jubenturque publice nuntiari.*

DECERNIMUS, temporale dominium vel jurisdictionem aliquam obtinentes, vel etiam exercentes, qui voce præconis \*, vel aliter prohibuerint, ne clericis, vel personis ecclesiasticis redditus, vel aliqua \* quæ debentur eis debita \* exolvantur; aut justitiam eisdem clericis, & personis de suis debitoribus seu malefactoribus facere denegaverint, vel mandaverint denegari; vel eosdem clericos seu personas ecclesiasticas banniverint, seu banniri mandaverint; & dantes super his consilium, auxilium, vel favorem, excommunicationis sententiæ subjacere: præcipientes, tales per locorum (Episcopos, vel eorum Officiales) ordinarios, quousque de injuria, & damnis satisfecerint competenter, excommunicatos publice nuntiari.

## CAPUT XX.

IDEM in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Constitutio edita contra eos, qui clericos in dimicationem vitæ ac fortunarum provocant, extenditur etiam ad eos, qui sine provocatione, hostiliter tamen contra clericos se gerunt: ad eos item, qui ecclesiasticorum hostibus favorint quoquo modo; eosque, qui in his delictis persistunt, nisi infra duos menses ab hac constitutione edita, his, quos læserint, satisfecerint. Statuitur etiam Archiepiscopo licere per totam provinciam Tarraconensem memoratam constitutionem, & alias eodem pertinentes observare: injungiturque suffraganeorum subditis, ut Archiepiscopo pareant.*

AD reprimendam audaciam perversorum clericos, seu personas ecclesiasticas diffidantium, seu procurantium diffidari, aut eorum occasione homines, vel loca eorum; fuit dudum, in provinciali concilio Tarraconensi constitutum, quod facientes talia incurrerent excommunicationis sententiam ipso facto, & terra eorum esset supposita ecclesiastico interdicto. Verum quidam non attendentes mentem ipsius constitutionis, sed verba ac pœnas ejusdem astuta calliditate vitare volentes, contra illos, quos dicta constitutio diffidari prohibet, gueram absque diffidamento faciunt; seu eos, & homines, loca, vel bona eorum per modum guer-

\* eorum

\* preconis

\* alia

\* debite

\* cum

\* inibi

\* talium

\* dederunt

\* vel



\* *alias* guerra, seu hostiliter, aut aliter \* cum turba seu hominibus coadunatis ex proposito damnificant, & invadunt: quamquam contra personas ecclesiasticas, seu homines, aut bona, aut loca eorum guerra fieri non possit. Nos igitur Joannes miseratione divina sanctæ Alexandrina: sedis Patriarcha, & administrator in spiritualibus, & temporalibus ecclesiæ Tarraconensis a sede Apostolica deputatus, sacri approbatione concilii, attendentes eos, qui talia agunt, non minus, sed plus delinquere, quam simpliciter diffidentes, eam \* constitutionem, quæ ad hoc facta extitit, ne damna ecclesiis, clericis, seu personis ecclesiasticis inferrentur, locum habere decernimus, quantum ad omnia ejus capitula, ut etiam \* contra illos, qui absque diffidamento prædicta faciunt, vel aliquid \* prædictorum, & qui in hoc dederint auxilium, consilium, vel favorem: adiicientes, dictam constitutionem locum habere etiam contra eos, qui prædictos diffidentes, guerrificantes, seu malefactores in locis suis receptaverint, sive defensaverint publice, vel occulte. Quam quidem pœnam [ etiam ] locum habere decernimus contra omnes, qui \* in dictis criminibus, seu delictis persistunt, nisi infra duos menses a tempore hujus constitutionis continue computandos satisfecerint de eisdem. Statuimus etiam \* eodem concilio approbante, quod præsentem constitutionem, & alias contra raptos, & invalores personarum ecclesiasticarum, rerum, & honorum, & hominum eorundem diffidatores, malefactores, damnificantes, receptatores, ac fautores, & defensores prædictos editas nos Patriarcha administrator prædictus, & Archiepiscopi Tarraconenses qui pro tempore fuerint, per quemcumque fuerimus requisiti, & etiam sine requisitione, ex officio pro nobis, & ecclesia Tarraconensi, ac Canonicis ejusdem, ac familiaribus nostris possumus libere per totam Tarraconensem provinciam observare, & facere observari, & secundum earum formam procedere, ac procedi facere super eis: & super his subditi suffraganeorum nostrorum teneantur nobis, & dictis Archiepiscopis obedire: non solum \* pro committendis in futurum contra constitutiones prædictas; immo pro his, quæ contra eas sunt etiam jam commissa.

## CAPUT XXI.

IDEM in eodem.

*Excommunicantur, & excommunicati denunciari jubentur, quicumque malefactores publice denunciatos tribus diebus dominicis, vel festivis exceperint, aut excipi curarint. Præcipitur etiam Prælati, & eorum Officialibus, ut in hac, & ceteris hujusmodi constitutionibus observandis promptos se præbeant, nihil pecuniæ accipiant ad ejusmodi malefactores persequendos, aut contra eos procedendum; nec, quoniam nihil pecuniæ accepturi sunt, in procedendo sint tardiores. Si fecerint, ab officio suspenduntur, & divinis. Prohibentur etiam,*

*quemquam in hujusmodi negotiis delegare: jubenturque censuras aggravare, donec sufficienter satisfactum sit; ipsisque absolutis pœnitentiam imponere, quam si contempserint, denuo in excommunicationem relapsi denuntientur. Quos si aliter absolverint, & divinæ ultioni subjacere admonentur, & iudicio subsequenti concilii.*

**P**IA consideratione prædecessores nostri excommunicantes invalores, raptos, & deprædatores hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum, ac fautores, & receptatores eorum, provide statuerunt, quamdiu malefactores principales hujusmodi in aliqua villa, vel civitate existerent, ecclesias cessare penitus a divinis: prohibendo \* tales ab excommunicatione absolvi, donec de præmissis satisfecerint competenter. Consideraverunt namque, quod malefactores hujusmodi expulsi a civitatibus & villis, ad quas eos venire contingeret, rubore suffusi ad humilitatis, & debitæ satisfactionis, ac reconciliationis facilius inclinarentur affectum. Sed, pro dolor, quia interdum constitutiones super his editæ debite non servantur, hujusmodi \* excommunicatio, quæ contra formam dictarum constitutionum faciliter relaxatur, in animarum periculum deducitur in contemptum. Nam vix aliquis participationem talium excommunicatorum evitat; nullus etiam de suis civitatibus, vel villis eos expellit: & ex hoc sequitur, quod ipsis excommunicatis in civitatibus & villis remanentibus, cum cessent ecclesiæ a divinis, participatio divinorum multis infontibus subtrahitur, divinum officium intermittitur, ac juri ecclesiarum in proventibus, & obventionibus debitis detrahitur, & honori; & quod horrendum est dicere, dictis excommunicatis interdum, propter munera eis oblata de civitatibus vel villis ad horam, & tempus modicum exeuntibus, quod in eorum pœnam spirituales statutum est, in præmium, seu lucrum eorum vertitur temporale: & (sic) quod ad defensionis præsidium est inventum, ad iniquitatis dispendium retorquetur. Cupientes igitur constitutiones prædictas debitum sortiri effectum, & prædictam excommunicationem deduci nullatenus in contemptum; hoc statuto perpetuo sacro approbante concilio excommunicamus omnes, qui scienter hujusmodi malefactores excommunicatos, postquam in ecclesia parochiali per tres dies dominicos, vel festivos denunciati fuerint publice excommunicati in ipsa parochia, in suis locis ad hospitandum, vel habitandum receperint, vel receptos sustinuerint in domibus, vel hospitibus; aut eos per alios recipi mandaverint, vel fecerint: quos statim ex suo officio, etiam absque requisitione cujuscunque \* Episcopi, & eorum Officiales principales, & alii pro episcopis jurisdictione utentes, excommunicatos denuntient usque ad satisfactionem condignam. Præcipimus insuper omnibus Episcopis provinciæ Tarraconensis, ac Vicariis & Officialibus eorundem, quod circa observa-

\* prohibentes

\* hinc

\* cujuscunque

tio-



tionem istius, & aliarum constitutionum se exhibeant promptos, favorabiles, & benignos. Et ut libentius \* ad observationem constitutionum hujusmodi procedatur, prohibemus Officialibus & Vicariis Episcoporum principalibus & aliis pro Episcopis jurisdictione utentibus, ne pro causæ cognitione, vel processu faciendo contra malefactores hujusmodi aliquam pecuniam prætextu salarii, vel laboris exigant, vel etiam recipiant: nec prætextu hujusmodi habendæ pecuniæ, vel eo, quia salarium non habebunt, differant scienter procedere, cum fuerit procedendum: alioquin eo ipso suspensi sint ab officio, & divinis. Prohibemus etiam Episcopis, & Vicariis, & Officialibus eorundem, ne ad cognitionem, vel processum hujusmodi faciendum aliquem, vel aliquos debeant delegare: cum onus hujusmodi eis incumbere dignoscatur. Postquam autem contra aliquem, vel aliquos ipsas constitutiones duxerint publicandas, eosque ut excommunicatos fecerint evitari, contra eos exigente contumacia requisiti procedant; quilibet videlicet contra suos subditos, ex suo puro, & mero officio; censuram ecclesiasticam aggravando: nec tales malefactores, [aut fautores] vel receptatores eorum absolvant, donec de damnis, & injuriis propterea irrogatis satisfactum fuerit competenter. Imponant insuper absolutis, sub debito præstiti juramenti, talem pœnitentiam pro commissis, quod pœna docente cognoscant, quantum exceßerint \* cessationi hujusmodi causam dando seu aliter \* excommunicatis hujusmodi obsequia exhibendo. Quam pœnitentiam si forte agere \* contempserint, in pristinam excommunicationem, in quam eos in hoc casu reincidere decernimus, ipsos denuntient recidisse. Qui vero eos aliter duxerint \* absolvendos, ad interesse illis, qui taliter damnificati fuerint, teneantur \*: & divinæ subjaceant \* ultioni, ac iudicio concilii subsequenter. Nos autem Patriarcha, administrator ecclesiæ Tarraconensis prædictus, & successores nostri, qui pro tempore fuerint Archiepiscopi Tarraconenses, in nobis, & Officialibus nostris hanc constitutionem, & alias suprædictas per omnia observabimus, & observari etiam faciemus.

## CAPUT XXII.

ARNALDUS in tertio \* concilio.

*Dubia, & ipsorum responsiones, seu determinationes circa sacri concilii Tarraconensis constitutiones de invaloribus ordinata in quinto \* concilio per dominum Arnaldum Archiepiscopum Tarraconæ celebrato: quæ pro constitutionibus habentur, seu servari mandantur.*

## I. DUBIUM.

IN constitutione *Item cum quidam*, dicitur, quod invaloribus, & raptores rerum ecclesiasticarum sunt \* excommunicati, & quod ipsis præsentibus cessetur a divinis: & in constitutione *Olim*, declaratoria ipsius, dicitur, quod

illi tantum sunt \* excommunicati, qui ex proposito cum armis, & \* sine armis violenter invaserint, vel destruxerint loca ecclesiarum, & ceperint \* homines ipsorum locorum, & res eorundem, in hoc graviter delinquentes. Nunc vero dubitatur, utrum solum tales sint excommunicati propter verbum exclusivum? & utrum prædicta omnia requirantur, cum copulative ponantur, vel generaliter sint excommunicati omnes malefactores eorum \*.

*Determinatio I. dubii.*

VIDetur, quod \* ita interpretata est consuetudo, quod invaloribus, raptores, & prædatores clericorum, hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum sunt \* excommunicati: & quod verba in constitutione *Olim*, posita intelligi debeant disjunctive.

## II. DUBIUM.

ITEM, in dicta constitutione *Item cum quidam*, dicitur, quod receptatores, & fautores talium sint excommunicati: & in dicta constitutione *Olim*, dicitur, quod excommunicentur.

*Determinatio II. dubii.*

VIDetur, quod fautores, & receptatores sint excommunicati per constitutionem *Item cum quidam*, & per constitutionem *Olim*, quæ dicit excommunicentur, debeant denuntari, ac publicari excommunicati.

## III. DUBIUM.

ITEM in dicta constitutione, *Item cum quidam*, dicitur, quod præsentibus prædictis principalibus invaloribus in aliqua civitate, &c. cessetur penitus a divinis: & in dicta constitutione *Olim*, quod solum loca, in quibus præda violenter accepta fuerit, cessent a divinis: & (si) per constitutionem, quæ incipit, *Declarando*, debet cessari præsentibus invaloribus &c. Remanet primum dubium, videlicet qui in hoc casu dicantur esse invaloribus, & esse excommunicati; cum in dicta constitutione *Declarando*, non sint excommunicati.

*Determinatio III. dubii.*

VIDetur idem respondendum, quod ad primum dubium: quod cessetur ubicumque fuerint principales malefactores; sed in locis, in quibus præda recepta fuerit, cessetur, quamdiu ibi præda fuerit; vel ubi fuerit vendita, aut alias alienata, seu etiam consumpta.

## IV. DUBIUM.

ITEM, cum in dicta constitutione *Declarando*, dicatur, quod cessetur a divinis, quamdiu prædicti fuerint in locis, vel intra terminos locorum, dubitatur, quomodo intelliguntur termini locorum. Et, si dicatur, quod ponuntur ibi pro terminis parochiarum, quid erit, cum in una civitate, vel loco sint \* multæ parochiæ?

*Determinatio IV. dubii.*

VIDetur, quod in ecclesia, vel \* in ecclesiis civitatis, villæ, castri, vel loci, ubi malefactores præsentibus fuerint, vel præda detenta, aut vendita, vel alienata, vel consumpta

\* libentius

\* sint

\* vel

\* receperint

\* ecclesiarum

\* quia &amp;

\* sint

\* exceßerunt  
\* taliter  
\* forsitan peragere

\* duxerint

\* teneantur  
\* subjaceant

\* quarto, vel quinto

\* tertio

\* sint

\* sunt

\* &amp;

pta



pta fuerit, cessetur a divinis, & in suburbiis, & continentibus ædificiis eorundem, æstimandis ad arbitrium dicecesani Episcopi, vel ejus Officialis: taliter quod nervus non contemnatur ecclesiasticæ disciplinæ. Sed si ecclesia parochialis extra castrum, villam, vel populationem fuerit, cessetur ibi, quamdiu malefactor in parochia fuerit; & quod aliter ex nunc \* non curetur de terminis locorum, vel parochiarum.

## V. DUBIUM.

**I**tem, cum in dictis constitutionibus *Item cum quidam*: & *Olim*, dicatur, quod loca, in quibus præda recepta fuerit, cessent a divinis; utrum intelligatur, scienter, vel ignoranter, & quorum scientia requiratur\*.

*Determinatio V. dubii.*

**V**idetur, quod scientia hominum loci requiratur: & quod pro scientia habeatur, si publica sit fama in loco, quod præda est ibi.

## VI. DUBIUM.

**I**tem (cum) in constitutione, *Item cum quidam*, dicatur \* quod tales non evitentur, nisi facti evidentia, vel confessione propria hoc constaret; dubitatur, si (etiam) tunc Rector [ecclesiæ] possit eos vitare, & ipsis præsentibus cessare: & facit ad hoc constitutio, *Item statuimus*, ubi dicitur, quod Rectores ad mandatum Episcopi, vel ejus Officialis dictas constitutiones servent.

*Determinatio VI. dubii.*

**V**idetur, quod nullus astringatur \* ad observationem \* cessationis, donec cessatio per Episcopum, vel ejus Officialem, vel vice gerentem \* Episcopi sit indicta.

## VII. DUBIUM.

**I**tem, cum ibi dicatur Officialis; & in constitutione *Sollicitat*, dicatur, Cum per Episcopum, vel ejus Officialem, seu ejus vices gerentes \*, videtur intelligendum de principali Officiali: præsertim cum in cessationibus requiratur magna solemnitas, nec judex delegatus possit terram interdiceret, nisi sibi specialiter sit commissum.

*Determinatio VII. dubii.*

**V**idetur, quod nedum Episcopi, & eorum Officiales principales, sed etiam foranei seu Decani, qui habent cognitionem universitatis causarum criminalium, possint processum facere, quem fieri desiderant constitutiones prædictæ; citra tamen indictionem, quam faciunt \* Episcopi, vel Vicarii generales, aut Officiales principales eorum. Pro liberatione vero personarum ecclesiasticarum Decani cessationem, cum ei locus fuerit \*, indicere non vetantur.

## VIII. DUBIUM.

**I**tem, an constitutio habeat \* locum, ubi homines ecclesiæ inter se damnum sibi inferunt.

*Determinatio VIII. dubii.*

**V**idetur, quod si homines alicujus loci ecclesiæ inter se guerrificando, vel alias damnum dederint, non sit locus constitutioni. Si vero homines unius loci ecclesiæ ex propo-

sito invaserint, rapuerint, vel deprædati fuerint homines alterius loci ecclesiæ, locus est constitutioni.

## IX. DUBIUM.

**I**tem, si constat, quod dicta constitutio habet locum, an possit \* Episcopus, vel Officialis eam non servare, & de jure communi procedere; cum pœna legis non sit in arbitrio judicantis.

*Declaratio IX. dubii.*

**V**idetur, quod si Episcopus, vel Officialis ejus requiratur servare constitutionem, cum locus constitutioni fuerit, teneatur eam servare, & indicere cessationem auctoritate ejusdem; nisi aliud pars requirens duxerit tolerandum. Ubi vero Prælati ex suo tantum procedat officio, in sua remaneat libera potestate, utrum in totum, vel in partem \* servet eandem.

## X. DUBIUM.

**I**tem, si facta restitutione debet cessari, donec excommunicatus fuerit absolutus.

*Determinatio X. dubii.*

**V**idetur, quod facta restitutione rapinæ, vel liberatione personæ detentæ debeat tolli cessatio.

## XI. DUBIUM.

**I**tem, an propter invasorem, seu raptorem captum sit cessandum, cum recedere non possit.

*Determinatio XI. dubii.*

**V**idetur, quod propter illum, qui captus sine fraude tenetur \*, non debet \* cessari.

## XII. DUBIUM.

**I**tem, cum in constitutione *Pia*, dicatur, quod Episcopi, & eorum Officiales, non per delegatos, vel per se ipsos faciant constitutionis processum; dubitatur, utrum possint delegare aliis testium receptionem producendorum ad instructionem negotii, & utrum talibus delegatis liceat absque pœna dictæ constitutionis *Pia*, recipere salarium pro labore.

*Determinatio XII. dubii.*

**V**idetur, quod absque dubio hujusmodi delegationes fieri possint \*. Sed caveant sibi Officiales, quod non participant in salario delegatorum; quia alias prædictam pœnam non evitabunt.

## CAPUT XXIII.

*Finis Bullæ præinsertæ domini Clementis Papæ VI. confirmatorię præcedentium constitutionum, & dubiorum, ac declarationum eorum.*

**N**ulli ergo \* omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ratificationis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hanc paginam attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avinioni, nono calendas Julii, pontificatus nostri anno decimo.

CA-

\* ex tunc

\* requiritur.

\* dicitur

\* debeat astringi  
\* observantiam  
\* vicos fungentem

\* gerentem

\* faciant

\* vis

\* si constitutio habet

\* si potest

\* parte

\* detinetur  
\* debeat

\* sunt

\* et



## CAPUT XXIV.

CLEMENS PAPA VII.

*Vetantur Abbatissa, & conventus monasterii Vallisdonzellæ, divina per sacerdotes curare celebrari, cum in diœcesi Barcinonensi cessatur a divinis, ob constitutionum contra raptores, invasores, &c. observationem. Est localis.*

Clemens Episcopus servus fervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Justis peccentium voris libenter annuimus, eaque favore prosequimur opportuno. Sane petitio venerabilis fratris nostri Raimundi Episcopi, & dilectorum filiorum Capituli Barcinonensis nobis exhibita continebat, quod olim bonæ memoriæ Petrus, Benedictus, ac Bernardus, & Rodericus, nec non Eximius, & Arnaldus Archiepiscopi Tarraconenses, ac Joannes Patriarcha Alexandrinus tunc administrator ecclesiæ Tarraconensis in spiritualibus, & temporalibus auctoritate Apostolica deputatus, in suis provincialibus conciliis, eisdem approbantibus conciliis, quasdam constitutiones pro bono, & tranquillo statu cleri provinciæ Tarraconensis, ac favore ecclesiasticæ libertatis ipsius, diversis temporibus ediderunt: idemque Joannes Patriarcha administrator, & Arnaldus Archiepiscopus nonnulla quibusdam ex constitutionibus ipsis addiderunt, & aliquas ex ipsis etiam declararunt: quodque per eas ecclesiæ civitatum, villarum, & locorum dictæ provinciæ debent in certis casibus expressis in ipsis contra invasores, raptores, deprædatores hominum ecclesiarum, rerum, & locorum religiosorum, ac nonnullas alias personas in constitutionibus expressas eisdem, a divinis cessare: & quod postmodum felicis recordationis Clemens Papa sextus prædecessor noster illas ex certa scientia confirmavit: quodque dilectæ in Christo filiæ Abbatissæ, & conventus monasterii Vallisdonzellæ extra muros Barcinonenses Cisterciensis ordinis, quibus nuper, ut quotiescumque contingeret ecclesias, vel monasteria civitatis, vel diœcesis Barcinonensis, vel ipsam civitatem quovis modo, & casu interdicti, liceret eis in dicto earum monasterio Missam, & alia divina officia januis apertis, & campanis pulsatis, excommunicatis, & interdictis exclusis, per presbyteros idoneos alta voce facere celebrare, auctoritate Apostolica per nostras litteras duximus indulgendum, prætextu litterarum ipsarum, in quibus de dictis constitutionibus, additionibus, & declarationibus nulla fit mentio tempore, quo contra invasores, raptores, & deprædatores hujusmodi, vel alias vigore prædictarum constitutionum in ecclesiis, monasteriis civitatis ipsius, quæ de provincia prædicta existit, generaliter a divinis cessatur; hujusmodi divina alta voce, apertis januis, & pulsatis campanis in dicto ipsarum monasterio, quod etiam in provincia ipsa existit, faciunt celebrari: quodque propterea plurima inconvenientia secuta fuerunt, & majora sequi verisimiliter dubita-

Tom. III.

tur; cum invasores, raptores, & deprædatores præfati in civitate prædicta stare ex eo liberius permittantur, quod populus civitatis ipsius, tempore cessationis hujusmodi, ad eadem divina ad idem monasterium admittitur, sicque satisfactio retardatur, & nervus ecclesiasticæ contemnitur disciplinæ. Nos igitur attendentes, quod indultum hujusmodi, dum in ecclesiis, vel monasteriis, aut civitate prædictis vigore constitutionum ipsarum a divinis cessatur, locum habere non potest, cum interdictum ecclesiasticum: & hujusmodi cessatio a divinis non modicum differre noscantur; dictorum Episcopi, & Capituli in hac parte supplicationibus inclinati, eisdem Abbatissæ, & conventui tenore præsentium districtius inhibemus; ne prætextu hujusmodi indulti, tempore, quo in civitate prædicta, vel ejus ecclesiis vigore dictarum constitutionum ab hujusmodi divinis cessari debet, ipsa in dicto monasterio celebrent, aut celebrari faciant, seu permittant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avinione, quarto Nonas Junii, Pontificatus nostri anno decimo.

## CAPUT XXV.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Clericus, quocumque in ordine constitutus, qui publice denunciatus, absolvi tamen neglexerit, si in ea negligentia sex menses perseveraverit, viginti morabatinis multatur, si quidem beneficium habuerit: si non habuerit, decem. Si per annum perseveraverit continuum, quadraginta ducatis: si ultra annum, officio, ac beneficiis suspenditur, quoad sit absolutionis beneficium consecutus; ac tanto tempore, quanto post annum in excommunicatione permanserit.*

CUM \* medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non-eradicans, dum (modo) is, in quem lata fuerit, non contemnat; hoc consultissimo statuimus edicto, quod si clericus in quocumque ordine constitutus canonice fuerit excommunicationis vinculo innodatus, & publice nuntiatus, & negligens in absolutione petenda per sex menses continue in excommunicatione ipsa contumaciter ex certa scientia perseveraverit; quia nihil obedientia prodesse videtur humilibus, si (eiusdem) contemptus contumacibus non obesset; si beneficium ecclesiasticum habuerit \*, pœnam viginti morabatinorum incurrat; (quod) si beneficiatus non fuerit, pœnam decem morabatinorum præstare cogatur ærario sui Ordinarii applicandam. Si vero propriæ salutis oblitus, per annum continuum in prædicta excommunicationis sententia perduraverit, Pharaonico animo damnabiliter obstinatus; quia crescente contu-

P p p

ma-

\* Item cura

\* habuit



macia crescere debet & pœna, statuimus, ut XL. aureos suo Ordinario applicandos solvere teneatur. Si vero ultra annum in excommunicatione perstiterit, tamdiu ab officio, & omnibus beneficiis, quæ obtinet, sit eo ipso suspensus, donec se absolvi fecerit; & postea nihilominus tanto tempore, quanto post annum, ut præmittitur, in excommunicatione permanserit: (nec per Ordinarium aliter possit absolvi, nec pœna prædicta remitti; aliter autem absolutio impensa nullius penitus sit momenti.)

## CAPUT XXVI.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

*Religiosi exempti, & non exempti, sicut pro se constitutiones Tarraconenses admittunt, si in eas alii commiserint; ita contra se admittere tenentur: alias commodo ipsarum privati sunt.*

REquens plurimorum clamor nostrum propulsavit auditum; quod nonnulli religiosi exempti, & non exempti, etiam de ordine militari, potius propriis, quam reipublicæ nostræ provinciæ commodis inhiantes, cum eis in personis propriis, locis, hominibus, vel aliis bonis suis injuriæ, damna aliqua, seu violentiæ per quempiam irrogantur, nos, seu curiam nostram & venerabilium fratrum nostrorum suffraganeorum adeunt, ut sibi \* per constitutiones in sacris conciliis Tarraconensibus contra invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum factas \*, & salubriter emanatas succurratur de remedio competenti in dictis constitutionibus expresso: quod quidem remedium, cum contra ipsos in dictas constitutiones committentes ad instantiam aliquorum, vel alias ex officio proceditur, non curant admittere, nec eisdem volunt subiici, sed potius liberari; oblitii consilii Sapientis, quo cavetur, Patere legem, quam [tu] ipse tuleris; & canonicarum, & imperialium legum, quæ publice profitentur, Quod quisque juris in alterum statuit, ipse debet eo uti; & Frustra legis auxilium implorat \*, qui committit in legem \*. Nos igitur præfatus Archiepiscopus approbatione ejusdem sacri concilii statuimus, quod dicti religiosi, etiam si fuerint de ordine militari, sicut pro se dictas constitutiones admittunt; contra se, si in eas commiserint, admittere teneantur. Quod nisi fecerint, dictarum constitutionum commodo, & auxilio, præsentis sanctionis auctoritate, ipso facto decernimus esse privatos: præcipientes [dictis] nostris suffraganeis, Vicariis, & Officialibus eorundem, ne (in) eo casu ad instantiam ipsorum, nec ex officio dictas constitutiones observent.

## CAPUT XXVII.

IDEM in eodem.

*Cessandum esse a divinis in præsentia eorum, qui executores, seu nuntios, curiarum ecclesiasticarum capiunt, interimunt, vulnerant, atrociter verberant, & suis subdi-*

*tis de his interimendis præcepta constituunt.*

PROcedit a rationis, & juris tramite, quod ubi majus est periculum, ibi proculdubio est plenius, & salubrius providendum. Quam autem \* grave sit, & onustum dispendiis, & quot, & quantis sit plenum periculis, ecclesiasticæ jurisdictionis exercitium nostræ provinciæ his præsertim temporibus exercere, non solum exacti consideratio temporis docuit, sed considerata (etiam) prudenter præsentis temporis discrimina indicant; quia \* nonnulli temporale dominium obtinentes suis terminis non contenti, falcem suam in alienam segetem imponere non verentur, satagentes jurisdictioni ecclesiasticæ, quantum possunt, illudere, ac [eam] etiam exquisitis coloribus usurpare. Executores namque seu nuntios nostros, & venerabilium fratrum nostrorum, Vicariorum, aut Officialium litteras eis, & subditis suis, seu in dominio ipsorum consistentibus justitiæ deferentes non solum \* capiunt, sed etiam \* interimunt, vulnerant, & atrociter verberant, ac præcepta suis subditis faciunt de interimendis \* eisdem, in Dei offensam notoriam, & ipsorum grande periculum animarum. Quapropter nos Archiepiscopus supradictus, prout decet, & expedit, talia attentantes, qui ipso jure tamquam impediens jurisdictionem ecclesiasticam, excommunicati existunt, congruis remediis ab hujusmodi ausibus retrahere, & ad Dei semitam reducere cupientes; sacro approbante concilio statuimus, quod si talia, & tam nefanda crimina; quod absit, per aliquem Ducem, Marchionem, Comitem, Vicecomitem, nobilem, baronem, militem, civem, burgensem, generosum, vel non generosum, & Officiales eorum, consules, paciaros, consiliarios civitatum vel villarum, castrorum, & locorum temporale dominium obtinentes, vel aliquem ejus loco in nostra provincia Tarraconensi commissa de cetero fuerint, omnia loca, castra, seu villæ committentis \* hujusmodi facinus, in diocesi, in qua commissum fuerit, constituta, ipso facto sint supposita ecclesiastico interdicto. Quod quidem interdictum in ecclesiis cathedralibus, & propinquioribus circumvicinis ecclesiis, si commode alibi denunciari non poterit \*, sufficiat publicari, & processus necessarius fieri in eisdem.

## CAPUT XXVIII.

IDEM in eodem.

*Absolutio ad cautelam prohibetur concedi excommunicatis, virtute sacrorum conciliorum provincialium Tarraconensium de invasoribus, &c. & de facto concessa non valere declaratur.*

Naturalis dicat ratio, ac experientia manifestat, quod novis morbis nova convenit antidota præparari. Cum autem \* ab aliquibus citra temporibus nonnulli excommunicati auctoritate constitutionum sacrorum conciliorum Tarraconensium contra invasores,

\* quod quam

\* quo

\* nedum  
\* immo  
\* interficiendis

\* committentium

\* potest

\* Cumque



\* *hominum* raptores, & deprædatores hujusmodi \* ecclesiarum, [ & ] rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum salubriter promulgatarum munus absolutionis ad cautelam obtinere nitantur, quod numquam, vel raro fieri consuevit: approbatione ejusdem sacri concilii, hoc fieri prohibemus: statuentes, quod si de facto fuerint \* *fuerunt* absoluti, non valeat absolutio sic obtenta.

## CAPUT XXIX.

PETRUS secundus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Juxta constitutiones adversus invasores, raptores, &c. editas, in dominos temporales procedendum, qui clericos privilegium clericale allegantes, & petitam a se mutuo pecuniam dare recusantes, e ditione sua expellunt, aut certe curant expelli.*

\* *occurre* Ceterum, quia fide dignorum relatu percipimus, quod nonnulli dominium temporale obtinentes in civitatibus, locis, castris, & villis infra provinciam Tarraconensem, illudentes ecclesiasticæ libertati, presbyteros, & clericos simpliciter tonsuratos, vel etiam conjugatos, & personas alias ecclesiasticas, si coram eisdem dominis, vel Officialibus allegant tonsuram, vel cum casus occurrerit \*, quod gaudere volunt privilegio clericali; vel si pecunia eis data, vel mutuata non fuerit, quam nituntur a dictis presbyteris, vel clericis exigere, vel exquisitis coloribus, & figmentis, vel quod \* *quia* dicunt eos habere suspectos, seu alias pro libito voluntatis de dictis civitatibus, castris, villis, (&) locis, & ipsorum dominio de facto expellunt, vel expelli faciunt, banniunt, vel banniri faciunt; de voluntate, & assensu sacri concilii ordinamus, ut contra dominos, Vicarios, Officiales, ( seu ) Bajulos dictorum dominorum, & alios talia facientes, qui in præmissis, vel aliquo præmissorum deliquerint, vel ratum habuerint, procedatur per constitutiones sacrorum conciliorum Tarraconensium editas contra invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum ( rerum ecclesiasticarum ), & locorum religiosorum per nos, & suffraganeos nostros, Vicarios, & Officiales nostros, & ipsorum, prout in aliis casibus fuit hætenus in Tarraconensi provincia fieri assuetum: præfatas constitutiones contra talia impie attentantes, & dantes eis in hoc auxilium, consilium, vel favorem, quos volumus pœnis, & censuris dictarum constitutionum ipso facto ligari, penitus extendentes.

## CAPUT XXX.

IDEM in tertio \* concilio.

\* *secundo* Domini temporales, Bajuli, officiales, qui suas ecclesias vacantes per vim stabiliunt, & novos Rectores ingredi non permittunt, excommunicantur: & ecclesiæ subiciuntur interdicto, donec sit satisfactum.

\* *enerwane* AD tollendum, & penitus evitandum \* abusum, qui in quibusdam locis dicece-

sis, ac provinciæ Tarraconensis pullulavit, videlicet quod Rectoribus, seu Vicariis perpetuis ecclesiarum parochialium rebus exemptis humanis, nonnulli domini temporales, Bajuli, seu officiales ipsorum ecclesias sic vacantes cum armis stabiliunt, vel stabilire permittunt, ponentes inibi armatos homines, qui sine licentia dominorum temporalium novos Rectores ingredi in ecclesias eis debitas non permittunt; immo, quod est perniciosum exemplum \*, eos redimi faciunt, recipiendo pecuniam ab eisdem; & bona ipsorum occupant, & distrahant, ante quam possessionem ecclesiarum valeant adipisci: hoc fieri de cetero prohibemus omnino. Quod si secus actum fuerit, dominos temporales, Bajulos eorum, vel quoscumque alios, auctoritate præsentis sanctionis, ipso facto excommunicationis sententiæ volumus subjacere: & ecclesias sic stabilitas, (&) per aliquos occupatas, propter delictum dominorum, seu officialium fuorum, ecclesiastico supponimus interdicto: donec de injuria facta nobis, vel dioeceseo, in cujus dioecesi hoc delictum commissum fuerit, & Rectori taliter impedito, ac de expensis, & damnis inde illatis fuerit integre satisfactum.

## CAPUT XXXI.

IDEM in eodem.

*Ubi potentibus præsentari a nuntiis nequeunt litteræ sine periculo, pro præsentatis debere haberi, si in duabus vicinis parochiis a Rectoribus fuerint publicata.*

QUIA malitia delinquentium succrescente, cum per Prælatos, Vicarios, vel Officiales eorum ex officio, vel ad partis instantiam per constitutiones sacrorum conciliorum Tarraconensium contra eos proceditur, talis processus per delinquentes, seu invasores hujusmodi, præsertim potentes pluries impeditur: qui exquisitis fraudibus nuntios ad eos portantes litteras, ut coram ipsis Prælatibus, Vicariis, & Officialibus compareant, vel procedant, interimunt, capiunt, vel alias faciunt, & procurant, quod hujusmodi litteræ ad eorum notitiam nequeant pervenire; statuimus, quod in dictis casibus, & etiam si sine periculo, vel scandalo verisimili nuntiorum eisdem deferentium, commode præmissæ litteræ illis, contra quos emanaverint, præsentari non possent, litteras, quæ talibus delinquentibus seu invasoribus diriguntur, in duabus parochiis circumvicinis ipsarum ecclesiarum Rectoribus sufficiat præsentari. Quibus per dictos Rectores in suis ecclesiis publice lectis, perinde illi, quibus litteræ diriguntur, parere contentis in [ dictis ] litteris teneantur, ac si eadem litteræ essent eisdem delinquentibus vel invasoribus præsentatæ: & sic consequenter in negotio, seu causa procedatur.



# 484 Constitutionum Provincialium

## CAPUT XXXII.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

*Ordinarios, qui cum parti satisfactum non est, reos tamen absolvunt, obligari iis satisfacere, qui damnum acceperunt.*

*\* quos ad partis*  
*\* innodamus*  
*\* inhibemus*  
Querellis percepimus plurimorum, quod Ordinarii, & eorum Officiales ad partis instantiam excommunicationis sententia ex facto proprio innodatos \* absolvere non formidant; satisfactione parti, ad cujus instantiam sunt ligati, & eorum assensu minime expectatis. Quod fieri prohibemus \*, statuentes, Ordinarios, vel Officiales talia attentantes, parti ad interesse omni modo obligari.

## CAPUT XXXIII.

IDEM in eodem.

*Archiepiscopo licere procedere iuxta constitutiones de invasoribus, & raptoribus &c. contra subditos suffraganeorum, qui vim ecclesiis, vel ecclesiasticis intulerint. Qui impederint, quo minus queat procedere, excommunicari: neque absolvi nisi ab eo posse, aut ejus Officiali.*

Quoniam aliqui curiosi disceptantes de his, quæ non multum expediunt, & plura sapere, quam oporteat, contra doctrinam Apostoli temere appetentes, in dubitationem sollicitam vertere dignoscuntur, quod a nostris prædecessoribus provide noscitur statutum in constitutione incipiente, *Ad reprimendam, versiculo, Statuentes*, & a summis Pontificibus confirmatum, an nos, & Officialis noster Tarracone requisiti per totam provinciam observare, & observari facere valeamus constitutiones per prædecessores nostros editas contra raptores, invalores personarum ecclesiasticarum, rerum, ac bonorum, & hominum eorundem diffidatores, damnificatores personarum, ac bonorum ecclesiæ, fautores, & defensores raptorum, & damnificantium prædictorum: nos, sacro concilio requirente, & unanimiter approbante, cupientes hæsitacionis materiam amputare, declaramus, quascumque constitutiones a prædecessoribus nostris editas contra dictos raptores, invalores personarum ecclesiasticarum, rerum, ac bonorum (omnium) & hominum eorundem diffidatores, damnificatores, receptatores raptorum, & damnificantium prædictorum, nos, & Officialis noster, qui Tarracone nunc sumus, & (qui) pro tempore fuerint, per quemcumque de provincia, & quotienscumque fuerimus requisiti contra quoslibet de provincia, & qui infra eandem dicta crimina commiserint \*, seu quomodolibet deliquerint \*, & etiam absque requisicione, & ex officio pro nobis, & ecclesia Tarraconensi, ac Canonicis ejusdem, nostris, & ipsorum familiaribus quibuscumque possimus libere per totam Tarraconensem provinciam observare, & facere observari: & secundum earum formam contra

*\* commiserunt*  
*\* deliquerunt*

prædictos in qualibet diocesi suffraganeorum nostrorum, & contra ipsorum subditos, & ad eorum requisitionem, & pro dictis delictis ibidem perpetratis procedere, & procedi facere super eis. Et super his nostri suffraganei, & eorum Officiales, ac ipsorum subditi teneantur nobis, seu Officiali nostro, nostrisque successoribus, & eorum Officialibus obedire: non solum \* pro committendis in futurum contra constitutiones prædictas, sed etiam \* pro his, quæ contra eas sunt jam \* commissa: officiales, & subditos dictorum suffraganeorum, sacro approbante concilio, si in præmissis impedimentum præstiterint, excommunicationis sententia innodantes: a qua nisi per nos, & Officialem nostrum absolutionis beneficium nequeant obtinere. Nulli ergo liceat, declarationem hujusmodi interpretari, restringere, vel artare, si excommunicationis sententiam, approbante concilio, per nos latam contra hujus antiqui statuti declarationem hæsitantes, in dubium vertentes, seu etiam restringentes, cupiant evitare.

*\* nedum*

*\* immo etiam jam*

## CAPUT XXXIV.

IDEM in secundo concilio Tarracone celebrato.

*Excommunicantur, qui atrociter vulnerarint, aut percusserint ecclesiasticos, aut ministros ecclesiasticorum, modo sint clerici soluti: & in eorum præsentia a divinis præcipitur esse cessandum.*

Provide attendentes quod raptores, deprædatores hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, locorum religiosorum, excommunicationis sententia, sacro approbante concilio, innodantur, & in pœnæ aggravationem in eorum præsentia cessatur etiam a divinis: animadvertentes personas majori, quam res debere privilegio, & immunitate gaudere; de communi totius concilii sacri consilio, & assensu statuendo declaramus, vulnerantes, vel atrociter percutientes Prælatos, vel Vicarios eorum seu Officiales, vel Decanos, vel Canonicos, religiosos \*, vel alios clericos in sacris ordinibus, vel beneficiatos, aut procuratores fiscales dictorum Prælatorum seu eorum Officialium, dum tamen clerici soluti existant, subjacere pœnis, & sententiis supradictis: & in eorum præsentia cessari debere penitus a divinis, juxta modum, & formam, quæ in constitutionibus *Item cum quidam, & Olim*, contra invalores editis continentur: aliis pœnis in jure & constitutionibus appositis nullatenus derogantes.

*\* vel religiosos*

## CAPUT XXXV.

IDEM in eodem.

*In præsentia eorum, qui ecclesiasticos in vita, & fortunarum dimicationem provocaverint, si intra decem dies ejusmodi provocationem non revocaverint, cessandum a divinis.*

Quoniam ex pœnis in constitutione incipienti, *Prædecessorum nostrorum &c.* impositis

fitis



fitis contra diffidentes, seu acuidantes Prælatos, vel alias personas ecclesiasticas in dicta constitutione contentas, propter temporis malitiam, & multorum, pro dolor, pravitatem, præfato morbo, ut decet \*, non est usquequaque provisum, quo minus Dei timore, & pœnis præfatis postpositis, & spreto, nonnulli diffidare, seu acuidare personas ecclesiasticas in præfata constitutione contentas, & dictis diffidentibus dare consilium, auxilium, vel favorem nullatenus vereantur: idcirco, quia crescente contumacia \*, debet crescere ipsa pœna, adiuciendo statuimus, quod si post monitionem factam personaliter, vel publice in ecclesia, ubi domicilium habuerint diffidentes, seu acuidantes præfati, per Rectorem, seu ejus locum tenentem, vel per alium \* loco sui de mandato Prælati ipsius Rectoris, vel Officialis ejusdem infra decem dierum spatium præfata acuidamenta seu diffidamenta non revocaverint cum effectu, ex tunc in ecclesiis civitatum, villarum, vel locorum, in quibus \* præfati diffidentes, seu acuidantes præfati fuerint, cesset penitus a divinis; ut cessatur, seu cessari debet in præfatis in vaforum, raptorum, deprædatorum \* hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum: aliis pœnis in præfata constitutione contentis in suo robore duraturis.

## CAPUT XXXVI.

IDEM in tertio concilio Tarracone celebrato.

*Statuitur, pœnas invasoribus &c. per constitutiones constitutas declarari debere in eum, qui notorie clericum, vel monachum captum habitum gestantem regularem, requisitus non restituerit: recipiendam autem informationem summariam, si clericus notorie non fuerit: ubi innotuerit, clericum esse privilegio gaudentem clericali, procedendum in eum, qui illum ceperit, juxta decretalem, Si iudex; & perinde ac si notorie clericum cepisset.*

**J**ustum quidem decernimus, & necessitate compellimur, nos Ennecus miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus provinciale concilium celebrantes, quod in his, quæ sunt salubriter provisæ, si declaratione, vel additione indigeant, prout experientia docuerit, debitum \* provisionis remedium apponamus. Cum itaque in modo procedendi vigore constitutionum provincialium de invasoribus contra delinquentes, in eis per nos approbatione sacri concilii edito, sit provisum, quod contra detinentem \* notorie clericum, vel monachum, fratrem Minorem, vel hujusmodi similem habitum gestantem regularem, si requisitus eum restituere noluerit, sine aliqua informatione, pœne dictarum constitutionum contra eum declarentur: & de capto non notorie clerico recipiatur informatio summaria, si est clericus gaudens privilegio clericali; & contra detinentem procedatur juxta tenorem decretalis *Si iudex (laicus): de sententia excommuni-*

*carionis lib. sexto.* Adiciamus sacri approbatione concilii, & declaramus, quod si per dictam informationem constiterit (dictum) talem captum esse clericum gaudentem privilegio clericali, contra detentorem ejusdem procedatur ad declarationem dictarum constitutionum, uti de notorio clerico est provisum.

## CAPUT XXXVII.

IDEM in eodem.

*Domini temporales, quibus innotuerit, malefactores octo dies in suis dirionibus receptatos, nisi infra decem dies, postquam his innotuerit, eos ejecerint, sic ut denuo non redeant, excommunicantur; & in eorum præfatis a divinis cessandum.*

**I**tem, cum in constitutione per bonæ memoriæ Petrum Archiepiscopum Tarraconensem prædecessorem nostrum edita, incipiente, *Olim*, excommunicasse recolimus, caveatur, quod quamdiu principales malefactores, invasores, & raptores bonorum, & rerum ecclesiarum, & hominum, ac locorum eorum fuerint in aliqua civitate, vel villa; in eorum præfatis cesset penitus a divinis: & sæpe accidat \*, quod quidam domini civitatum, & villarum hujusmodi, & eorum officiales, eorum, qui deprædati sunt, damna non lentientes, & ipsorum [ & ] Ecclesiæ injurias pro nihilo habentes, malefactores prædictos multo tempore sustinentes \*, quandoque in odium ecclesiarum & damna pastorum prædictorum; ex quo delictorum eorumdem esse videntur participes, & confortes: dignumque reputemus, quod tales etiam pœnas \* sentiant eorum, sacri concilii approbatione adiciamus, & sancimus, quod si dominis civitatis, villæ, castri, aut loci, in quibus malefactores fuerint receptati; vel eorum officialibus constiterit, tales malefactores fuisse \*, per octo dies receptatos, nisi eisdem a suis civitatibus castris, villis, vel locis infra dies decem post dictos octo dies immediate sequentes \* requisiti ejecerint cum effectu, ita quod amplius ad ipsas \*, vel ipsa, vel jurisdictiones eorum non redeant, tales domini & eorum officiales simili sint excommunicatione ligati: & in eorum præfatis; ut in fautoribus & receptatoribus cesset penitus a divinis. Ab hac tamen \* pœna tantum excludimus dominum Regem, & dominam Reginam, & eorum primogenitum, & ejus \* uxorem.

## CAPUT XXXVIII.

IDEM in eodem.

*Officiales dominorum temporalium, qui clericorum conjugatorum reorum privilegium ad personas restringentes, bona iudicio ecclesiastici iudicis non permittunt, sed ipsi capiunt, sunt excommunicati: & in eos non secus, quam in invasores, & raptores procedendum.*

**Q**uidam officiales sæculares provinciæ Tarraconensis privilegium clericis conjugatis a sa-

\* ut deceret

\* malitia

\* vel alium

\* quamdiu

\* &amp; deprædatorum

\* acciderit

\* sustinent

\* pœnam

\* in eis fuisse

\* secutores ipsos

\* autem

\* suam

\* docuit, debite

\* detinentes



a sacris canonibus indultum, quo pro excessibus, seu delictis per eos commissis, seu de quibus delati fuerint, in personis, & bonis de ecclesiastici iudicis foro existunt, eis auferre, & ecclesiasticam jurisdictionem sibi usurpare callida fraude, ut percepimus, cupientes, privilegium prædictum, quoad personas dictorum clericorum restringunt, bona vero eorundem esse auferunt, licet fide, de foro sæculari: & his non contenti, multoties dictos clericos in odium jurisdictionis ecclesiasticæ capiunt, & eorum bona occupant, etiam de facto: & cum ex his per ecclesiasticum iudicem proceditur contra eos pro dictorum bonorum restitutione respondent, & excipiunt contra veritatem, quod dicta bona non capiunt \* ratione delicti, sed eo quod \* esse auferunt domini temporalis \*, & quod dominus temporalis vult, quod ipsa bona capiantur, & occupentur per eosdem. Nos autem huic pernicioso abulvi obviare, & ecclesiasticæ jurisdictioni, ut illibata persistat, providere debito remedio cupientes, approbante sacro concilio, excommunicamus quoscumque officiales, & personas quacumque auctoritate vel potestate fungantur, talia attemptantes: & contra ipsos, & ipsas, ut invasores, & occupatores rerum, & bonorum, ac iurium Ecclesiæ, prout re vera existunt, procedi volumus; & pœnas constitutionum de invasoribus in eis decernimus locum habere, & esse servandas.

\* recipiunt  
\* quia  
\* domini  
temporalis,  
vel domini  
temporales

## CAPUT XXXIX.

IDEM in eodem.

*Tempore generalis interdicti, & cessationis a divinis, quando corpus Christi elevatur majus cymbalum ter, & ter item in sanguinis ejus elevatione pulsandum: & oratio, quæ pro unitate Ecclesiæ fiebat, continuanda.*

**R**edemptoris nostri mortem recensemus, & ipsius misericordiam imploramus, quotiens Eucharistiæ sacramentum veneramus, eique devotam, & humilem reverentiam exhibemus. Ut igitur ipsius gratiam assequatur devotius \* populus Christianus, statuimus, sacro concilio suadente, quod temporibus generalis interdicti, & cessationis divinorum, quando corpus Christi elevatur \* in qualibet ecclesiarum provinciæ nostræ, majus cymbalum in corporis Christi tribus vicibus, & aliis tribus (vicibus) in sanguinis ejusdem elevationibus pulsatur; ut sic populus hujusmodi signo admonitus, oret genuflexo, & indulgentias acquirere valeat concessas. Quodquod oratio, quæ pro unitate Ecclesiæ fiebat in qualibet diocesi, continuetur, & observetur. Si qui vero prædicta facere omiserint, suorum Prælatorum arbitrio puniantur.

\* devotus

\* elevatur

## CAPUT XL.

MARTINUS PAPA V.

**M**artinus Episcopus servus fervorum Dei, venerabilibus fratribus Tarraconensib.

& Casaraugustanis Archiepiscopis, ac eorum suffraganeis; nec non Elnensi, ac Majoricensi Episcopis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex Apostolicæ servitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ salutis animarum Christi fidelium consulatur. Cum itaque sicut ex parte vestra nobis fuit expositum, multoties contingat, clericos, & sacerdotes vestrarum civitatum, & diocesarum tam propter humanam fragilitatem, quam juris ignorantiam diversis ecclesiasticis censuris tam ab homine, quam jure promulgatis illigatos, ex ignorantia, seu inadvertentia, vel oblivione se divinis officiis immiscere, unde irregularitatis laqueo innodantur: nos ipsorum clericorum, & presbyterorum salutem commoditatibusque consulere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, cuilibet vestrum, cum omnibus, & singulis clericis, & sacerdotibus suæ civitatis, & diocesis tantum super irregularitate, quam censuris hujusmodi innodati divina non tamen in contemptum clavium celebrando aut se illis immiscendo, contraxerunt, aut contrahent in futurum, dispensandi; omnemque irregularitatis, & infamiæ maculam, sive notam, per eos præmissorum occasione contractam abolendi, plenam, & liberam concedimus tenore præsentium auctoritate Apostolica facultatem. Dat. apud sanctos Apostolos, quarto idus Januarii, pontificatus nostri anno quarto-decimo.

## CAPUT XLI.

PETRUS quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

*Ad constitutas superioribus constitutionibus de invasoribus, & raptoribus pœnas, quibus jubentur excommunicari esse malefactores hujusmodi, & quamdiu alicubi morabuntur, cessari a divinis, adjungitur, ut statim postquam de maleficio summarie constituerit, sine ulla admonitione, aut citatione in eos procedatur ad declarationem memoratarum pœnarum: neque quo minus id fiat, obstare debere ullam monitionem per alias constitutiones ad id requisitam. Si hujusmodi malefactores ecclesiastici fuerint, ultra memoratas pœnas, ipso facto executione ordinum, & perceptione fructuum privari, quoad absolutionem sint adepti.*

**L**icet per multas laudabiles constitutiones fuerit statutum, & provisum sub certis pœnis, & censuris adversus diffidentes, seu acuidantes; seu acuidari, seu diffidari facientes vel procurantes; aut in hoc consilium, auxilium, vel favorem dantes, & etiam guerram absque diffidamento facientes contra Archiepiscopos \*, vel eorum Officiales, seu Prælatum aut religiosum, vel alium clericum beneficatum, aut in sacris ordinibus constitutum, vel contra homines & loca eorundem; & signanter circa hæc inveniatur latius provisum per constitutionem incipientem, *Prædecessorum nostro-*

\* Archiepiscopum



storum, qui condemnaverunt, & per aliam incipientem, *Ad reprimendam perverforum*, & aliam incipientem, *Quoniam ex pœnis*; veruntamen attendentes, hominum excrecente malitia, id experientia edocente, præmissa parum attendi; neque pœnas, & censuras formidari, sed potius negligi, & parvi pendi. Ut igitur audacia perverforum reprimi valeat, & similia committendi omnis occasio auferatur, præmissas, & alias constitutiones super hujusmodi disponentes præsentis auctoritate concilii approbantes, & ampliantes, statuimus etiam, & ordinamus, ut qui in dictas commiserint constitutiones, ultra dictas pœnas, & censuras in ipsis contentas, & in eos inflictas, ipso facto cessent ecclesiæ penitus a divinis: & interdictum ubicumque dicti malefactores moram traxerint observetur juxta mentem, seriem, & tenorem constitutionum contra invasores, raptores, & malefactores ecclesiarum, & clericorum editarum: & constituto summarie de eorum maleficio statim absque aliqua \* monitione, & citatione procedatur, ac procedi possit ad declarationem dictarum pœnarum excommunicationis, & interdicti, & ad observationem earundem, non obstante monitione decem dierum, vel aliis \* per alias constitutiones requisitis \* & contra tales secundum formam, & modum procedendi contra invasores, & malefactores ecclesiarum, & clericorum, tamquam contra potentes, vel a notorio procedi possit ad libitum Ordinariorum ex officio, vel ad instantiam partis. Et si tales malefactores clerici sæculares fuerint in sacris ordinibus constituti, vel beneficiati, seu religiosi, ultra incurSIONem pœnarum & censurarum prædictarum, ab executione sacrorum ordinum, & perceptione fructuum suorum beneficiorum existant eo ipso privati, donec absolutionem a suo superiore meruerint obtinere.

## CAPUT XLII.

IDEM in eodem.

*Contra eos, qui ex proposito violentas manus iniecerint quoquo modo in personas clericorum, ac religiosorum in sacris constitutorum ordinibus procedendum esse vi sacrorum conciliorum de invasoribus &c.*

CUM jure disponente omnes illi, qui violentas manus iniecerint contra clericos in sacris ordinibus constitutos, beneficiatos, seu religiosos, ligentur censuris ipso facto: nec non de jure divino sit dispositum, quod prædicti non sunt tangendi præter ipsorum voluntatem; approbantes constitutiones circa ea disponentes, de novo sacro concilio approbante decernimus, ut removeatur omne dubium, quod hucusque per aliquos suscitabatur super injuria seu vulneratione \* atrociter facta in personis clericorum, & beneficiorum, ac (clericorum) religiosorum. Declaramus, quod omnes illi, qui ex proposito violentas manus iniecerint quoquo modo in personas ipsorum clericorum ac religiosorum in sacris ordinibus constituto-

rum seu beneficiorum, seu religiosorum, sint excommunicati: & procedi valeat, & possit contra ipsos per querelam constitutionum sacri concilii Tarraconensis editarum, tamquam contra invasores, raptores, juxta mentem, seriem, & tenorem ipsarum: & in ipsorum præsentia cessandum a divinis, prout dictæ constitutiones decernunt, & modus procedendi se habet.

## CAPUT XLIII.

IDEM in eodem.

*Qui laicorum potentia freti ecclesias detinent contra Ordinariorum voluntatem, in eos jubetur procedi juxta constitutiones de invasoribus &c. formamque servari, quæ constituta est adversus eos, qui notorie clericum violarint; nimirum cessandum a divinis in his locis, ubi Sarraceni, per quos ecclesiæ detinentur, fuerint, seu præda: & Christianos excommunicari, qui cum Sarracenis communicarint: & aggravari debere usque ad invocationem brachii sæcularis: atque interdictum poni, quod relaxari nequeat sine consensu Ordinariorum & satisfactione partis læsæ. Si clericis, vel incitantibus, vel adjuvantibus, vel procurantibus id crimen fuerit admissum; ultra censuras, quibus obnoxii sunt, ipso facto, jure, si quod habebant, privari.*

Quamvis a prædecessoribus nostris fuerit provisum per constitutiones editas contra laicos, ecclesias sub colore juris patronatus, quod in eis [habent, &] habere se asserunt, vel alias, occupantes; & etiam contra clericos sæculares, & regulares, qui per potentiam laicorum ecclesias, & beneficia detinent præter, & contra voluntatem Ordinariorum, sub pœnis, & censuris: veruntamen, ut experientia docet, quæ magistra omnium rerum existit, dicti laici non obstantibus dictis censuris, & constitutionibus faciunt, quod pejus est, dictas ecclesias, & beneficia detineri per Sarracenos seu quascumque alias personas tam ecclesiasticas, quam sæculares: fructusque ipsarum ecclesiarum, & beneficiorum alportari faciunt per prædictos. Et cum non sit dubium, quin tam prædicti, quam mandantes, consentientes, facientes, & fieri facientes; & in his dantes consilium, auxilium, vel favorem, sint excommunicati; ad reprimendam audaciam, & temeritatem omnium prædictorum adiicimus, & de novo sacro approbante concilio statuimus contra talia facientes, cujuscumque gradus, præminentia, dignitatis, seu conditionis existant, etiam si sint domini temporales, & potentes, mandantes, dantes consilium, auxilium, vel favorem tacite, vel occulte facientes \*, possit, & valeat procedi per viam constitutionum sacrorum conciliorum de invasoribus, & incidant in pœnas contra invasores editas: & in ipsorum præsentia cessari debeat a divinis, servata procedendi forma in dictis constitutionibus tradita super notorio; & etiam in loco civita-

\* alia

\* alia  
\* requisita

\* verberatione

\* &amp; facientes



vitae, vel villa, ubi ipsi infideles, & Sarra-  
ceni, aut alii prædicti fuerint, seu præda, ces-  
setur penitus a divinis, prout dictæ constitu-  
tiones de invaloribus disponunt: & etiam quod  
Christiani non possint communicare cum ipsis  
Sarracenis, & neque aliquod commercium ex-  
ercere. Contrarium facientes, ipso jure, & fa-  
cto trina canonica monitione præmissa, sunt  
excommunicati. In quam excommunicationem \*  
declaramus ipsos incidisse mandantes, eodem  
sacro concilio approbante, quod locorum  
Ordinarii, seu eorum Officiales publicent  
supradictos Christianos talia facientes, aggra-  
vando ipsos, prout justum \* fuerit, usque ad  
invocationem brachii sæcularis; & etiam po-  
nere interdictum generale, seu speciale in loco  
& territorio illius domini \*, in quo delictum  
fuerit commissum; si dictis Ordinariis, seu suis  
Officialibus visum fuerit, donec debitam sa-  
tisfactionem fecerint de præmissis. Quod inter-  
dictum non possit relaxari simpliciter, vel ad \*  
cautelam, nisi de consensu Ordinarium, &  
parte satisfacta, & contenta, cujus interest, &  
Prælati ecclesiarum, presbyteri, seu clerici in  
his dantes consilium, auxilium, vel favorem,  
seu fieri mandantes, occasione quorum præ-  
dicta fuerint perpetrata, seu prædicta rata ha-  
bentes, ipso jure, & facto, sint privati jure,  
si quod in ipsis ecclesiis, vel \* beneficiis eis  
competat, ultra censuras desuper fulminatas,  
quas ipso facto, & jure incurrant, & in ipsis  
locum volumus vindicare.

## CAPUT XLIV.

HIERONYMUS in concilio Tarraconensi.

*Non temere excommunicationis, atque inter-  
dicti sententia proferenda; neque instigen-  
da in levibus delictis, tametsi interdum  
particularis irroganda excommunicatio, &  
particulare interdictum, ubi reus ex jure  
capi, detineri non potest. Ceteris in cri-  
minibus carcere dignis, ut coerceri queant  
rei, censura proferenda: nec minus impi-  
gre tamen danda opera ut capiantur. Cap-  
tis ad celebritatem divinorum redeundum.  
Rei tamen non prius liberandi, quam par-  
ti læsæ satisfecerint, & absolutionis bene-  
ficiam fuerint adepti.*

**C**UM in Ecclesia Dei non sit major poena  
excommunicationis sententia, caveant  
Ordinarii, & alii, quibus competit, ne illam  
passim proferant, nec sint proclives ad inter-  
dicti sententiam proferendam: cum per eam  
infantes, ut culpabiles puniantur, & maturius  
sit intendendum, ubi majus animarum immi-  
net periculum. Et pro delictis levibus aut allis,  
pro quibus ad capturam, & capti detentionem  
procedi non potest secundum jura, non est ad  
interdicti sententiam, & cessationis generalis a  
divinis procedendum, ne tam gravis sententia  
pro levibus delictis prolata, in dies vilescat;  
& ne quæ prodesse debent, noceant omnibus.  
In quibus tamen si videbitur, ad particularem

delinquentis excommunicationem, seu excom-  
municationis declarationem, & ultimo ad in-  
terdictum particulare procedi possit. In aliis  
vero criminibus, & carcere, & detentione di-  
gnis, si fieri possit, ad capturam & capti de-  
tentionem procedant, vel ad censuram profe-  
rendam: & nihilominus, quam primum po-  
terunt, delinquentes capiant, & ab aliis offi-  
cialibus assistentiam petant. Quibus captis,  
pandantur ecclesiæ, & cymbala, & organa  
pulsentur, ac si capti absoluti forent: qui ta-  
men non relaxentur, donec parti læsæ satis-  
fecerint competenter, & absolutionis beneficium  
meruerint obtinere.

## CAPUT XLV.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

**U**T animarum conscientis consulatur, ne  
propter multitudinem constitutionum,  
quæ tam a nobis, quam a prædecessoribus no-  
stris editæ sunt, quas nos sacro approbante  
concilio, in unum volumen colligere, & pu-  
blicare intendimus; multorum conscientia ex-  
communicationis laqueis innodentur: cum in  
multis casibus ipso jure imponantur, præter  
eos, qui jure communi, aut aliis constitutioni-  
bus Romanorum Pontificum comprehenduntur.  
Ejusdem sacri approbatione concilii mucronem  
earundem censurarum ita temperandum esse  
censuimus, ut in majoribus tantum crimini-  
bus eadem poena intacta relinquatur: in cete-  
ris vero, sub quibuscumque verborum formu-  
lis concepta sint, etiam si ipso facto, vel ipso  
jure in censuras incurrisse violatores earundem  
constitutionum expressè dicatur: omnes feren-  
dæ sententiæ, & non lætæ interpretari oportere  
de cetero declaramus. Constitutiones autem,  
quas intactas relinquimus propter criminum  
qualitatem, hæc sunt:

Libro I. titulo XV. constitutio secunda Petri  
primi, quæ incipit, *Conspiratorum.* (nunc  
tit. XVI.)

Lib. II. tit. V. constitutio tertia ejusdem Pe-  
tri, incipit, *Quia nonnulli.* (nunc incipit,  
*Item quia nonnulli.*)

Lib. III. tit. VI. constitutio prima Joannis  
Patriarchæ, incipit, *Ut hi, quibus.*

Et tit. VII. constitutio nona Petri de Luna,  
incipit, *Execranda.* (nunc tit. VIII.)

Et constitutio decima Enneci, incipit, *Exa-  
stiones.*

Et tit. XII. constitutio quinta Petri secundi,  
incipit, *Cum nil sit.* [nunc tit. XIII.]

Et tit. XVI. constitutio tertia Sancti, incipit,  
*Cum ad præstationem.* [nunc tit. XVII.]

Et constitutio quinta Petri, incipit, *Quam-  
vis cunctis.*

Et. tit. XXI. constitutio quarta Joannis Pa-  
triarchæ, incipit, *Quia in aliquibus.* (nunc  
tit. XXII.)

Et constitutio quinta ejusdem, incipit, *Sta-  
tuimus.* [nunc *Item statuimus.*]

Et constitutio sexta Dalmatii, incipit, *Consti-  
tutionem.* (nunc, *Item constitutionem.*)

Et

\* & cum  
Præsenti

\* juris

\* domini

\* neque ad

\* &amp;



Et tit. XXIII. constit. prima Petri primi, incipit, *Quia aliqui.* (nunc tit. XXIV. *Item quia aliqui.*)

Et tit. XXVIII. constitutio secunda Roderici, incipit, *Quorundam.* (nunc tit. XXIX.)

Et constitutio tertia Joannis Patriarchæ, incipit, *Licet iniquum.*

Et constit. quarta ejusdem, incipit, *In nonnullis.*

Et const. quinta Petri secundi, incipit, *Dudum.*

Et constit. octava Petri de Fuxo, incipit, *Avaritiæ.*

Lib. V. tit. V. constitutio secunda Joannis Sabiniensis, incipit, *Constitutionem.*

Et constit. tertia ejusdem, incipit, *Statuimus de cetero.*

Et constit. quinta Bernardi, incipit, *Statuimus etiam.*

Et constit. sexta Joannis Patriarchæ, incipit, *Quamvis circa.*

Et constit. septima ejusdem, incipit, *Abusus.*

Et tit. IX. constit. prima Roderici, incipit, *Quoniam.*

Et tit. X. constit. prima Joannis Patriarchæ, incipit, *Pro animarum.*

Et tit. XIV. constit. prima Petri primi incipit, *Simili.*

Et tit. XVII. constit. decima Petri de Fuxo incipit, *Questores.*

Et constit. undecima ejusdem, incipit, *Cum in ecclesiæ.*

Et omnes constitutiones positæ sub tit. XVIII. de sententia excommunicationis.

Et constitutiones in hac sancta synodo publicatæ.

## Quattuor modi procedendi Judicialiter contra invasores in vim sacrorum conciliorum Provincialium Tarraconensium, editi in diversis provincialibus conciliis.

*Primus modus editus per Arnaldum in tertio provinciali concilio Tarracone celebrato.*

**D**ubitatur autem, quomodo fiat processus contra invasores, & raptores, & alios supradictos; & contra quoscumque, contra quos debet procedi per constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et de usu, & consuetudine, (& observantia) debet, & solet procedi contra ipsos per hunc modum. Venit ad iudicium damnus passus, & proponit in articulis in scriptis coram Ordinario, vel ejus vices gerente; quod talis miles, vel alius fecit tale fore factum: ut puta, raubaverit talem clericum, vel invaserit talem rem ecclesiasticam, vel violenter fecerit hoc contra libertatem ecclesiasticam, & sic de aliis, secundum quod continetur in constitutionibus sacri concilii Tarraconensis. Et sic potest procedi contra talem summarie, breviter, & de plano per constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et dictus iudex receptis articulis a dicto conquerente, qui paratus est stare juri cuicumque de illa re, de qua agitur, debet, si inveniri potest, commode, & cito citare dictum malefactorem, & dicere illi, quod reducat talem in suam possessionem pacificam cum omnibus damnis, & expensis, quas, & quæ fecit, & sustinuit pars conquerens: alias quod dictus iudex procedet contra ipsum per constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et, si ipse malefactor nolit \* interponere rationes justas, quod

\* noluerit

Tom. III.

hoc sibi licuerit attentare: vel non invenitur, quia forte recessit cum præda; vel commode, & cito citari non potest, & damnus passus, qui spoliatus est, fraudaretur, cum de jure, afflicto non sit danda \* afflictio, si talis malefactor expectaretur; tunc (in) eo casu dictus iudex recipere debet summariam informationem super dictis articulis, non data, nec concessa copia dicto malefactori: & si invenerit ita esse, debet dictus \* iudex facere literas Restori, vel ejus locum tenenti illius parochiæ, in qua degit dictus malefactor, & omnibus aliis clericis, ad quos præsentis pervenerint; quod denuntient talem publice excommunicatum, & quamdiu sit præsens ipse malefactor, seu ejus præda, in eorum parochiis cessent penitus a divinis: & inferatur causa, quare hoc fiat, in litteris supradictis. Et numquam absolvatur talis malefactor, donec injuriam, & damnus passus plenarie satisfecerit in prædictis: nec ejus appellatio modo aliquo recipiatur. Et talis processus debet remanere penes Ordinarium, qui aggravare poterit participantes cum eodem malefactoris, trina monitione facta in diebus dominicis, vel festivis proxime, vel continue subsequendis. Et de tali processu sciendo nihil debet habere, nec recipere dictus iudex, nisi solum expensas, si contingat ipsum extra civitatem, vel villam, ubi habitat, exire, & intendere in prædictis. Sed notarius de scripturis debet habere salarium temperatum, prout hæc, & alia latius in dictis constitutionibus continentur.

\* non est adenda

\* prædictis

Q 9 9

Se-



*Secundus modus procedendi fuit editus per R. P. D. Petrum Clasqueri Archiepiscopum, traditusque domino Guillelmo de Turrillis Episcopo Barcinonensi in primo concilio provinciali Tarracone celebrato; ordinatus per venerabilem Bartholomæum Cescaravaces decretorum doctorem.*

Ordo procedendi nstitatus per constitutiones sacri concilii Tarraconensis contra invasores, raptores, & deprædatores hominum, bonorum, & rerum ecclesiasticarum in curia Tarraconensi: qui etiam variatur ad arbitrium iudicis secundum casuum accidentia, & qualitatem, condicionem, & statum personarum delinquentium, & in quas delinquitur.

**P**roponit quis querimoniam cum articulis, seu capitulis contra aliquem, qui dicitur raptor; in qua querimonia proponens stare se juri offert (paratum) & ipsa querimonia (cum articulis, seu capitulis) oblata coram Officiali principali, idem Officialis, si persona, contra quam petitur (procedi) non sit \* potens, vel de universitate loci alicujus, quæ partem faciat cum eadem; in continenti debet mandare citari malefactorem illum, ante quam recipiatur informatio super contentis in querimonia: & in litteris citatoriis consuevit querimonia cum capitulis inferi. Et si malefactor citatus in termino assignato venit, & copiam quærit \* de querimonia, articulis \*, (& capitulis) si non habuit \*, quia litteræ citationis non habuit copiam, datur sibi copia, & recipitur informatio super querimonia, & articulis: & audiuntur defensiones citati summarie. Et, si defensiones non habet \*, vel minus justas habet \*, recepta informatione, nulla tradita copia de attestationibus adversario, qui dicitur malefactor, si constat de assertis in querimonia, declarantur pœnæ constitutionum contra illum, &c. Si autem citatus non venit (in) termino assignato peremptorie, reputatur contumax, & recipitur informatio, & declarantur pœnæ constitutionum in illius contumaciam. Si vero persona illa, quæ dicitur raptor, sit potens [ ut ] puta, nobilis, miles, vel civis; seu burgenis potens, vel tenens officium procurationis pro aliquo Domino potenti, vicariæ, vel bajuliæ, vel cum eo faciat partem universitatis alicujus loci, in quo forsitan informatio habebit recipi, & illius loci habitatores testificari, ne per talium personarum potentiam vel factum veritas posset occultari, vel probatio impediri: si scirent per citationem, vel alias, processum constitutionum fieri, & inchoari; ante aliquam citationem recipitur informatio: qua recepta, si per illam constet de contentis, & assertis in querimonia oblata, citatur invasor sub tali forma, quia \* inferitur in litteris citationis (querimonia cum capitulis) & in conclusione dicit Officialis: Cum constet nobis de prædictis per summariam informationem &c. requirimus, & monemus, quatenus infra talem terminum VI. vel X. dierum, quem peremptorie assignamus, restituatis rapta, &c. vel conveniatis amicabiliter, &c. vel dicta decima die coram nobis Tarracone (vel Barci-

none) compareatis in curia, justas causas, si quas habetis, legitime propositurus, & ostenturus; alioquin lapsò dicto termino procedemus ad declarationem pœnarum dictarum constitutionum, & alias, &c. Et si dictus raptor, & malefactor sic monitus \*, & citatus venit in termino assignato, & petit copiam de querimonia prædicta, & articulis, si jam non habebat \* ut dixi, in casu præmissò, datur sibi copia solum de querimonia prædicta & articulis, non autem de attestationibus receptis \*, & audiuntur defensiones suæ summarie, quas si non habuerit, vel minus justas habuerit, fiet declaratio pœnarum constitutionum [ prædictarum, sive ] præactarum. Si autem malefactor in termino assignato venire contempserit, vel alias complere contenta in litteris præactis, reputabitur contumax, & in ejus contumacia proceditur \* ad declarationem pœnarum dictarum constitutionum. Si autem petatur \* procedi ad liberationem personæ ecclesiasticæ, quæ capta detinetur, distinguitur: quia aut est notorium quod ille, qui captus detinetur, est clericus gaudens privilegio clericali, ut Canonicus \*, vel Archidiaconus, vel notorie presbyter, vel in sacris ordinibus constitutus: tunc in præmissò casu, ex quo de captione constat, sine aliqua citatione declarantur pœnæ dictarum constitutionum: & idem si est persona ecclesiastica notorie, ut quia est monachus, frater Minor, vel Prædicator, vel hujusmodi similis \* habitum regularem publice deferens \*. Si autem non sit notorium, captum fore clericum gaudentem privilegio clericali, in hoc casu recipitur informatio summaria: si est clericus gaudens privilegio clericali, potest procedi \* attentis serie, & tenore Decretalis, *Si iudex (laicus): de sententia excommunicationis lib. sexto.*

*Tertius modus procedendi contra invasores, &c. editus per dictum dominum Petrum Clasqueri in tertio provinciali concilio Tarracone celebrato.*

**P**astoralis officii sollicitudo nos admonet, & inducit, ut de unitate, & concordia, ac etiam utilitate subjeutorum providere curemus. Hinc est, quod, prout de certo didicimus, forma, & modus procedendi vigore constitutionis sacri concilii Tarraconensis editæ contra invasores, hucusque in nostra provincia observatus, dispar sit penitus, & difformis. Et quidam nimium rigorosi circa ejus observantiam fuerunt, quidam etiam nimis lenti; propter quod in subditos nostros sapissime vidimus scandala generari, & quæstionum materiam suboriri. Volentes igitur, & scandali materiam præscindere, & procedendi modum trahere uniformem, qui alias per plures, & meliores nostræ provinciæ extitit observatus; hoc sacro approbante concilio statuimus, & perpetuo ordinamus, quod processus, qui fiet de cetero contra invasores, raptores, & deprædatores, & alios, de quibus habetur in dicta constitutione sacri concilii Tarraconensis, & aliis

\* vel malefactor sit monitus  
\* habeat

\* jam receptis

\* contumaciam proceditur  
\* requiratur

\* ut quia Canonicus

\* similes  
\* deferentes

\* & proceditur

\* est

\* petit  
\* & articulis  
\* habuerit

\* habeat

\* habeat

\* que



aliis constitutionibus ad declarationem illius diversis temporibus emanatis, fiat uniformiter, per formam, sive modum infra scriptum. Quia aut ad partis instantiam, aut ex iudicis officio proceditur: si ad partis instantiam, pars quæ affirmaverit se invasam, vel aliquid sibi fuisse sublatum, seu aliquid sibi fuisse factum, propter quod dictæ constitutioni sit locus; seu procurator ejusdem, cautione prius data, quod stabit juri, prout debuerit, offerat articulos, sive positiones in scriptis iudici super prædictis invasione, rapina, vel depredatione illatis, vel aliis in dicta constitutione contentis: & potest procedi contra talem summarie, breviter, & de plano; prout solitum est procedi juxta constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Quibus articulis per iudicem receptis, mox absque vocatione, vel requisitione partis recipiatur per ipsum iudicem summaria informatio in scriptis, non obstantibus exceptione, vel oppositione cujusquam. Qua recepta, si per eam apparuerit, vel iudici visum fuerit, quod constitutioni sit locus, mandet iudex per suas litteras Vicario, vel Rectori, seu illi, qui curam animarum gerit in parochia, in qua ille degit, contra quem constitutio petitur observari, quod moneat invasores, si inveniri poterint: alias in domo convocatis duobus, vel tribus testibus, vel ubi de scandalo non timeatur, publicet in ecclesia parochiæ suæ, quod infra certos dies ipsius iudicis arbitrio moderandos, computandos a die monitionis, satisfaciant damnum passio: alias nunc ut ex tunc, declaret iudex in suis litteris, illum sic monitum incidisse in constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et si infra dictos dies in litteris jam præfixos invasor non restituerit, vel emendaverit, vel satisfecerit damnum passio, vel coram iudice non allegaverit talem causam, qua probata constaret constitutioni locum non esse; observetur constitutio contra eum. Si dictus invasor dictam causam non allegaverit, tunc iudex det terminum alleganti dictam causam octo dierum computandorum a die, quo causa fuerit allegata, ad probandum, & verificandum causam per ipsum allegatam. Et si infra illud tempus illam probaverit, & verificaverit; supersedeat iudex a processu constitutionis, donec receptis omnibus probationibus & discussis, dictæ constitutioni apparuerit esse locum. Si vero infra prædictum terminum assignatum causam per eum allegatam non probaverit; non obstante allegatione alicujus impedimenti, facti, vel juris vel alia allegatione quacumque faciat iudex contra eum constitutionem observari. Si vero iudicis officio procedatur, modus omnino servetur prædictus: excepto quod iudex cum articulis vel etiam sine articulis per ejus fiscale loco partis oblati, procedere possit. Si autem casus notorius, & scandalosus occurrerit, quod prædictus procedendi modus servari non debeat, vel non possit: quæ omnia iudicis officio relinquuntur; quia diversitas factorum exigit certam formam non

per omnia observari: procedat iudex omnia, vel servata forma prædicta; prout sibi juxta qualitatem negotii visum fuerit, quod ejus arbitrio relinquatur. Prædecessorum autem nostrorum vestigiis inhærendo statuimus; quod propter omissiones istius formæ, vel alterius observantiæ ordinis judiciarii, processus non sit irritus, nec etiam irritus faciendus.

*Quartus modus, sive ordo usitatus, & copiosus, factus per dominum Ennecum Archiepiscopum in concilio celebrato Tarracone.*

VENIET ad iudicium damnum passus, & scriptis coram Officiali principali, vel in ejus absentia coram vicem gerente suam querelam proponet: in qua continebitur, quod talis, vel tales rapuerunt, vel invaserunt rem ecclesiæ violenter, vel contra ecclesiasticam libertatem fecerunt: & sic de aliis, secundum quod continetur in constitutionibus sacrorum conciliorum Tarraconensium de invalorebus dicentibus contra invasorem \* summarie, breviter, & de plano [ & ] absque litis contestatione procedi. Et in fine ipsius querellæ proponat, seu offerat stare juri cuicumque, obligandoque bona sui principalis, si intervenerit in ipsa causa procurator. Neque erit necesse dare firmancias, seu facere alias obligationes. Iudex autem recepta, & retenta querella, citet illico, vel saltem \* quando poterit ipsum malefactorem, & fautores, juxta proposita in querella, si sciat ubi moram faciant, seu personaliter existant; ac si citare commode possint: & illis ipsam querellam per sagionem, seu nuntium juratum curiæ transmittat absque \* copia ipsius querellæ, sed causa expressa: tamen si veniat, & copiam ipsius querellæ petat, est illi danda: nec est necesse, quod citatio eundem malefactorem personaliter apprehendat, postquam sic fuerit citatus: addendoque in fine querellæ, ac in eisdem litteris illi dicat expresse, quod restituat talem rem, si quam recepit, seu de facto occupavit (vel emendet tali, quod in ejus præjudicium fecit) vel restituat talem in suam possessionem, vel libertatem ecclesiasticam, vel hominem (talem) ecclesiæ, si captum detineat vel talia bona, si sunt mobilia, quæ dicitur violenter recepisse, seu occupasse; una cum omnibus damnis, interesse, ac expensis, quas, & quæ fecit, ac sustinuit pars ipsa conquerens: vel tali die compareat coram eodem, iustas causas, si quas habet, propositurus, & ostensurus: alias quod dictus iudex procedet contra dictum malefactorem, seu invasorem per constitutionem sacri concilii Tarraconensis juxta, & secundum petita in præfata querella. Et si dictus malefactor veniat, & dicat, ac coram ipso iudice proponat, quod jure facere potuit, vel quod impune poterat hoc alias fieri, audiendus est: & in suis probationibus tam per testes, quam per alias probationes admitendus est, quas summatim ipse iudex recipere debeat, & teneatur. Et si infra tempus per ipsum iudicem assignatum non probaverit se ju-

\* malefactorem

\* statim

\* vel absque



\* *presumatur* \* *quatenus* \* *Et alias pœnas in ipsis constitutionibus contentas* ste fecisse, præsumitur \* quod illicite. Quare \* iudex procedat absque alia juris sollempnitate, tamquam contra malefactorem, ad declarandum ipsum incidisse in excommunicationis sententiam, aliaque constitutionum pœnas \* juxta etiam petita in querella. Si autem simpliciter neget contenta in dicta querella; tunc iudex recipiat suam ex officio informationem absque alia partis vocatione. Et si sibi constiterit de contentis in ipsa querella, iudex ipse habet declarare sine difficultate quacumque ipsum malefactorem incidisse in excommunicationis sententiam, & in alias pœnas constitutionum sacri concilii Tarraconensis, juxta, & secundum in prædicta querella petita. Si autem non vult coram eo in iudicio comparere, vel

\* *rationes* \* *habet* justas causas \*, si quas habeat \*, ad sui defensionem proponere; vel non invenitur, quia forte cum præda recessit, vel est extra terram vel commode etiam citari non potest; & damnum passus, qui spoliatus est, fraudaretur, cum afflictio non sit \* danda afflictio (quod esset) si talis malefactor expectaretur; tunc dicitur iudex habeat in continenti, vel saltem \*

\* *est* \* *statim* quando commode poterit, summariam informationem super dicta querella oblata recipere, etiam parte contraria non vocata. Tamen faciat iudex ipse hoc \* casu, ut merus executor; & sic non requiritur iudicarium ordinem observari etiam de jure communi. Et si invenerit ita fore, debet iudex citare ipsum malefactorem ad suam audiendam declarationem dumtaxat: qui si non veniat, in ejus contumaciam \*

\* *in hoc* \* *contumacia* declarationem faciat; declarando eundem excommunicatum, ac incidisse in excommunicationis sententiam, & in alias \* pœnas, juxta, & secundum formam, & tenorem constitutionum sacri concilii Tarraconensis; & illico mandare litteras fieri Rectoribus ecclesiarum, &c. & specialiter illi Rectori illius parochiæ, in qua malefactor \* audire consueverit divina, ac de cujus est parochia; ut quamdiu sit præsens ipse malefactor, vel ejus præda in illa parochia cesset penitus a divinis, & deinde per totam provinciam Tarraconensem: & in litteris prædictis inferatur causa, quare hoc facit \* ipse iudex. Et numquam est absolvendus ab excommunicationis sententia dictus malefactor, donec plenarie satisfecerit damnum passis de omnibus damnis, injuriis, & interesse, ac expensis. Nec est admittenda ejus appellatio, si talis de facto appellet: immo iudex apostolos negativos tradere teneatur, neque absolvatur etiam ad cautelam: cum in facto dictarum constitutionum non habeat locum absolutio ad cautelam, & hoc contra minores personas. Si autem persona illa, quæ dicitur raptor, sit potens, ut puta nobilis, vel baro, vel dominus illius loci, vel tenens officium procuratoris \*

\* *faciat* \* *procuratoris* pro aliquo domino temporali (potenti) vel vicariæ, seu bajuliæ; vel cum eo faciat partem universitatis alicujus civitatis, villæ, vel loci, in quo informatio habebit recipi, & illius loci habitatores testificari, ne per talium personarum po-

tentiam facti veritas valeat occultari, vel probatio debita impediri, si scirent per citationem talem processum constitutionum prædictarum fieri ante aliquam citationem recipiatur informatio super querella oblata, qua informatione recepta, si per illam constet de contentis, & assertis in eadem, citetur inceptor, seu malefactor sub tali forma. Cum constet nobis de prædictis per summariam informationem &c. requirimus, & monemus, quatenus infra talem terminum VI. vel X. dierum, secundum locorum distantiam, quem peremptorie assignamus, restituatis rapta, &c. vel conveniatis amicabiliter, &c. vel dicta die coram nobis in iudicio compareatis causas justas, si quas habetis, propositurus, & ostensurus: alioquin, lapsa dicto termino, procedemus ad declarationem excommunicationis sententiæ, ac pœnarum in dictis constitutionibus sacri concilii Tarraconensis contentarum, juxta petita in querella. Verumtamen si sine periculo, vel damno verisimili nuntiorum easdem litteras deferentium commode prædictæ litteræ illis personis præsentari non possent, seu potuerint, quæ talibus delinquentibus, seu inceptoribus diriguntur, in duabus parochiis circumvicinis ipsarum ecclesiarum (Rectoribus) sufficiat præsentari. Et, si dictus malefactor sic citatus, & monitus venerit in termino assignato, & petit copiam de contentis in querella, datur \* sibi copia de querella, non autem de attestationibus jam receptis: & audiuntur defensiones, ut supra, in casu præmissio; quas si non habuerit, vel minus justas, faciat declarationem \*, ut supra. Si vero malefactor venire in termino assignato contempserit, vel alias adimplere contenta in litteris prædictis ipsius iudicis reputabitur contumax, & in ejus contumacia \* procedetur ad declarationem, &c. Si autem requiratur procedi ad liberationem personæ ecclesiasticæ, quæ capta detinetur, distinguitur: quia aut est notorium, quod ille, qui captus detinetur, est clericus gaudens privilegio clericali, ut quia notorie Canonicus, vel presbyter, vel in sacris ordinibus constitutus; tunc in præmissio casu, ex quo de captione constat, & requisitus restituere noluerit; sine aliqua citatione declarantur pœnæ dictarum constitutionum, &c. Et idem si est persona ecclesiastica notorie, ut quia est monachus, frater Minor, vel hujusmodi similes habitum regularem publice deferentes. Si autem non sit notorium captum fore clericum gaudentem privilegio clericali, in hoc casu recipitur informatio summaria, si est clericus gaudens privilegio clericali; & proceditur attentis serie, & tenore decretalis *Si iudex (laicus) de sententia excommunicationis libro sexto*. Et dictus processus debet remanere penes Ordinarium, qui aggravare poterit participantibus cum eodem malefactore, trina monitione in ipsa parochia per tres dies dominicos, vel festivos publice facta: post quas denuntiationes, si qui tales denuntiatos excommunicatos in suis domibus vel hospitibus ad habitan-

\* *datur*\* *fiat declaratio*\* *contumaciam*